Dedication of a Church.

LVIII. Egressus Jesus perambulabat Jericho. Luce XIX, 1 378

Sunday after Dedication Day.

LIX. Omnis qui venit ad me. Luce VI, 47 385

Octave of the Dedication.

LX. Facta sunt encenia. Joh. X, 22 393

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Reasons for collecting these sermons.

Cum Deus undiquaque plenus abhorret vacuum et abhominatur in creatura sua racionali ocium, videtur quod quilibet fidelis secundum talentum sibi creditum daret operam ad instanter ac solicite operandum secundum mensuram dicti talenti et temporis quod Dominus sibi tradidit ad hunc finem. Et ideo ut sentencia Dei sit planior et servus suus inutilis excusabilior, videtur quod in illo ocio quo a scolasticis ociamur et in particulari edificacioni ecclesie in fine dierum nostrorum sollicitamur, sint sermones rudes ad populum colligendi, ut si qui sane doctrine Christi consenserint plus notentur, et qui a veritate catholica declinaverint declinentur. Nam ea intencione ego cum quocunque catholico plane loquor. Et ut fragmentum collectum apcius annotetur (si Deus voluerit), per singulas dominicas per anni circulum transcurretur.

Their arrangement.

Possunt autem iste dominice correspondenter ad anni circulum dividi in senarium, qui est primus perfectus numerus circularis. Prima pars est quaternarius dominicarum adventus Domini. Secunda vero pars quinarius dominicarum a dominica prima post Octavam Epiphanie usque ad dominicam primam Septuagesime. Tercia autem pars est ab illa dominica usque ad Pascha exclusive que includit novem dominicas. Quarta autem pars est inclusive a Pascha usque ad diem Ascensionis, que in sex dominicis est impleta. Sed quinta pars difformis est inclusive a prima dominica post festum Ascensionis usque ad dominicam Trinitatis et continet regulariter

1. Hanc praefationem solummodo in codd. B et C invenies. Praefatio; hic titulus deest in codd. 2. C in marg.: Vacuum ocium. 7. B: Deus (sic) sibi. 18. B in marg.: Dominice dividuntur in sex; C in marg.: Divisio dominicarum anni in senarium numerum. 22. B in marg.: Secunda.

Digitized by Google

sed differenter tres dominicas. Sexta pars et ultima est a prima dominica post festum sancte Trinitatis usque Adventum Domini exclusive et continet ad maius viginti quinque dominicas. Et sic totus numerus istarum dominicarum continet quinquaginta duas dominicas, et septimane totidem sunt in anno. Quia autem in meditullio temporis Natalis Christi et alias multe dominice occupantur per solempnitates sanctorum, ideo ille cui Deus donaverit posset preter istum adiungere numerum sermonum, qui in evangeliis quorumcunque sanctorum convenerint, et sic dominice possunt apcius ad laudem Domini et exemplacionem evangelii coaptari.

Primo autem in dominicis sermonibus supposito sensu literali intendo breviter sensum misticum explanare et secundo more Augustini salutabo dubia que ex evangelio possent capi.

1. B: differenter correct. in: difformiter. 7. B in marg. sup. fol. 1: meditullio temporis. 12. C in marg.: Processus. 14. B in marg. et in textu: misticum. 15. salutabo; sic codd. recte: solvam.

Digitized by Google

Fol. 142[a]

PRIMA PARS.

SERMO I.

Cum appropinquasset Jesus Jerosolimis et venisset Bethfage ad montem Oliveti, tunc misit duos ex discipulis suis. Matthei XXXI, 1.

Christ's three advents: incarnation, passion, last judgment.

5 Constat ex evangelio quod tribus vicibus Christus advenit humanitus: primo propter incarnacionem, secundo propter passionem et tercio propter finalem remuneracionem; et sic semper advenit ut dominus, retribuendo egenis generis sui suffragium, et nunquam ad 10 eorum temporalia rapiendum. De medio autem adventu narrat hoc evangelium. Primum autem adventum Christi credimus tanquam preteritum et tercium in spe exspectamus ut futurum, sic tamen quod iuxta sensum moralem adventus medii preparemus nos continue ad 15 parate pro Christi nomine paciendum.

Why Christ stopped at Bethphage

Appropinquavit (inquam) *Jerosolimis* parum ante passionem, ad denotandum quod voluntarie erat passus. *Venit* autem *Bethfage* quod interpretatur *domus oris,*

2. B in marg.: Dominica prima. Matthei XXI. C in marg.: Dominica prima Adventus. Vulgate: *Et cum appropinquassent Jerosolymis et venissent Bethphage ad montem Oliveti, tunc Jesus misit duos discipulos.* 3. A: Oliveti etc. 5. B in marg.: Tres cause adventus Christi in carnem. 6. A: secundum (C: per) incarnacionem. 7. C: per passionem . . . per finalem . . . 11. A: primum vero; AC: Christi omitted. 14. A: nobis continue et. 17. A: est passus.

1. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold (Select English Works of John Wyclif) vol. I pag. 65—68.

Digitized by Google

et est villula in pede montis Oliveti, distantis ab Jerusalem uno miliari (ut patet Act. I°), et deputabatur sacerdotibus. Et hoc docet nos sacerdotes quomodo *Christus pro nobis factus est egenus* (ut patet II^a Cor. VIII°, 9). Sic enim primo mansit in villula, non in castro, sed in loco in quo posset apcius serere populo verbum oris. *Duo discipuli missi* Jerusalem sunt coordinati presbyteri et seculares domini qui debent *in castellum* quod est Jerusalem contraire. Jerusalem enim fuit murata tribus muris ac propugnaculis sicut castrum, et ipsa secundum suos incolas fuit contra Christum ac suos apostolos. Asina autem communis, deputata usibus pauperum, cum pullo suo per illos duos discipulos tunc solvitur et Christo adducitur, quando sacerdotes imitantur Christi paupertatem et domini temporales cum moderamine eius dominium. Et sicut ad literam prius sedit super pullum et deinde super asinam (ut patet Marci XI°, 7 et Luce XIX°, 30), sic prius subiugavit sibi gentiles effrenes sicut pullos, sed in fine mundi plene subiugabit sibi Judeos, portantes onera legis ut asinos.

The two disciples represent priests and seculars.

Sed quia Christus in quolibet horum trium adventuum ostendit suum dominium, ideo dicit istis duobus apostolis quod dicant impugnantibus eius dominium quod iste due naciones sunt necessarie domino dominorum. Et confestim secundum suum beneplacitum perficietur eius dominium in membris que ad hoc eternaliter ordinavit. Nam Zacharie IX°, 9 de isto rege dicitur quod dicant Jerusalem que protecta est fortalicio Syon sicut filia matre sua, et signat clerum a dominis secularibus defensatum: *Dicite,* inquit, *huic filie quod rex suus venit,* non civiliter castellatus, sed *mansuetus, sedens super asinam et pullum filium eius.* Et moraliter scienciores de istis duobus discipulis debent constanter dicere contra castellanos, hoc est, dotatos clericos qui sunt semper contra Christi discipulos quod

These should witness against the endowed clergy;

1. BC: Oliveti omitted. 3. BC: sacerdotes Christi quomodo pro nobis. 5. BC: enim omitted. 7. B: cordati presbyteri. 8. A: debent quasi. 11. B: propter suos (A: suas). 13. B: istos duos. 17. C: pullum, deinde. 18. A: Matthei XI°. 19. C: effrenos ut. 20. AB: plane; A: sibi omitted. 23. A: suis duobus. 25. A: ille due; C: quod recte due. 27. C: adhuc. 29. AC: protecta omitted. 30. C: sic filia; ib. A: et et signat; B: significat a dominis. 31. Codd. a omitted. 32. B: venerit. 33. AB: filium omitted.

30. Zach. IX, 9: *Ecce rex tuus venit tibi iustus et salvator: ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filium asinae.*

Digitized by Google

Christus qui debet esse eorum rex est secundum formam pauperem eis dissimilem conversatus. Et illi duo discipuli debent primo insidere pullo asine, hoc est, iunioribus temporalibus dominis, et secundo asine, hoc est, 5 proveccioribus dominis qui stulte paciebantur sua dominia depredari. Nec dubium quin assistentibus pannis virtutum Christus rex celorum eis insidet; cui castellani predicti non audebunt resistere: nam veterani milites licet ad tempus sint seducti per Antichristum, in 10 fine tamen sunt subiecti iugo domini et sic sunt ut sua generacio subiugales. Tripartita est autem turba que ad hanc reduccionem humilitatis ecclesie congauderet, ut primi potenciores vestimenta sua in via sternerent, quia bona sua in que clerus stulte hereditatus est ad paran- 15 dam viam domini gratis sternerent; alii autem in secundo gradu ramos virtutum de hominibus tamquam arboribus cederent, ut viam Christi lacius preparent; sed simplicissimi et infimi, qui sequerentur viam Christi facilius, proclamarent Osanna, hoc est, *obsecro, salva;* 20 et ita sectam christianam devocius acceptarent, quia superbia sacerdotum qui inmansuete blasphemant in Christum videtur causa precipua, quare via domini adeo est contempta. Et tamen parare illam viam tenentur tres partes eorum et modo suo singuli christiani. Alii 25 autem sensus morales aptari possunt, sed iste videtur necessarior.

Who finally shall obey Christ.

Circa hoc evangelium dubitatur utrum Christus venit divinitus in hunc mundum, et si sic, utrum creacione successiva vel subita ita venit. Et sunt multa dicta 30 sanctorum que videntur in secunda parte istius dubii esse contraria, ut Augustinus et sui sequaces videntur dicere quod Deus subito creavit totam mundi machinam; et aliis videtur quod per sex dies temporis fuit in pre-

Did Christ come into the world by sudden or by successive creation? The Saints seem to be at variance.

4. B: temporalibus iunioribus. 8. A: resisse; B: resistere corr. ex: insistere; C: insistere. 9. A: seducti Antichristum; BC: Antichristum asine sunt subiecti iugo domini. 11. A: sua omitted. 11. A: autem omitted. 12. A: reduccionem eius humilitatis; A in marg.: 1. 13. A: prosternerent. 14. A: sua que. 15. A in marg.: 2. 17. BC: et viam. 18. A: qui proclamarent in marg. 19. B: salvifica A in marg.: 3. 21. A: qui in via ficte. 22. B in marg. sup.: Quare via domini in tantum contempnitur. 23. B: adeo; superscriptum est: in tantum. 23. B: Et cum. 24. B: partes ecclesie. 25. BC: sed — necessarior omitted. 27. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. 28: BC: ad hunc mundum. 31. A: et sancti sequaces; in marg.: Augustinus.

31. Cf. Augustini De Gen. lib. V, cap. III et seqq. Opp. tom. III, p. I, pag. 183—186.

Digitized by Google

parando mundanam fabricam; et currunt hinc inde evidencie ex scriptura Gen. primo et alibi.

Some say the world was created at once; others in six days.

Sed pro hoc dubio notandum quod stulticia asinina foret hominem | profundare se in hoc dubio, nisi secundum metaphysicam prius cognoverit quiditatem diei temporis atque diei ordinis cum aliis metaphysicis requisitis. Nam grossi non distinguentes tempus a subiecto, sed ponentes quodcumque permanens esse tempus debent dicere cum Augustino quod solum secundum dies ordinis fuit totus mundus subito procreatus, et illi ignari qui dicunt quod nullum tempus est vel potest esse negant inprimis fidem scripture dicentis quod dies et tempora alia sunt: ideo inter omnes ineptos tractatui huius materie isti sibi ipsis contrarii sunt ceteris plus inepti. Fol. 142b

First we must know what a day is.

It is best to suppose that they are days of order, not of time.

Supponendo autem antiquam logicam et fidem scripture, videtur mihi sentencia Augustini plus philosophica, facilior et scripture plus consona; pro qua sentencia facilius exponenda supponatur quod spiritus sanctus intellexit in suo ministro Moyse per istos sex dies (de quibus Gen. primo) sex dies ordinis, ita quod primus dies ordinis fuit ordo inter totam materialem essenciam et suam formam; et sic in principio, quod est primum instans temporis vel verbum a dicente genitum, creavit Deus tam naturam spiritualem quam vocat celum, quam eciam corporalem quam vocat terram. Illa autem terra quadam prioritate originis fuit prius informis et de tanto inanis et vacua pro illa mensura qua non fuit formis sensibilibus informata; et sive vocetur terra sive aqua sive abyssus, non est vis in termino sed in signato. Ille autem carencie formarum in illa materiali essencia vocantur tenebre, et spiritus domini dicitur ferri super illam materialem essenciam, quando eternaliter cogitat ordinem quo disponit hanc

First day: The creation of spiritual and material nature.

1. A: hinc et inde. 3. A in marg.: Responsio. B: in marg.: Solucio. 3. A in marg. sup.: Fol. 142b: *Ecce rex tuus venit,* Matthei XXI. Regi triplicem debemus timorem racione sue potestatis, honorem racione sue nobilitatis et amorem racione sue humilitatis, ut scilicet potenti serviamus cum timore, venienti occurramus cum honore et clementi adhereamus cum amore. 3. C: stulticia summa. 5. A in marg.: Dies duplex temporis, ordinis. B: Dei temporis. 11. A: ignari — et tempora omitted. 13. C: aliqua sunt. 14. C: tractavi istius; B: istius materie. 16. A in marg.: Nota. B: in marg.: Nota bene. 18. BC: scripturis. 19. A: faciliter . . supponitur. 20. C: de — dies omitted. 27. C: originis fit prior informis; B: fuit prior. 28. A: et de tanto — non fuit omitted. C: vacua fit. 29. A: quam formis; formis — informata corrected in margin and over erasure. B: informatur.

9. Augustinus l. c.

Digitized by Google

fieri. Sic enim dicitur communiter quod virtus cognitiva fertur super obiectum quod concipit.

Question: Whether the earth was without form and void in time.

Sed difficultas est inter logicos si in primo instanti temporis fuit talis privacio; nam hoc dato simul forent in eodem subiecto contraria et contradictoria simul vera. Ideo dicunt logici de scola Augustini quod informitas predicta et subiecti informacio sunt et nec simul tempore vel instanti nec successive, quia non est dare instans temporis pro quo vel in quo est dicta informitas, sed est in sua mensura pro qua et in qua incipit preter tempus; et cum dicta informitas sicut sua mensura creatur a Deo, non sequitur per locum a simili quod Deus incipit esse pro instanti sue eternitatis, sicut dicta tenebra incipit esse pro instanti vel mensura sue creacionis. Quamvis enim non sit dare incepcionem que non sit cum tempore et eius instanti, est tamen dare incepcionem que non est in tempore vel eius instanti. Prima ergo dies ordinis fundatur in informitate tocius corporalis mundane materie et actualitate sua vel luce, quam impossibile esset per tempus vel instans temporis ab illis actualiter separari; et sic illud vespere vel tenebra precedens formam naturaliter non temporaliter, et illud mane, quod est esse actuale illius materie, forma vel lux, dicitur dies unus. Non enim ita ignarus fuit spiritus domini quod loqueretur formaliter de tempore et exprimeret tam incongrue quod *factum est vespere et mane dies unus*. Sed intendit quod istud vespere et istud mane sunt prima dies huius ordinis septemplicis, cum ille ordo sit materialiter taliter ordinatus. Sed quia mos est scripture ornare verba sua gravida sentencia et multiformi, ideo per celum et terram que Deus dicitur creasse in principio intelliguntur natura angelica et terrena. Et Moyses, loquens grosse discipulis de natura corporali, grosse prosequitur.

1. B: vita cognitiva; in marg.: virtus. A: super subiectum. 3. A in marg.: Difficultas. BC: loycos. 7. A in marg.: Nota conclusionem. 8. B: in instanti. 14. BC: esse omitted. 15. A in marg.: Conclusio nota. 16. C: non est. 16. C: eciam tamen daret. 18. C: igitur. 18. A in marg.: 1. B in marg.: Prima dies; C: et informitate. 20. BC: impossibile est esse per. 21. B: illa; B in marg.: Quomodo intelligitur: *Factum est vespere et mane unus dies.* 25. A: fuit propheta domini. 27. A: illud vespere et illud mane sint. 29. BC: sextuplicis. 29. BC: cum ille sunt materialiter talia ordinata. A: ordinata. Correxi. 30. B in marg.: Nota quid per celum et terram intelligitur. 30. AB: onerare. BC: gravidata multiformi sentencia. 32. A: ita per; C: dominus dicitur. 32. A: in primo.

27. Gen. I, 5.

Digitized by Google

2nd day: arrangement of quantitative parts of the world.

Secunda dies huius ordinis est ordo inter partes quantitativas huius mundi secundum quem firmamentum vel celum quod philosophi dicunt incorruptibile precedit quodammodo speram corruptibilium. Et sic ordo inter partem mundi sensibilis superiorem et partem mundi sensibilis inferiorem vocatur materialiter *vespere et mane*. Et sicut utraque pars mundi, tam celestis quam sublunaris, vocatur aqua, sic pars celestis que distinccionem plus causat dicitur materialiter firmamentum sive illarum parcium mundi distinccio; et patet (ut dicit Augustinus) licet omnia ista fuerint simul facta a Deo, tamen oportet quod eorum produccio secundum distinccionem temporum et nominum sit expressa. Deus enim est celerior producendo quam nos sumus in intelligendo vel exprimendo. Unde in hoc quod *dixit Deus* intelligitur produccio Dei intrinseca verbum patris; in hoc quod dixit *fiat* intelligitur eterna in Deo racio exemplaris. Sed per hoc quod dixit *factum est* intelligitur effectualis produccio existencie creature.

3rd day: ordering of the sublunary sphere, and distinction of its elements.

In die vero tercio huius ordinis exprimitur ordo tocius spere sublunaris, et vocatur elementorum distinccio et prioritas illorum corporum simplicium in comparacione ad corpora mixta que ex illis simplicibus sunt causata. Et illa prioritas imperfectioris rei vocatur *vespere*, posterioritas autem rei secundum racionem qua est perfeccior vocatur *mane* et materialiter dies tercius.

4th day: ordering of the supracelestial sphere.

In quarto die exprimitur ordinacio parcium spere supracelestis secundum predictas tenebras atque lucem, dum illa materialis substancia prius caret tali luce sensibili in sole, luna et stellis, et natura posterius habet illam | et illud *vespere et mane est dies quartus*. Fol. 142c
Nec obest quod ista spera sublunaris et successio temporis multiplicis sint finis per accidens propter quem supracelestia taliter ordinantur.

1. A in marg.: 2; B in marg.: Secunda dies. 3. BC: dicunt incorporale; A: erased and corrected. 6. A: mundi superiorem. 8. B in marg.: Quid per aquam intelligitur. 10. C: sive distinccio istarum; B: sive istarum. 11. A in marg.: Augustinus. 11. AB: fuerunt. 13. sit; codd.: sint. 14. A: nos omitted. 17. A in marg.: Nota. B in marg.: Fiat. 18. B in marg.: Factum est. 20. A in marg.: Tercia dies. 25. C: vespere et posteritas; B: vespere aut. 28. A in marg.: 4. B: in marg.: Quarta dies. 29. A: productas. 31. A: sensuali. 32. BC.: idem vespere. 34. B: facta per accidens. C: sic facti per accidens. 34. A: propter quem.

11. Aug. l. c. pag. 104.

Digitized by Google

Quintus dies ordinis consistit in prioritate grossorum corporum simplicium sublunarium et mixtorum animatorum causatorum ab ipsis, cuiusmodi sunt pisces et aves; nam ista duo genera ex substancia humida procreantur. Et sic opera tercii diei et opera huius diei per prioritatem universalioris et complecioris ac particularitem specialioris distinguuntur ab invicem; ideo cum Deus dedit isti parti perfecciori animam sensitivam, signanter dedit eis affectum et potenciam procreandi.

5th day: ordering of animals that are nearest the elements e. g. fishes and birds.

Sextus dies et ultimus istius ordinis est ordo prioritatis materie specialioris infime terrestris et posterioritatis animalis agrestis, quod ab illo producitur, in quo produccio hominis secundum animam inculcatur. Et sic cum homo sit finis omnium istorum corruptibilium et ordinatus eis naturaliter dominari, signanter ipsorum ordinacio prius exprimitur et homo finaliter tamquam ultima factura Dei in possessionem suam inducitur. Et ad denotandum quod scriptura illa non loquitur de diebus temporis sed predicti ordinis, prudenter exprimit, nunc que posterius et nunc que prius tempore producuntur.

6th day: ordering of the more specialized animals, and lastly the production of man.

Nam homo secundum animam tam in masculo quam in femina (ut probabiliter creditur) in primo instanti temporis est productus, et sic quiescencia Dei die septimo est post istos sex ordines in mundi partibus non novos ordines eiusdem racionis causare sed ipsos in singularioribus mundi partibus continuare. Ista autem videtur via probabilis et consona fidei scripture, cum omnes emuli Augustini nesciunt viam faciliorem, magis probabilem, vel scripture plus consonam sompniare. Nesciunt enim utrum in primo instanti diei temporis fuit totus mundus secundam materiam procreatus et per totum residuum illius primi diei Deus quievit, ut die septimo. Et cum unius instantis operacio secundum illos qui negant composicionem quanti ex non quantis, non tollit de longioritate quietis, videtur quod Deus primo die tam diu quievit sicut septimo; et si Deus successive produxit materialem mundi essenciam in

God's rest is the cessation from ordering new things.

1. A in marg.: 5. B in marg.: Quintus dies. 4. A: illa duo. 5. C: tercie diei. 10. A in marg.: 6. B in marg.: Sextus dies. 10. A: illius ordinis. 11. A: specialioris et in fine. 12. C: quoque ab illo. 14. A: illorum corporalium. 15. C: natura dominari. 18. B: Ad denotandum; B: scriptura ista. 20. A in marg.: Nota. 22. A: homo deest. 24. A: in quiescencia. 25. A: post illos. A in marg.: 7. 27. B: singularibus. 29. A: viam nesciunt; in marg.: correct. 33. BC: prime diei. BC: quievit die. 35. B: composicionem contenti. 37. B: die primo.

Digitized by Google

loco posterius creatorum, corporalium naturarum, precessisset vacuum, sicut fuisset, posito quod continue fuisset circumrotacio corporis procreati. Omnes autem has difficultates infundabiliter sompniatas prudenter abicimus. 5

As to doctors on the other side, they may have uttered merely opinions.

Et quantum ad doctores qui videntur tenere contrarium, est triplex solucio, primo quod opinative in exposicione huius fidei sunt locuti; et sic eorum assercio, cum non fuit definicio (sicut patet ex racionibus quas ad hoc possunt facere) est illis hominibus qui subtiliorem viam non possunt concipere opinanda. Sicut enim Augustinus sepe regulat quod nemo credat sue sentencie nisi de quanto in sensu scripture et racionibus est fundata: quare ergo plus crederetur posterioribus doctoribus, licet vocatis sanctis, qui in ista materia videntur esse contrarii Augustino? Secunda solucio est quod grosse locuti sunt de tempore, quod quelibet substancia durans temporaliter sit sine distinccione ulteriori ipsum tempus. In hoc enim laborant moderni qui insane imponunt dictis Augustini calumpniam in hac parte, unde secundum istos secundum sex dies temporis et infinitos non communicantes Deus hunc mundum produxerat successive, quia secundum illos dies; et isti dies sunt sex dies temporis successive: ergo conclusio. Tercia est responsio dicens quod extenditur Dei creacio ad eius conservacionem vel gubernacionem modo quo scriptura sepe loquitur. Et sic, sicut Christus dicit Joh. V°, 17: *Pater meus usque modo operatur et ego operor*, sic Deus creavit hanc mundi fabricam et semper creat; et sic oportet fingere racionem quare pocius in sex diebus quam in quotlibet aliis dicitur ex sensu scripture quod Deus creaverat istum mundum. Alias autem evidencias et subtilem tractatum huius materie relinquo aliis declarandum.

They may have neglected to define time.

In ‚creation' they may include conservation.

1. B: creaturarum. 2. B: vacuum sicut posito quod; C: sicut puto. 4. A: has omitted. 6. A in marg.: Nota solucionem triplicem 1. C: videntur dicere. 7. C: duplex. 8. A: sed sicut eorum. 9. BC: distinccio sicut. 12. A: enim deest. 12. A: sepe rogat. 14. A: sit fundata. 15. BC: licet sanctis. 16. AB: Augustini. 17. A in marg.: 2. BC: grossi locuti sunt quod quelibet substancia. 21. A: secundum illos secundum. B: secundum in marg., B: temporis deest. 23. B: istos dies. 26. A: in quo scriptura; modo omitted. 31. C: pocius sex . . . quam quotlibet. 34. BC: aliis vel alias.

1. Cf. Trialogum, pag. 239, 240.

Digitized by Google

SERMO II.

Erunt signa in sole et luna et stellis, Luce. XXI, 25, 26.

Hoc evangelium facit mencionem de tercio Christi ad-
5 ventu, et quanta pericula ipsum precedent, ut caucius caveantur. *Erunt,* inquit, *signa in sole et luna et stellis, et in terris pressura gencium pre confusione sonitus maris et fluctuum, arescentibus hominibus pre timore et exspectacione que supervenient universo orbi.*

Christ tells how the sublunary sphere shall suffer in the end of the world.

10 In quo textu videtur ad literam quod Christus sapienter dividens hunc mundum in firmamentum et speram sublunarem ordinatissime notat quomodo secundum tres partes firmamenti precipuas pars sublunaris prope finem seculi pacietur: In sole quidem a quo omnes planete
15 vel astra capiunt lucem suam, et per consequens tota massa spere corruptibilium regulatur, et luna que est planeta bassissima et informata virtute cuiuscunque astri superioris, et stellis secundum figuras et aspectus ad disposicionem passi terrestris. Quia acciones acti-
20 vorum sunt in passis, ideo Christus premittit disposi-
Fol. 142[d] cionem materie sublunaris; | unde cum inter corpora ista sublunaria mare sit maius et influencie celestis capacius, premittit Christus confusionem illius corporis ex peccato. Nam non est gula, homicidium
25 vel discrasia culpabilis regiminis humani corporis, quin cedit ad proporcionem celestis influencie quoad mare, cum occisi culpabiliter in mari variant ipsum subiectum, et venti deferentes exalaciones corporum humanorum faciunt conformiter variacionem in mari, et cum

Mutual influence of the sea and mankind.

1. A in marg. sup. Fol. 142[a] . . *runt signa in sole Luce. XXI°*. Sol iusticie primo mistice fuit in signis et signa in eo; primo fuit . . . virgine nascendo, secundo in ariete paciendo, tercio in leone resurgendo et quarto erit in libra . . . te iudicando. Signa eciam sunt in sole, signum scilicet amoris in humanitate nascentis, signum oris in penalitate pacientis . . . um doctoris in claritate . . . urgentis et signum furoris . . . tute sive severitate . . . antis . . . debent filium hominis Luce XXI . . . ebent enim venientem in•hu . . nitate, ut timeat et . . . cat gens perdita. . . . In cla . . . te, ne lateant sed pate . . t abscondita, in potestate . . t tribuat et puniant (sic) pat . . . . et flagicias (Fol. 142 et seqq. in marg. abscisa). 2. B in marg.: Dominica secunda. 6. A: signa in luna et stellis. 7. C: post fusione. 9. C: superveniet. 11. B: mundum istum. 16. A: spere corporalium. 17. A: bassimus. 19. A: et acciones. 20. A: passivis, ideo Christus prevenit. 21. C: corpora illa crassa mare sit maius; A: magis. 28. A: differentes. 29. A: conformiter — accipitur deest.

1. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold, tom. I, 68—70 20. Cf. Trialogum 125.

Digitized by Google

materia ventosa copiosius de mari alciori terra accipitur, non mirum si ex ista varietate tota terra habitabilis variatur. Medium enim continens secundum philosophos transmutat et variat homines contentos in ipso, et per idem aliter quam fuisset in statu innocencie confunditur sonus maris et fluctuum. Et cum tres partes firmamenti nonnisi ex peccato nostro in virtute vel influencia variantur, et activorum acciones variantur secundum disposiciones passorum, non mirum si discrasia in moribus variat totam speram corruptibilium. Omnia autem ista signa sunt originaliter et causaliter in tribus predictis corporibus; et cum homine servante sine peccato statum innocencie regularetur in disposicionibus corporis quoad locum et tempus secundum conformitatem medii continentis, ac medium ex causis predictis adeo variatur, non mirum si homines arescent a complexione naturali ad melancoliam propter terrestritatem medii continentis, et sic tum propter impressionem naturalem extraneam, tum eciam propter terrestritatem medii intercepti inter nos et celum, exclusa naturali influencia, viantes *timore* naturaliter sunt percussi et *exspectabunt* vindictam maiorem, cuius illa signa sunt prenostica. Et cum tota terra habitabilis sit particeps in delicto, non mirum si a celo *supervenient universo orbi* huiusmodi discrasie. Sed cum discrasie huiusmodi non continuantur in infinitum, patet quod, habito termino huiusmodi innaturalis indisposicionis, *virtutes celorum movebuntur*, vel convertendo viantes ad melius vel iter viancium consumando.

The world has been altered by sin, and men suffer.

Some shall be alive at the day of judgment.

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus ad finale iudicium *cum potestate magna* multitudinis angelorum *et maiestate*, in qua apparebit sua divinitas scientibus perfecte legere ista signa; et ex isto videtur quod instante tempore finalis iudicii erunt quidem viantes residui qui videbunt hec signa; de quibus videtur apostolum loqui I^a Thess. IV°, 16: *Nos*, inquit, *qui vivimus, qui residui sumus, simul rapiemur in nubibus cum Christo in aera.* Sed quia

1. B: accipitur correct. ex acciperetur. 2. A: terra variabilis. 3. A: philosophicos. 7. AC: non ex peccato. 10. C: variant; B. variant corr. in variat. 10. A: speram corporalium. 11. A: sunt exigua et. 12. A: servant. 16. A: horrescent a commixcione. A: malencoliam. 18. A: impremissionem naturalem 21. B: timoris. 22. B: ista signa. 23. AC: tota habitabilis. 27. A: huiusmodi materialis. 29. A: vel vitam viancium. 29. AB: consumendo. 30. B: veniente. 32. A: deitas. 36. A: I^a Thess. IV° deest.

29. Lucae XXI, 27.

Digitized by Google

Deus est commixtivus amoris consolabilis cum timore suis filiis, statim adiungit quod *hiis fieri incipientibus respicerent* undique ad hec signa vel distancius vel propinquius finem illum signancia. Et non deprimantur in capite 5 ut melancolici timorosi, sed *levarent capita, quoniam appropinquat redempcio* nunc oppressis, quia secundum Apostolum Rom. VIII, 28 *timentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Consolacio est igitur Christi filiis hic oppressis, quod transient de ista miseria ad beatitu- 10 dinem finalem. De quindecim signis que quidam fabulantur apparere ante diem iudicii et de aliis signis supernaturalibus que beatus Gregorius videtur innuere apparuisse et apparere posterius in sole et luna non sit nobis hic sermo, cum ipsa tanquam apocrifa et 15 fidei christiane religionis inutilia sunt tacenda. *Et dixit Christus suis discipulis similitudinem* istam sentenciam confirmantem: *Videte,* inquit, *ficulneam et omnes arbores* quomodo habent naturalem periodum secundum annum vel amplius in quo fructus sui vel etas naturaliter ter- 20 minatur. *Cum* itaque *iam ex se producunt fructum, scitis quoniam prope est estas* anni talis vegetabilis, et proporcionabiliter oportet quod totus annus viancium signis suarum parcium limitetur. *Cum igitur videritis hec fieri, scitote quoniam prope est* consumacio huius seculi in qua 25 fideles percipient *regnum Dei.* Quamvis autem hic annus periodicus sit ceteris annis diuturnior, tamen necesse est fideles expectare eius finem. Ideo Christus dicit quod *hec generacio* suorum filiorum *non preteribit, donec hec omnia fiant;* nam celum et terra sunt mobilia et a 30 metis suis naturalibus impedibilia, sicut patet de stacione solis multiplici, et in toto sublunarium que tota die

We must watch for the judgment day.

2. A: quod fratres incipientibus. 4. B: finem istum. 4. C: signanter; A: malencolici. 6. A: non oppressis. A in marg. sup. fol. 142[d]: *Levate capita vestra* Lucc. XXI. Deponimus capita propter pudorem mali in quod labimur, propter dolorem dampni quod patimur, propter timorem supplicii quod meremur. Levate ergo capita vestra, cum sit culpa expulsa quam commisistis, ne contristemini, cum sit restituta gracia quam amisistis, ne terreamini, cum relaxata sit pena quam meruistis. 7. AB: Rom. VIII deest. 8. BC: est ergo Christi filiis sic. 9. A: de illa. 10. A: de quibus fabulantur. 11. A: signis deest. 16. A: Jesus. 20. Codd.: scitur. 21. C: anni circularis. B: et deest. 23. C: ergo. 24. C: quoniam prope. 27. BC: expectare fideles; A: Christus deest. 29. BC: omnia ista; recte omnia hec. Matthaei XXIV, 34. 30. A: metis eius. 30. BC: patet omitted. 31. A: intente sublunarium; C: intento; B: in toto correxit ex intento. 31. C: que quotidie variantur.

5. Lucae XXI, 28. 12. Gregorii in Evangelia, lib. I, hom. I. Opp. tom. I, pag. 1436—1439 (Ed. Maur). 15. Luc. l. c. 29. 20. 23. ibid. 30, 31. 28. ibid. 32.

Digitized by Google

variantur. Sed verba Dei et hominis supra illam certitudinem non poterint taliter variari.

Mystical sense of the prophecy.

Ad sensum autem misticum prophetizat Christus quomodo ante diem iudicii erunt signa in sole qui intelligitur eius humanitas, et luna que intelligitur ecclesia sponsa sua, et stellis que sunt sancti rutilantes in firmamento celi. Signa autem illa possunt vocari iracundie vindicandi super viancia membra diaboli que confuse sonant excellenciam patris sui et fluunt luxuria ac peccatis ceteris, racione quorum multi arescent et exterriti in virtutibus finaliter non exspectant. Nam virtutes celorum triumphantis ecclesie movebuntur ad | mocionem Dei et oracionem ecclesie militantis, et videbunt in fide quomodo Christus veniet ad finale iudicium, et propterea terrebuntur; oportet enim Deum finaliter superare et collectas oraciones sanctorum in fructibus germinare. Et sic necesse est finem indisposicionis nature contrarie terminari, quia aliter foret auctor illius indisposicionis eque potens vel potencior Deo nostro. Verba autem Christi que sunt veritates quas dicit sive divinitus sive humanitus non poterint in contradiccionem variari, licet verba que sunt voces sue humanitatis transeant sicut nostra. Scimus quidem quod omnia futura necessario evenient. Sed diversitas est in verbis Christi et nostris; licet enim multa dixit tam divinitus quam humanitus que potuit non dixisse, et sic multa dixit futura que poterant non venisse, nos tamen false possumus contrariare divine sentencie sed non ipse: et sic impossibile est quod quicquam dixerit et non erit. Sed de motu celi in quo philosophi credunt se esse certissimos, et de terra cuius permanenciam politici credunt esse certissimam est instabilitas propter insuperabilem eminenciam verbi Christi; licet enim Christus multa que dixit potest et potuit non dixisse, non potest tamen esse quod hec dixerit et contrarium evenisse.

Fol. 143a

Whatever Christ prophesied must happen.

Circa hoc evangelium dubitatur de tacto secundum primum adventum Christi divinitus non soluto, utrum

1. AB: supra deest. 2. A: possunt. B in marg.: Nota. 5. AB: eius omitted. 6. B: stelle correxit e stellis. 7. A: notari. 12. A: ad voluntatem Dei. 13. A: in fide deest. 18. A: contraire terminare. 19. A: omnipotens. 22. A: voces eius humanitus. 23. AB in marg.: Omnia futura necessario evenient. B in marg.: Diversitas in verbis Christi et nostris. 26. B: eciam sic. 28. BC: contrariari. 29. AC: quicquid. 29. B in marg.: futurum. 33. A: evidenciam verbi licet Christus. 37. A in marg.: Dubium primum; B in marg.: Questio. 37. A: solute.

Digitized by Google

scilicet tota Trinitas in mundi principio venit in mundum, et videtur quod sic, quia Deus est presens cuilibet parti mundi, et non sic fuit ante eius principium, ergo venit in mundum. Sic enim concedunt logici quod mobile pertransit spacium pro tempore pro quo illud spacium generatur, sicut homo pertransit tempus et attingit ad instans, licet ipsum prius non habuerit permanenciam, antequam transeatur. Quare ergo non venit prima sapiencia sic in munduin? Ad hoc enim quod sit in mundo preexigitur mundi existencia. Nam supposito quod dictus adventus Dei non dicit eius motum proprium sed permanenciam, manifestum videtur quod tota Trinitas venit in quamlibet partem mundi. Sed difficultas videtur utrum prius Deus naturaliter sit ibidem, antequam aliquod corpus sit ibidem, et videtur ponentibus vacuum quod sic, quia Deus posset esse ibidem, destructo quocunque corpore vel corpore quod situm occupat non producto; prius ergo quoad consequenciam est Deus in situ huius corporis quam est hoc corpus. Sic enim videtur quod prius replens situm inducit corpus creatum et situm punctalem primo omnium. Hic dicitur, admittendo quod Deus venit in mundum et quod non est possibile esse vacuum nec prius naturaliter est situs ille quam corpus ipsum replendum, cum situs individuatur ab illo corpore, et sic prius naturaliter est genus corporis quam genus situs, non quoad consequenciam sed quoad causam; et sic licet Deus prius naturaliter quoad causam sit in b situ, quam datum corpus, non tamen oportet quod Deus possit esse b in situ sine hoc corpore; situs tamen dicitur individuari a specie corporis sic figurati. Sed primus situs est punctalis, sicut substancia materialis que primo creatur est punctalis, et corpus primo creatum est tripunctale; unde omnia liniaria et omnia superficialia improprie sunt creata, quia fiunt materialiter ex suis partibus. Sed sunt illa punctalia que proprie sunt creata, et adhuc illa, cum componuntur ex genere et differencia creantur secundum extencionem quandam, et esse

Question whether at the first advent (of creation) the whole Trinity came into the world.

W. thinks it did.

1. BC: scilicet deest; ib. C: veniet. 7. A: attigit. 7. A: non habuerit prius. 12. C: malum videtur. 13. B: qualibet parte. 14. BC: prius Deus. 18. A: occupatur. 20. C: enim deest. 21. C: primo oppositum; B: omnium corr. ex oppositum; A in marg.: Responsio. B in marg.: Solucio. 24. C: replendum deest. 28. b situ; B: in minori. 33. B in marg.: Quibus corporibus res creantur et quod esse est primo omnium creatorum. A: est deest; A: lunaria. 35. B: quia sunt materia. 37. A: adhuc et.

Digitized by Google

commune creaturis secundum auctorem de causis est primum omnium creaturarum, et sic idem corpus habet faccionem multiplicem in sua natura vel in suis causis. Non tamen oportet quod interpolentur temporaliter huiusmodi facciones, ut aliqui sompniant quod primo die temporis hora qua nesciunt creatum est unum corpus lucidum soli simile. Et quarto die temporis ac si prius foret factum improvide dissolutum est illud corpus et novus sol de illa materia vel alia est creatus. Sed quia hoc totum sompnium caret auctoritate scripture vel evidencia racionis, eadem facilitate contempnitur qua taliter sompniatur. Scriptura enim loquitur de die que est *vespere et mane*, et non de die que est tempus quo sol orbem terre circulariter circumgirat; nihil itaque infidelius quam quod creacionem mundi precessit eternum vacuum omnino immobile in quo immenso oportet Deum esse. Sed secundo dubitatur utrum in tercio adventu domini celum stabit, et videtur errantibus quod orbes post diem iudicii movebuntur regulariter, sicut primo causabuntque occupacione angelica ad beatitudinem civium supernorum dulcissimum motum et sonum armonicum. Fidelibus autem videtur quod sensus beatorum non pascentur talibus sonis, sicut nec gustus, odoratus vel tactus eorum materiali sensibili erunt pasti. | Sed sicut motus celi et omnes alii sunt propter quietem et terminum suo integro adquirendum, habito numero spirituum hominum, animalium et corporum generalium singulorum, superfluum foret orbes celorum ad perfeccionem mundi amplius circumduci. Sed sicut angelus Tobie vel alius angelus non diminuitur in beatitudine vel delectacione ex hoc quod a ministerio limitato sibi ad tempus suspenditur, sic angeli, dato quod moveant celum modo quo fingitur, non exhinc diminuuntur in beatitudine sed pocius finaliter in beatitudine consumantur. Non tamen video quod oportet angelos movere orbes celestes (ut fingunt philosophi), quia cum non sese impediunt resistendo, in motibus

Will the heaven remain after the third advent?

It seems not.

Fol. 143b

Angels not needed to keep the worlds in movement.

1. A: communione. 1. B: autorem de causis est primo. B: in marg.: Error sompniancium successionem in creaturis rebus. 5. B: huiusmodi facciones. 8. A: et illud. 9. AB: corpus novus. 10. B: totum hoc. 10. B: autoritate. 15. AC: creacioni. 16. AB: vacuum deest. 16. AB: immense; A: idem esse. 17. A in marg.: Secundum dubium; B in marg.: Questio secunda; opinio vera. 22. C: armoniacum. 22. A: in marg.: Secunda. 23. A: talibus signis. 26. A: sic habito hominum; codd. hominis. 28. AB: generabilium. 30. BC: non deest. 33. BC: modo celum. 33. C: diminuitur. 34. A: finaliter deest.

Digitized by Google

et causando sonos semel ex imperio divino moti circumduccione movebuntur perpetuo, sed secundum Dei imperium non quiescant. Sic enim trocus vel aliud circumductum propter appetitum inmediacionis cum alio cor-
5 pore perpetuo moveretur, nisi gravitas et contrarietas elementorum intrinseca impediret, vel ab aere vel alio collidente extrinseco vetaretur. Sic debet esse de orbe celesti moto, licet alia motrix intelligencia non fingatur. Sicut ergo natura prima mandat istis corporibus mo-
10 vere naturaliter quantum placet, sic mandat eis alias quietari et undequaque *obediunt* (ut patet Baruch IV). Si autem elementa vel corpora mixta habent virtutes intrinsecas ex Dei imperio naturaliter inclinantes, placet. Sed illud non obviat quin primo et principaliter ex
15 Dei imperio moveantur, et sic de animabus brutorum et hominum, licet habeant inclinacionem quamdam limitatam sibi a natura, ut tam intrinsecus quam extrinsecus moveant subiecta sua secundum quod Deus limitat. Hoc tamen non tollit vel diminuit quod Deus sit
20 omnium mobilium primus motor.

SERMO III.

Cum audisset Johannes in vinculis opera Christi mittens duos de discipulis suis ait illi. Matthei XI°, 2, 3.

Hoc evangelium facit mencionem de primo illorum
25 trium Christi adventuum secundum habitudinem ad precedens suum testimonium ut Baptistam, et dividitur in hec tria: Primo narratur quomodo *Johannes vinculatus in carcere misit duos de discipulis suis*, ut testentur apcius veritatem fidei adventus Christi, ut tam ipsi
30 quam tota ecclesia credant clarius fidem huius adventus quam antea trepidabant. Baptista autem licet influctuanter crediderit illam fidem, voluit tamen quod tam sui discipuli quam alii increduli forent ex verbis et

This gospel tells of the incarnation of Christ,

3. A: aliquod circumductum. 4. A: in mediatinis. 6. AB: impedierit. 7. A: vetarentur. 10. A: alias deest. 11. BC: undiquaque. 11. B: IV deest. 14. C: obviat quoniam. 17. A: intrincicus . . . extrincicus; sic et in omnibus locis sequentibus codicis A lector inveniet. 18. A: substancia sua. 19. C: tollit sed innuit. 19. A: quin Deus. 22. B in marg.: Dominica tercia. Evangelium Matthei XI. A: opera Christi etc. Cetera desunt. 24. A: mensionem. 31. A: influctualiter. 32. A: credidit. 34. A: factis et verbis.

11. Rectius Baruch III. 33 *et obedit illi in tremore.* 23. Cf. Select. English Works of John Wyclif ed. by Arnold I. 71—73.

Digitized by Google

factis domini confirmati. Nam qui perfecte Deum diligit, cum plus appetit honorem suum quam proprium, mavult quod nomen Dei in necessariis ad fidem catholicam detegatur, quam quod sua excellencia proclametur. Et sic Baptista vinculatus ab Herode, credens se moriturum in proximum, voluit ante mortem suam fidem incarnacionis (cuius specialiter ipse fuit preco et testis) parum amplius ostentari. Unde non querit *si Christus sit ille Messias venturus* pro redemcione generis humani *aut oportet eos alium expectare* propter hoc quod ipse dubitaverat in hac fide, sed quia voluit discipulos suos in parte incredulos cum aliis eis similibus confirmari in fide ex solucione questionis et sic omnino fidem Christi et honorem Dei in ecclesia relucere. *Et respondens Jesus* pro hoc fine consonancius *ait illis: Euntes renunciate Johanni que audistis et vidistis,* ut ex relacione huius duplicis testimonii et informacione prophete domini credentes concipiatis fideliter veritatem. Et narrantur septem miracula que includunt universitatem miraculorum per que dantur eis atque ecclesie evidencie hoc credendi et ad frugem melioris vite ex visis miraculis se parandi. Licet enim videatur beatum Gregorium sentire quod Johannes dubitavit si moreretur ante Christum et ita preconizaret eius adventum patribus in limbo, sicut preconizavit viantibus, cum ista particula *an alium expectamus* videtur impertinens huic sentencie, posset tamen esse quod Baptista in isto dubitans voluit cum alio fine predicto incidentaliter informari. Primum miraculum est informacio intellectus, dum dicitur secundum rectam logicam quod illi qui sunt prius *ceci* recte *vident* veritatem credendam; et quia post instruccionem intellectus ostenditur affectus in opere, ideo signanter dicitur secundo quod *claudi*

in which the Baptist wished to shew his faith.

4. BC: quod deest. 9. B: ipse Messias. 11. A: fide hac. 13. B: confirmare. 14. A: in eis relucere. 17. C: ex collacione. A in marg. sup. fol. 143ᵃ: *Ceci vident* Matthei XI. Ceci vident mundi maliciam diu durabilem nec iam deserunt propria . . . spurciciam abhominabilem nec eam corrigunt, demonum astuciam inevitabilem, nec eam fugiunt, divinam iusticiam inflexibilem vel insuperabilem, nec eam metuunt. Ceci vident, dum errant . . . lumen veritatis aspiciun . . . claudi ambulant dum . . . torpentes in operando . . . minus probiciunt, leprosi mundantur, dum penitente . . . vetustam pellem culpe abiciunt (Margg. huius folii abscisae sunt). 19. A: includunt veritatem. 20. AB: miraculorum dantur; A: eis itaque evidencie; itaque sequitur lacuna. 22. A: separandi; A: videtur. 25. A: illa particula. B: ita particula. 27. A: in primo dubitans. 28. A: voluit tamen eum. 29. A in marg.: 1. 31. B: vident virtutem. 32. A in marg.: 2. 33. A: quod deest.

10, 11, 15 et seqq. Matth. XI. 3, 4. 23. Gregorii in Ezechielem lib. I, Hom. I, Opp. I, 1176.

Digitized by Google

ambulant; et tercio cum vicia sunt connexa, et per consequens, illi qui prius erant spiritualiter *leprosi* secundum hereticam superbiam iam humiliter *sunt mundati.* Quarto quoad capacitatem fidei illi qui prius sunt *surdi* 5 modo *audiunt.* Quinto qui prius sunt *mortui* ad vitam spiritualem *resurgunt.* Sexto mundo *pauperes preconizantur* tanquam excellencius *evangelice* viventes. Et septimo cum Christus sit radix et fons religionis predicte, *beatus est qui nec* active nec passive *fuerit scandalizatus in illo,* sic videlicet quod contempnat vitam | Christi Fol. 143ᵃ aut suam religionem, vitam quam vivere debuit obmittendo nec falsitatem aut derisionem legi Christi temere imponendo. Nam ambo tales scandalizantur in *lapide offensionis* (ut dicitur Iᵃ Pet. IIᵒ, 8). Et sive isti duo 15 Johannis discipuli viderunt omnia ista miracula fieri effectu et presencia corporali sive non, probabile tamen est quod in fide qua prius erraverant sunt a domino illustrati.

Jesus praises John,

Illis autem abeuntibus cepit Jesus in discipulorum Johannis absencia commendatorie *dicere de Johanne,* 20 ut conformet instruccionem suam questioni Johannis; sicut querendo peciit delucidacionem fidei, sic Christus querendo tripliciter ostendit excellenciam Johannis per patienciam contrarii quesiti. *Quid,* inquit, *existis in desertum videre?* — nam ille turbe confluebant ad 25 videndum Johannem (ut notatur Luc. IIIᵒ, 7). Ideo testari possent quod non viderunt in ipso *arundinem vento agitatam,* quia solum ille est mistice sic arundo qui sine fundamento saxi stabilis in luto infigitur, sine fructu ut herba sterilis flexibiliter erigitur, et sine con- 30 stancia stabilis solidantis tanquam lignum intus concavum ad quantumcunque levem turbacionis turbinem agitatur. Et constat illis quod videndo Johannem non viderunt huiusmodi viatorem, sed quia viventes vitam heremiticam sepe non premuntur in talibus sed petunt 35 a potentibus mollia vestimenta (ut patet de fratribus), patet ex conversacione Johannis in heremo quod non fuit isto carnali crimine maculatus. Nam qui sic mollibus vestiuntur petunt civitates, regum domos vel

who cared not for soft raiment, as do many of the friars.

1. BC: sunt deest. 4. A in marg.: 4; A: quarto ergo. 5. A in marg.: 5. 6. A in marg.: 6; A: Sexto modo. 7. BC: excellencius deest; A in marg.: 7. 10. A: sic videt; B: valet. 12. A: nec facilitatem. 14. A: offencionis; ib. I. Petr. 4. 15. A: omnia illa. 17. A: erraverant prius. 23. C: quesite. 25. A: notat. 26. A: viderent. 28. C: figitur. 30. B: solidantis in textu; solidatis in marg. 31. A: quemcumque. 35. C: potencioribus. 37. A: illo.

6. Vulgate: *Pauperes evangelizantur.* 18, 24. Matth. XI, 7.

Digitized by Google

activorum habitaciones; cuius oppositum patuit de Johanne. Ideo tercio querendo *si exierunt videre prophetam* Christus approbans illam sentenciam superaddit: *Eciam*, inquit, *dico vobis et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est* (Malach. IV°): *Ecce*, ait Deus pater, 5 *mitto angelum meum*, hoc est, nuncium et prophetam, *ante faciem Messie qui preparabit viam* mox ante Christi adventum. Sicut enim aurora precedit diem claram, lucerna candele lucem et seta filum flexibile, sic Baptista precessit Christum tempore, non dignitate, cum Christus 10 dignitate factus fuerat ante ipsum.

The Baptist preceded Christ in time, but not in dignity.

Sed in isto instant logici quod, si Baptista fuit propheta et plus quam propheta, Christus fuit contrarius sibi ipsi. Sequitur enim: Baptista est plus quam aliquis propheta et ipsemet est aliquis propheta, ergo est plus 15 se ipso. Sed sic garrientes ignorant supposiciones et predicaciones communium terminorum. Nam in scriptura sacra et modis loquendi sanctorum terminus communis nunc supponit simpliciter pro racione denominacionis huiusmodi et nunc personaliter pro subiecto quod 20 recipit illam denominacionem.

How the Baptist was a prophet yet more than a prophet.

Ad secundum sensum Baptista fuit propheta et ad primum sensum habuit plus quam racionem taliter prophetandi. Nam (ut patet I. Reg. cap. IX°, 9) *prophete olim dicebantur videntes*, quia veritates distantes vel tempore 25 vel noticia viderunt plus ceteris intellectu. Baptista autem Messiam presentem digito demonstrabat et manu palpabat (ut patet Joh. I°), ideo habuit et ultra spiritum prophetandi.

What a prophet is:

Circa hoc evangelium dubitatur quid sit propheta et 30 quod eius officium. Et multi de sectis faciunt more suo rancosam diffinicionem et inutilem de propheta, ac si in illis singulariter vigeret sapiencia et in fine temporum reseranda. Potest autem dici quod propheta sit

2. A: exirent videre videre. 5. A: Mal. I°; ib. A: pater Deus. 7. A: parabit; ib. BC: viam moris. 9. A: lucem ccta; ib. C: flexibilem. 11. B: Ante illum. 12. A: sed in illo; ib. A in marg.: obiccio; ib. A: si Johannes. 13. A: Christus deest. 14. A: enim Johannes. 15. A: ipsemet est propheta. B in marg.: Exemplacio; sophisma. 16. A in marg.: Solucio. 18. A: terminis. A in marg.: Terminus communis supponit: simpliciter, personaliter. B in marg.: Quomodo termini communes in scripturis sanctis supponuntur dupliciter, videlicet: simpliciter et personaliter. 19. B: nunc deest. 22. BC: fuit Baptista. 28. A: palpabit; ib. A: habuit hoc plus et ultra. 30. A in marg.: Dubium. B in marg.: Questio. Quid sit propheta et quod eius officium. 32. A: rangosam. 33. A: singulariter in illis; A: et deest. 34. A: reservanda.

2. Matth. IX, 9. 4. ib. 9, 10. 24. I. Reg. IX, 9: *Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.*

Digitized by Google

creatura racionalis, habens spiritum prophetandi, et sic propheta est communis tam angelis quam hominibus; non enim excludit propheta claram prophetandi noticiam, cum Christus fuit propheta maximus, licet clare viderit quidquid dixerit. Nec est cura de sexu, cum mulier sit ille, quia spiritus qui multa prophetat; nec requiritur ad habendum spiritum prophetandi esse in gracia secundum presentem iusticiam vel predestinari: Baalaam enim, Cayfas et multi diabolici prophetarunt et si prophetarunt erant prophetantes et prophete; unde quicunque procul fatur veritatem coexistentibus absconditam est propheta. Et patet quod sunt multi gradus prophetandi nobis incogniti, licet ille qui excellenter prophetat autonomatice dicatur propheta, et alii propter exilitatem dicantur non prophete communiter.

A rational being having the spirit of prophecy,

not necessarily righteous or predestinate.

Est autem prophecia de quacunque differencia veritatis, ut Moyses prophetavit eximie de veritate de preterito, ut de creacione mundi et eius ordine, Elizabeth prophetavit de presenti, ut quod mater domini ad ipsam venerit, et alii communiter prophetarunt de futuro. Nec refert multum quoad illas differencias temporum, quia eadem veritas, ut puta *Christum incarnari* nunc est preterita nunc presens et nunc futura, licet sint differencie formales inter *Christum fore incarnatum* et *Christum fuisse incarnatum*. Et sic extense loquendo quasi quilibet homo est propheta, quia fidelis dicit in fide veritates tam de preterito quam de futuro aliis et sibi satis absconditas, et alii infideles prophetant realiter Fol. 143d veritates futuras explicite aliis occultas. Et quamvis | prophete sit opus intelligencia, stat tamen hominem prophetare et veritates illas propheticas ignorare, sicut patet de Cayfa. Et sic astronomi, geomantici, nigromantici et quacunque alia arte dicentes distancia sunt prophete, quia in omnibus illis Deus dicit eis veritates quas nunciant. Et patet quod nude ex prophecia in

Prophecy may be of past, present or future.

A man may fail to understand his own prophecy.

1. A: racionabilis; ib. A in marg.: Quid est propheta. B in marg.: Diffinicio prophete. 2. B: angelo quam homini. 3. B: prophetanti noticiam; C: prophetati. 5. B: dixit. 5, 6. A: cum — ille deest; ib. A: qui deest. 7. A: ad habere. 8. A: iusticiam presentem. 9. C: enim deest. 10. A: si prophetarunt deest; B in marg.: Propheta. 11. A: fantur. 14. A: auctorice. 15. A: communiter non prophete. 18. B: et de; B in marg.: Prophecia potest contingere ad quamlibet differenciam temporis et quare hoc. 20. BC: veniret; ib. BC: communiter prophetant. 23. A: nunc presens deest. 24. C: et deest. 26. A: quasi deest; ib. C: quilibet hominum. 27. A: veritatis; B in marg.: Quomodo quilibet homo potest esse propheta. 27, 28. A: eciam; C: satis deest. 28, 29. A: et — occultas deest. 30. BC: intelleccione. B in marg.: Aliquis prophetat aliquid quod ignorat. 32. A: geometrici.

Digitized by Google

suo analogo homines non merentur. Unus enim potest prophetare ex instruccione alterius, sicut homines prophetarunt ex instruccione angelorum vel hominum, ut patet de Evangelista et Baruch. Unde Christus dicit quod tempore legis nove mittit reprobis prophetas, et falsos prophetas futuros in ecclesia dicit ex signis prenosticis attendendos. Unde omnes qui predicant secundum gradum aliquem sunt prophete. Et argumenta in oppositum istorum que secte replicant non sunt digna memoria, cum sonant in divisionem et eorum excellenciam, non in profectum ecclesie.

It is incumbent on a prophet to speak truth to edification.

Vulgo enim videretur inconveniens quod quilibet sit propheta qui intelligit propheciam secundum intelligenciam que plebeis non convenit. Ideo quantum ad officium prophete, patet secundum exemplar Baptiste et Christi quod usque ad mortem debet quilibet propheta dicere populo edificatoriam veritatem. Baptista enim incarceratus languebat circa profectum et honorem sponse sue sicut ante conversando et se ipsum puniendo eandem sentenciam siciebat. Unde publice Baptista arguendo Herodem, eo quod contra legem sponsi ecclesie faciebat, decapitatus fuit (ut patet Marci VI°), et sic facerent quicunque vendicant originacionem sui ordinis a Baptista. Sed ab origine mundi non fuerunt falsi prophete, ut patet de sectis novellis spissius seminatis: Omnes enim ex fuco sanctitatis Christi et membrorum suorum vel aliorum qui emuntur censeri in sanctorum catalogo colligunt temporalia et terrena, sed sanctorum illorum officium et doctrinam evangelii vecorditer pretermittunt; et ad colorandum hoc facinus colligunt monstruosos Antichristi discipulos secundum sumptuosas expensas domorum et aliorum fictorum esse necessaria ad religionem Christi. Sed punctum sanctitatis et edificacionis ecclesie ut Antichristus aufugiunt. Arguunt enim secundum istam fallaciam: Deus non potest habere

1. C: Servus enim. 6. A: et dicit. B in marg.: Omnino homo potest esse propheta. 9. A: que sophiste. 10. BC: eorum deest. 11. A: profectum eorum et ecclesie. 12. B: videtur; C: videntur. 13. C: quia intelligunt. 13. BC: secundum excellenciam. 14. A: ideo consequenter. 15. A: exemplar Johannis et; A in marg.: Officium prophete; B in marg.: Quilibet usque ad mortem debet dicere edificatoriam veritatem. 19. A: perimendo. 20. publice; C: sup^to A: Baptista deest. 21. BC: sponse. 22. A: Marci I. BC: et deest. 23. A: quicunque originacionem sui ordinis sumunt. 25. A: seminati. 26. A: Omnes — et erased; ib. B: et omitted. 27. A: qui videntur senseri; B: sinceri. 28. A: canthalgo. 31. A: Antichristi discipulos erased. 32. A: domorum erased. 34. A: Antechristus; A in marg.: Argumentum; B in marg.: Deordinaciones edificancium basilicas infundabiliter introductas. 34. 35. BC: Arguunt autem: A: illam.

Digitized by Google

nimis sumptuosum edificium; ideo quicquid laici contulerint ad eorum fabricam cedit Deo ad honorem et ecclesie edificacionem. Sed non recolunt de fallacia diaboli quomodo arguit ex particularibus suum propositum: Ecclesia Dei debet honorifice fabricari, ergo et sua basilica. Quomodo (queso) non pertinencius inferri debet ex hoc particulari quod parrochiales ecclesie et ille que debent continere viros edificantes Christi ecclesiam ruinose debent edificari pocius quam sue infundabiliter introducte? Recolerent (inquam) quam approbacionem dederit Christus istis basilicis, cum sedens contra templum prophetavit suis discipulis non quod edificaretur solempnius sed quod destrueretur funditus. Ecclesia eciam quam edificavit Baptista, conversans sub divo, fuit iste mundus, divisus in sancta sanctorum pro ecclesia triumphante et sancta que sunt hodie ruinosa pro ipsis viantibus; et ruinam istam pro magna parte originant sumptuosa edificia et superflua artificialia que mundo dediti opere nature superflue superaddunt, sed spiritualem operam sapientem celestium pretermittunt; et sic prophete isti blasphemant et dicunt in opere quod edificacio materialis basilice est Deo placencior quam spiritualis edificacio hominum in virtute.

False pleas for building sumptuous conventual churches.

It would be better to repair the parish churches,

which owe their ruin to these costly buildings.

Et quantum ad arguciam de templo Salomonis quam ignari obiciunt, respondet Jeronymus quod tempore quo populus rudis terrestritate est affectus fuit necessarium, sed non sine culpa ad celestia sit allectus. In cuius exemplum templum illud in penam peccati funditus est eversum; sed veniente Christo qui est plus quam Salomon templum illud materiale est ab illo subtiliter reprobatum et templum spirituale edificatum in virtutibus commendatum. Unde secte predicte opera et exempla Christi renuunt et plusquam Beghardi in hiis que lucrum sapiunt intendunt ritibus veteris testamenti. Recolerent (inquam) quomodo opera naturalia etsi penam christianis celebriter inferant sunt quacunque artificiali fabrica magis digna et ad dolorem peccati preteriti ac anhelacionem celestis Jerusalem amplius pungitiva. Sed

The splendour of Solomon's temple won no praise from Christ.

5. A: Ecclesia erased. 5, 6. A: ergo — basilica erased; B: et deest. 7, 8. A: quod — edificantes erased. 8. A: ruinosis. 9. C: edificare. 10—13. A: Recolerent — funditus erased. 14. A: ille. 15. A: sanctis sanctorum. 17. A: illam in magna parte. 19. A: operi. 20. BC: celestium omitted. 19—30. A: Sed spiritualem — materiale est erased. 26. Codd. terrestritati; B in marg.: Quomodo edificium spirituale in ecclesia est incomparabiliter materiali preferendum. 27. B: cuius signum. 30. A: reparatum et. 33. BC: hiis deest. 35. AB: corpora naturalia.

Digitized by Google

Antichristus ac si vellet stabilire sibi perpetuitatem in terris contra factum Christi, Baptiste et aliorum stabilivit sibi edificium quasi perpetuum hic in terris.

SERMO IV.

Miserunt Judei ab Jerosolimis sacerdotes et levitas ad Johannem. Joh. I°, 19.

John distinguished a. by miracle at his birth, b. by the holiness of his parents, c. by the holiness of his own life.

Constat ad literam quomodo in nativitate Johannis miraculum rutilabat, quomodo ex dignitate et miraculosa sanctitate parentum | et tercio, quomodo ex sanctitate vite proprie que in opere plus confirmat confirmabatur eius sentencia. Ideo miserunt Judei honorabiliores nuncios qui cognoscerent prophecias, scilicet sacerdotes et levitas, qui et forent Johanni plus affines et propter novitatem religionis eis contrarie magis constanter inquirerent. Primo ergo interrogaverunt de persona Johannis, cum habuerant in propheciis unum magnum de semine suo futurum quem Messiam nominaverant (ut patet Deuteronomii, XVIII, 15). Confessus est autem Johannes veritatem quesiti tripliciter negative et quarto humiliter positive. Quamvis autem potuit reputari fuisse Christus summus propheta, quia tamen prestancior est veritatis confessio, hoc negavit. Quanto magis nostri prelati ac religiosi, qui nec habent ex prophecia nec ex evidenti scriptura quod sunt predestinati, non frontose assererent quod sunt partes sancte ecclesie et sic Christus.

Fol. 144a

He would claim no greatness that was not his.

How he was and was not Elias.

Et quia prophetatum est Malachie ultimo de adventu Helie, negavit secundo se esse Heliam. Et quamvis Christus ad sensum equivocum vere dixerit ipsum esse Heliam, ideo dupliciter potest intelligi quemquam esse Heliam vel alium nominandum, scilicet personaliter (ut

2, 3. A: stabilit. 5. B in marg: Dominica quarta; Johannis I°; C in marg.: Dominica quarta in Adventu. 8. Codd.: quodammodo; ib. A: miracula. 9. B: tercio; quomodo deest. 10. A: confirmabatur deest. 11. A: honorabiles. 16. A: habeant in prophetis unum magnum in. 17. A: Deuteronomio; ib. A in marg. sup. fol. 144b: *Confessus est et non negavit.* Joh. I°. Confessio valet ad corrigendum culpam quam commisimus, ad recuperandam graciam quam amisimus, ad evadendum penam quam formidavimus et ad promerendum gloriam quam expectamus. 24. A: frontose non; C: nec frontose. 27. A: negavit tercio; B: se deest; ib. A: Et tercio; BC: et tercio deest. 28. A: dixerat. 30. A: nominatum.

4. Cf. Wyclif's Sermons, Arnold I, pag. 74. 17. Deut. XVIII, 15: *Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus Deus tuus: ipsum audies.* 26. Malachiae IV; 5. Matth. XI, 14.

Digitized by Google

Baptista vere locutus est) vel figuraliter (ut veritas vere dixit: *Si vultis recipere, ipse est Helias)*. Et tercio quia analogum per se sumptum pro famosiori sumitur, quesierunt si sit ille propheta eximius qui in lege eorum
5 fuerat prophetatus, quod eciam negaverat sicut ante. Sed quarto confessus est humiliter quod fuit *vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut prophetatum est*. Ysaie XL, 3. Sicut (inquam) voce verbum mentis exprimitur, sic Johanne verbum eructatum eter-
10 naliter declaratur. Et licet sit verum de virtute sermonis quod vociferans et clamans sit vox ipsa substancialiter, tamen Baptista preelegit intransitive loquendo pocius concedere se esse vocem huiusmodi quam clamantem. Nichil enim est fragilius aut inpermanencius
15 quam vox talis. Sed *quia nuncii missi erant ex phariseis* in quibus credebatur a populo religio floruisse, ideo quesierunt profundius *quare Johannes* secundum novum ritum religionis *baptizavit* sic populum, *cum non sit aliquis horum trium* in quibus nova religio inchoaret. Sed *Jo-*
20 *hannes respondet quod solum baptizat* preparatorie et inchoative, ideo baptizacio sua est grossa *in aqua*; sed futurus est magnus propheta quem querunt tacite, qui secundum deitatem est *medius* inter quaslibet creaturas, sicut est media persona in divinis, et secundum huma-
25 nitatem mediam vitam ducens, *quem* ex cecitate peccati et ignorancia prophetarum ipsi *nesciunt. Ipse enim est qui* post Baptistam venturus est tam humana origine quam predicacione et populi informacione; et tamen *factus est ante Baptistam* dignitate, quia factus est prior
30 tocius ordinis christiani, ita quod *ante* dicit prioritatem dignitatis vel ordinis non autem prioritatem temporis, cum Christus non divinitus fuit factus et humanitus fuit post Johannem natus ex utero, sed ut multi calculant, fuit plene formatus in utero ante Johannem.
35 Sed ista sompnia parum curo; dignitatem autem Christi

Why he called himself a 'voice'.

John's baptism.

2. Codd. vultis scire cf.: Matth. XI, 14. 3. B: anologum. 6. B: Sed quare. B in marg.: Dupliciter potest aliquis aliud esse vel vocari, scilicet personaliter et figuraliter; Johannes quomodo est vox clamantis. 7. A in marg. sup.: *Dirigite viam domini* Joh. VII° (l). Dirigenda est hec via racione rectitudinis, quia nichil in ea devium, racione pulcritudinis, quia nichil in ea sordidum, racione securitatis, quia nullum periculum et racione equitatis, quia nullum offendiculum. 10. A: sermones. 16. A: in quibus deest; ib. A: in eis floruisse. 18. A: at sic; ib. BC: populum non sicut. 23. A: est deest. 24. A: de media persone. 26. A: quos ipsi nesciunt; ib.: ipse quidem. 29. B in marg.: Quomodo Christus factus est ante Johannem et quomodo econtra. 35. A: sed illa.

2. Malachiae IV, 5; Matth. XI, 14. 6. Johannis I, 23.

Digitized by Google

et indignitatem sui confessus est Baptista humiliter, quando dixit quod *non est dignus solvere corrigiam eius calciamenti.*

Quarrels between the friars as to going barefoot.

Ex quo textu fratres Predicatores contra Minores obiciunt quod Christus ut ipsi fuerat calciatus; aliter enim Baptista impertinenter hoc diceret. Sed Minores econtra obiciunt quod Christus sepe viaverat nudus pedes, cum aliter Maria Magdalene in solempni convivio non haberet opportunitatem ad lavandum et osculandum pedes domini. Sed neuter istorum contendencium caret loquele calumpnia, cum nec sequantur Christum pedestrem, nec sine affeccione culpabili temporalium, quod dimissa pertinencia sequele in calciamentis corporalibus foret secundum Christi sentenciam amplius ponderandum. Christus enim incessit nunc calciatus nunc nudis pedibus, sicut sibi placuit, sed omnino affectum avaricie ad temporalia non habebat. Et sic intelligunt quidam probabiliter Baptistam intelligere se non esse dignum ligamentum religionis huius Christi dissolvere. Sed Antichristus in pseudofratribus hoc presumit, cum ultra Baptistam et ipsum dominum edificant sibi sumptuosa edificia in quibus avare congregant pauperum temporalia per sua ficta mendacia. Hec in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Johannes baptizans. Duplex autem creditur Bethania, una prope Jerusalem, ubi Lazarus erat suscitatus, et secunda ex altera parte fluminis in sorte duarum tribuum, et in illa propter habundanciam aque et facilem confluxum populi baptizavit. Et concordat nominis interpretacio, cum Bethania dicitur domus obediencie vel domus affliccionis vel domus Dei. Que omnia tria possunt Baptiste competere, cum ipse fuit inter viantes Christo magis obediens, in penalitate se magis afflixerat propter

They should imitate Christ in more important matters.

1, 2. BC: quando humiliter. 2, 3. B: sui calciamenti; C: unius calciamenti. 4. B in marg.: Altercacio Predicatorum cum Minoribus de calceamentis Christi. A in marg.: Nota contra fratres. Duplex obieccio fratrum 1, 2. 5, 6. A: ut — enim erased; ib. impertinenter erased. 7. BC: sepe venerat. 8. AB: Maria deest. 10. A in marg.: Nota; A: Sed neque illorum. 11. C: sequele calumpnia. 15. BC: Christus autem. 16. A: nudus pedibus; ib. BC: si sibi; ib. C: placuerit. 17. BC: avarum; ib. temporalia necessario non. 18. B in marg.: Quid intelligitur per corrigiam calceamentorum Christi; A: probabiliter omitted. 19. C: huiusmodi; A: solvere; A: Antichristus; que secuntur usque ad per sua ficta mendacia ad magnam partem erasa sunt. 26. A in marg.: Duplex Bethania intelligitur in scripturis; ib. C: fuit; B: fuerat suscitatus. 27. A: secundarum. 31, 32. A: Baptiste possunt. 32. A: inter viantes fuit.

2. Joh. I, 27.

Digitized by Google

Fol. 144b Christum, et in loco illo copiose | receperat donum Dei. Nec valet contencio qua quidam altercantur si corporalis baptizacio Johannis dedit graciam; proprium quidem est Deo dare graciam, licet talia corporalia disponant hominem, ut graciam a Deo recipiat. Unde sicut multe gutte predisponunt ad cavacionem lapidis et ultima cavat ipsum, sic multa corporalia baptismata preparant ut a Deo (cum sibi placuerit) gracia inducatur. Ideo illi qui contendunt in isto ostenderent si sint tanti Dei secretarii, quod in baptismo Baptiste Deus contulit donum suum; sed sicut corporalis baptizacio non per se confert graciam baptismalem, sic non obest post baptizacionem Johannis fideles in nomine Christi iterum baptizari. Sed post baptismum Christi foret superfluum ac temerarium quemquam rebaptizari, cum nec evangelium hoc precipit, nec ad baptizacionem flaminis corporalis baptizacio sit absolute necessario requisita. Nec video quod ignoranter sed non contemptibiliter iterans corporalem baptismum ex hoc peccat mortaliter, licet quadam sollicitudine prius baptizati non debent rebaptizari et posito baptizante in formidine debent baptizari sub condicione *ego baptizo te, si non es prius baptizatus*, et propter necessitatem sacramenti baptismi tam clerici quam laici possunt homines baptizare. Sed difficultas est si infideles vel heretici possunt baptizare fideles (ut Augustinus discutit de Donatistis). Et videtur mihi quod quicunque corporaliter rite baptizaverit, Deus spiritualiter baptizat, et quantumcunque quis baptizaverit, servando ceremonias, Deus si sibi placuerit non baptizat. Debemus tamen credere quod Deus baptizat regulariter, quando ministri eius non ponunt obicem. Sive fidelis sive infidelis ex animo in nomine Christi baptizaverit, Deus non obstante indignitate persone quod suum est perficit, quia aliter in confeccione eucaristie et ministracione cuiuscunque sacramenti alterius foret ecclesia perplexa. Sed dato quod quis ficte et infideliter bap-

Idle quarrel as to whether John's baptism gave grace.

The baptism of Christ must not be repeated.

Baptism by heretics and infidels valid.

God does his part in spite of unworthy ministers.

1. A: reciperat. 2. BC: altricantur. 3. A: Jo. 3, 4. BC: proprium — graciam deest. 5. BC: Unde ut. 6. A: ultimo. 9. BC: sunt. 10. 11. A: domum. 13. A: fidelem. 14. A in marg.: Utrum baptizati possunt rebaptizari. 17. A: non sit absolute. 19. A: peccant. 20. A: prius deest. 22. A: te deest. 22, 23. BC: antea baptizatus. 24. A: tam laici quam clerici. 24, 25. A in marg.: difficultas. B in marg.: Nota. Questio. A: sed diffinitas est. 27. B in marg.: Solucio; A: rite baptizaverat. 29. A: sibi deest. 33. A: Deus autem. 34. A: in faccione. 35. C: et alterius. 36. A: docto quod; B: docto ut; C: dato ut.

24. Augustini, De Baptismo, Opp. IX, 189.

Digitized by Google

tizat, deridendo ut graculus, licet ex debito in baptizatum sacramentaliter baptizare. Sive autem fiat baptizacio sub hiis verbis: *Ego te baptizo in nomine patris et filii et spiritus sancti*, sive sub istis: *Baptizo te in nomine domini nostri Jesu Christi*, sive more Grecorum sub istis: *Baptizet te Deus*, sive ter fiat immersio sive semel, non pono vim, quia fides ecclesie et virtus sacramenti faciunt preparatorie ad baptizacionem flaminis quantum debent. Aqua autem debet esse prope elementarem non sensibiliter commixta. Nec refert multum sive homo immersus fuerit sive aqua fuerit super eum infusa, quia sic Baptista et apostoli baptizarunt.

Form of bapitsm.

Doubt raised, whether this passage allows lying.

Circa hoc evangelium dubitatur utrum in aliquo casu licitum sit mentiri, et certum est ex dictis et factis sanctorum quod non, sicut non licet blaspheme accipere in falsitatis testimonium veritatem. In oppositum videntur multa dicta doctorum, ymmo quod Baptista vel dominus (ut videtur) ex hoc evangelio est mentitus. Item, propter devocionem aut humilitatem licet homini de se ipso mentiri, negando sibi inesse virtutis excellenciam.

Wyclif holds that no one may ever lie.

Hic videtur mihi tenendum quod nemo propter salvacionem mundi vel aliquod assignabile mentiretur. Nec sonat in devocionem vel humilitatem mentiri pocius quam fornicari vel aliud malum moris active perficere vel passive. Nam secundum Augustinum *omne mendacium est peccatum et econtra;* ideo idem esset commendare quantumcunque leve mendacium et exaltare patrem mendacii contrarium veritati, quia Luc. XI°, 23, dicit ipsa Veritas: *Qui non est mecum contra me est.* Ideo nemo mentiretur de se ipso propter humilitatem, sicut nec fecit Baptista, sed vel taceret donum Dei in casu quo crederet ipsum in mente extollere vel alios scandalizare vel plane et cum modificacione humili de se ipso diceret veritatem, ut puta, quod sic Deus ex

1. graculus; cf. Sermonum part. IV. Serm. XXIV. 3. B in marg.: Diversis verbis bene exprimitur baptismus sacramenti. A in marg: 1, 2, 3. 4. A: sancti Amen. BC: sub istis verbis. 6. A: sub istis deest. 7, 8. A: fides sacramenti et virtus ecclesie. 12. A: apostoli et Baptista; ib. in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. Nota an mentiri liceat. 16, 17. A in marg.: In oppositum; ibid. dicta multa. BC: dicta sanctorum. 19. BC: Item deest; ib. B: devocionem ergo. 27. BC: peccatum est mendacium. 28. A: quodlibet leve. 29, 30. AB: dicit ipse. 30. BC: adversum me. 32. A: nec nec facit. 32. BC: vel deest. 33. A: in monte.

10. Cf. Trialogum pag. 282. 26. Augustini Enchiridion cap. XVIII, Opp. VI, 202.

Digitized by Google

gracia sua dedit sibi facere utinam ad beatitudinem adquirendam. Nec est pertinens mendacio quod aliqui male concipiunt verba loquentis, ut quidam heretici dicunt de Christo quod dedit legem falsissimam et sepius est mentitus, quia ad discernendum mendacium oportet recurrere ad intencionem loquentis, et ad verba que loquitur, secundum quem sensum ad eius mentem debent intelligi; et ideo contingit multos verum ficta intencione asserere et mentiri. Nec contendo circa hanc logicam quod verba verissima ad sensum loquentis vel Dei prolata sunt falsa ex sinistra intelleccione audiencium, quia licet sint falsa ex culpa audiencium, tamen more insolubilium sunt vera quoad recte loquentem ut Deum. Nec contendo circa istud quod contingit hominem falsum recitative dicere vel iocose, quia sermo noster est de dicere quod est mentis assercio; nec caret talis iocosa locucio semper culpando mendacio. Sicut ergo pater mendacii qui est capitaliter contra Christum est mendacium in abstracto, sic mendacium et in facto potissime est illud per quod de|bilitatur christiana religio; qui enim in facto dicit Christo contrarie ut sic culpabiliter est mentitus. Et patet quod multi tales ordines sectarum vel singuli menciuntur; dicunt enim et verbis confirmant quod sunt secularibus, ut pretendit corporalis habitus, sancciores et per consequens sunt fideles adiutores et imitatores domini nostri Jesu Christi. Sed factum et conversacio contradicunt. Et tales ex vehemencia realis mendacii sepe prorumpunt in mendacia vocum sui et aliorum graviter scandalosa. Ideo instruenda foret communitas christiana quod, cum opera dicunt realius quam verba, ut attendant ad fructus suorum operum suis vocibus parvipensis. Dicunt enim, cum sint pharisei, sed non faciunt; ideo secundum doctrinam Christi tales falsi prophete ex fructibus debent nosci. Nec video quomodo invasa foret christiana religio, nisi per mendacium, quia cum sit per se religio veritatis, solum mendacium per se

A man does not lie when he means his words truly though they should be misunderstood.

Nothing does so much harm to the Christian religion as lying whether in word or deed.

Fol. 144a

2. C: commerendam. ib. B in marg.: Intendendum est ad intencionem loquentis et non verba. 6. C: oportet deest; ib. A: legentis. 7. B: que locuntur. 8. BC: et deest. B: convenit. 11. C: sunt fuit. 12. BC: quia — audiencium deest. 12, 13. B: tam more. 14 A: non contendo; ib. B: convenit. 17. A: super culpando. 21. A in marg.: Quid est mendacium in facto. B in marg.: Mendacium operis est maximum. 22. A: est culpabiliter. 25. A: superiores et per. 26. A: corporis domini Jesu Christi. 30. A: inter scandalosa. 32. A: eorum operum. 35. A: ex operibus.

Digitized by Google

sibi opponitur. Et sic attendendum est ad homines qui in ritibus corporalibus magis sophisticant; et illi sunt qui religionem Christi plus lacerant, cuiusmodi videntur cuncti religiosi privati, sive possessionati fuerint sive fratres. Ipsi enim dicunt quod observantes religionem suam que est christiana religione perfeccior excedunt quoslibet seculares, et (si fas est dicere) ipsos apostolos. Nam multa plus blasphema dicunt implicite quod eo ipso quo quis servaverit tradicionem quam ipsi inveneranf, aptatur ut sic ad perfecciorem observanciam mandatorum, sed Deus dicit Marci XV° quod ipsi transgrediuntur mandata Dei propter tradiciones suas, cum Deus dicit quod homo honoret parentes tam corporaliter quam spiritualiter. Sed ipsi ex tradicionibus suis appropriant sibi et sic incastrant temporalia quod a parentibus et aliis dignis exigentibus sunt exclusa. Et quantum ad spirituale suffragium tradunt ex fictis regulis quod quidquid ad temporalium subtraccionem sonuerit est tacendum, et sic ut errantes tutores inficiunt prelatos ecclesie et rempublicam consequenter. Et quantum ad mandata prime tabule, notum est quod sunt idolatre plus amantes temporalia ipso Deo, ymmo discurrendo per omnia mandata decalogi dicunt in facto quod plus instant ad observandum ipsa quam ceteri christiani.

Thus the sects sin.

SERMO V.

Erant Joseph et Maria mater Domini mirantes super hiis que dicebantur de illo. Luc. II°, 33.

1. B in marg.: Multa iactancia fratrum de perfeccione ordinis sui. 4—25. A: privati — christiani — ad magnam partem erasa; quae supersunt haud legi possunt. 8. A: blasphemia. 9. AB: quod quis. 11. A: mandatorum deest. 13. A: cum dicit. 14. A: Sed ut ipsi. 15. A: approbant. 16. B: apucibus; hic locus corrupt.; ib. BC: exigentibus deest. 17. A: tradunt deest. 18. A: subtraccionem temporalium solverit. 22. A: temporalia Deo suo. 24. A: in instanter. B: plus instanter; A: christiani etc. In codd. B et C sequitur: Quia contingente Nativitate domini die Martis sexta die ab ipsa contingit die dominica et dies Epiphanie cum suis octavis contingit eciam die dominico, ideo per evangelia istorum quatuor dierum est per ordinem transcurrendum. 26 A in marg.: Sermo V. B in marg.: Dominica prima post Christi nativitatem. C in marg.: Dominica infra Octavam nativitatis Christi. A in marg.: sup. fol. 144ᵉ: *Erant Joseph et Maria mater Jesu mirantes* Luc. II°. Racio huius admiracionis fuit quadruplex: In materna virginitate prolem pariente, in superna societate natum annunciante, in siderea claritate Magos deducente, in propria potestate mira faciente. Nec mirum si mirabantur de illo quia mirabilis fuit in divinitate quia incomprehensibilis, mirabilis in humanitate quia tam humilis, mirabilis in sapiencia quia infallibilis, mirabilis in potestate vel equitate quia inflexibilis. 28. A: de hiis que.

27. Vulgate: *Et erat pater eius et mater mirantes super his, quae dicebantur de illo.* Cf. Wyclif, Sermons, ed. by Arnold, I, 332—334.

Digitized by Google

Illa pauca que narrant evangelia de Christi infancia supponi debent sufficere ad instruccionem ecclesie. Narrat autem hoc evangelium quomodo Joseph pater Jesu et Maria mater eius mirati sunt de signis multiplicibus que in ipso a sua nativitate occurrerant. Symeon autem tamquam sacerdos et senior benedixit matri et puero qui ultra alios homines sunt quodammodo unus homo, tum quia secundum naturam corpoream pars Marie fuit ex integro corpus Christi, tum eciam quia in eis fuit plene conformitas voluntatum. Et dixit de Jesu ad Mariam que fuit sensibilis discrecionis particeps: *Ecce positus est hic ad paciendum.* Sed cum sit *lapis angularis* et *lapis offensionis* (ut dicit beatus Petrus, I^a Petri II°), est occasio ruine perfidorum Judeorum sibi discredencium et in eum offendencium, sed per se causa resurreccionis multorum fidelium a tenebris peccatorum et in signum federis inter Deum et hominem; cui contradictum est a sacerdotibus phariseis et scribis et aliis legis ficte peritis, quia illi precipue ex dogmate diaboli confirmati contradixerunt huic signo evangelico salutari. Et consequenter divertit ad prophetandum eventus de Maria credendos: *Tuam,* inquit, *ipsius animam pertransibit gladius,* hoc est, dolor compassionis pertransibit et quasi penetrabit animam tuam que est ipsius, cum sit predestinata tenerrime; et sic Deus ipsam possidet ab eterno. Et ex isto modo loquendi notatur quod anima Christi fuit pro instanti sue concepionis suo corpori copulata et in totum corpus Marie influens graciose.

Wonders attending Christ's childhood.

Prophecy of Simeon.

What the sword is that should pierce Mary's heart.

Nec habent grammatici nec logici scintillam evidencie quam inferant contra hoc verbum *tuam ipsius animam,* quia ignorant misterium fidei incarnacionis et virtutem accionis anime miraculose et insolite copulate sanguinibus beate virginis infra ipsam.

Causa autem materialis huius gladii fuit dolor quem Maria sensit de filio suo dulcissimo, et causa finalis fuit ut *revelentur ex multis cordibus cogitaciones;* quod tripliciter exponitur, primo ut cogitaciones fluctuantes

Cause of Mary's suffering.

4, 5. A: ipso et sua. 7. B in marg.: Joseph et Maria quomodo sunt unus homo. 12, 13. A: lapis affeccionis; ib. Petrus Petri est. C: Christus est. 18. BC: legis fictis. 20, 21. A: convenienter. 22. BC: inquit deest. 23. BC: dolor passionis; A: quasi deest. 27. per instans. 29. BC: vel logici; A: sintillam. 34. A: huiusmodi; ib. B in marg.: Pertransibit gladius. 36. A in marg.: 1. A: quod dupliciter. 37. B in marg.: In sola Maria stetit fides ecclesie, ut revelentur ex multis cordibus cogitaciones quomodo intelligitur.

11. Lucae II, 34: *Positus est hic in ruinam et in resurreccionem multorum.*

Digitized by Google

apostolorum pro triduo ecclesie ostendantur, ipsa sola servante in sancto sabbato totam fidem ecclesie; vel secundo secundum | Origenem ad hoc permissa est beata virgo sic compati, ut cogitaciones occultorum peccatorum ex devocione compunccionis ad illam et oracionibus eius ac meritis revelentur, vel tercio ut Maria existente arca fidei per impressionem servacionis factorum Christi illa ex gladio illo magis imprimeret et ex multis cordibus evangelistarum expressius ecclesie revelentur. Et hec eadem persona Christi et Marie habuit testimonium huius Anne, que in primo statu virginitatis sive desponsacione legitime mansit virgo. Secundo a statu virginitatis cum viro suo nupta fuerat septem annis, et tercio a morte mariti mansit devote usque ad annos octoginta quatuor in statu laudabili viduali. Et hic triplex status huius testis feminee figuravit statum triplicem in Maria; et hec est tercia Anna quam exprimit scriptura: Prima Anna fuit Samuelis mater et uxor Helcane (ut patet I° Reg. I°, 2); secunda Anna fuit uxor et mater secundi Tobie (Thobie I, 9), et tercia Anna est ista quam evangelium commemorat secundum gradum triplicem graduatam. Et hec Anna, que interpretatur respondens sive donacio, respondit pro tribu Asser, qui interpretatur divicie vel beatitudo, prosperitatem Christi et matris sue testificans. Et signanter dicitur *filia Phanuel*, hoc est, dominum contemplantis, cum ex vita (ut narrat evangelium) vixit similiter cum parente. Hec autem confessa fuit adventum Messie et loquebatur devotis fidelibus excellenciam domini et Marie; et tercio *ut perfecerunt circumcisionem Christi secundum legem domini*, et purificata matre sua per oblacionem pauperum ac dictis propheticis cum aliis circumstanciis adimpletis *reversi sunt ab* Jerusalem *in patriam et villam propriam scilicet in Nazaret* quod fuit oppidum Galilee. *Puer autem Jesus crescebat* in corpore *et confortabatur* continue in opere suo, cum fuit *plenus* omni genere carismatum.

Fol. 144[d]

Prophecy of Anna.

3. A in marg.: 2. 6. A in marg: 3. 7. A: generacionis factorum. 11. C: huius deest. 12. A: sive de sponsa que; A in marg.: 1. 13. A in marg.: 2. 14. A in marg.: 3. 17, 18. A: tripla Anna. 19. B in marg.: Tres sunt in scripturis hoc vocabulo Anna vocate; BC: Samuelis mater uxor; A: ut patet deest. 20. Codd.: duplicis Tobie. ib. A: Tob. addidi: I, 9. BC: Tobie I, 9 deest. 21. A: est illa. 24. A: interpretatur divisione vel habitudo. 26. A: significanter. ib. BC: Phanuelis. C: Deum contemplantis. 30. C: perfecerunt certum finem; circumcisionem: Vulgata: omnia. 32. B: propheciis. 33. Codd.: ad Jerusalem; Vulgata: *in Galilaeam in civitatem suam Nazareth.* 36. BC: continue in quolibet actu suo.

Digitized by Google

Circa hoc evangelium dubitatur quomodo Jesus confortabatur et profecit *sapiencia et gracia* apud Deum et homines, cum continue *fuit plenus sapiencia*, eo quod defectus culpabilis foret sapienciam vel aliqua caris-
5 mata sibi deficere.

Doubt how Jesus could increase in wisdom, when he was already full of wisdom.

Hic dicitur communiter quod de cremento Christi secundum corpus et etatem corporis non est difficultas, cum sicut fuit verus homo simpliciter, sic vere participavit condiciones que peccatum non sapiunt imper-
10 feccionis humane. Et sic fuit parvus in corpore, debilis in virtute corporea et ceteris condicionibus in quibus more aliorum puerorum proficeret.

Nec est difficultas in istis nisi apud illos hereticos qui negant simpliciter quod Christus est passus, mor-
15 tuus aut sepultus. Sed si difficultas est specialis, quomodo Jesus crevit et profecit sapiencia apud Deum, cum sequitur: Si simpliciter profecit sapiencia apud Deum, tunc profecit sapiencia, et per consequens, crevit a gradu minoris sapiencie et gracie ad maiorem. Ex
20 quo videtur quod non fuit a principio plenus istis.

Ad ista dicitur multis modis: primo quod profecit apud peccatores, et sic non profecit apud Deum in sapiencia et gracia sed non sibi nec Deo, ymmo ecclesie, licet Deo et sibi subdiderit peccatores, et sic non profecit
25 crescendo sapiencia aut gratia, cum fuit istis eque plenus.

Three answers: a. The advance was in bringing sinners to God;

Secunda responsio dicit quod profecit in ostensione effectuali gracie et sapiencie, non recipiendo crementum earum in se subiective.

b. He had not more wisdom, but it was manifested more.

Sed tercia responsio dicit quod Christus habuit
30 in se subiective quintuplex genus sciencie. Primum est realiter ipse Deus, cum Christus ut Deus sit omnisciens, ut patet, nec isto modo potest scienciam adquirere vel deperdere, et loquendo de tali

c. Christ had five kinds of knowledge:
I. divine knowledge.

1. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. 6. A in marg.: Responsio; B in marg.: Solucio. 8. C: homo fuit. 9. peccatum; A: phm (sic). 10. A: cum corpore; C: in deest: ib. A: et sic de aliis condicionibus. 15. A in marg.: Difficultas specialis. B in marg.: Quomodo Christus proficiebat sapiencia apud Deum; 11. C: si deest; BC: difficultas specialis est; A: difficultas est spiritualis. 15, 16. A: quomodo Christus. 17, 18. A: cum — Deum deest; A: tunc enim; enim in marg. 19. AB in marg.: 1; B in marg.: Solucio; A in marg.: Responsio triplex. 21. A: Ad illa. 22. C: apud Deum in sapiencia et gracia sed non sic (!) nec Deo ymmo ecclesie licet sibi et Deo subdiderit. Hic locus corruptus esse videtur. Fortasse legendum: quod profecit apud Deum in sapiencia et gracia sed non sibi nec Deo (ut mutato unico verbo in cod. C leges); ib. profecit; C: crescendo sapiencia aut gracia, cum fuit istis. 25. eque plenus BC: continue. 26. AB in marg.: 2ª. 29. AB in marg.: 3ª; B: Nota quintuplex genus sciencie in Christo. Christus habuit quintuplex genus sciencie. 30. BC: subiective deest. 31. A in marg.: a. 32. A: illo modo. 33. C: perdere.

Digitized by Google

sapiencia vel gracia non est verum quod habet talem subiective in ipso sed vere est sapiencia illa et gracia.

2. The knowledge by which all things are in his sight.

Secundum genus sapiencie est qualitas in anima domini subiectata qua perpetuo vidit in verbo omnia presencia, preterita vel futura. Cum enim a primo instanti sue incarnacionis plenius sanctis spiritibus sit beatus, sicut ipsi vident in verbo omnia, sic et Christus.

3. The fulness of gifts from the first.

Tercium genus noticie est quo secundum habitus infusos pars superior anime Christi est plena carismatibus a suo primo instanti; sicut enim Baptista et alie sancte anime habent tales habitus supernaturaliter eis datos, sic et anima Christi cum nec caruit potencia vel intellectu possibili nec fuit vacua quoad illas. Et secundum ista tria genera noticie Christus non crevit, cum impossibile fuit in ipso eorum aliquod adaugeri.

These three could not increase.

4. The knowledge of experience.

Sed quartum genus sciencie est noticia experimentalis quam anima Christi quesivit ut relique. Si enim habet potenciam disciplinalem secundum quam potest virtutes adquirere, quid impediret quod cum predictis tribus sapienciis noticiam talem adquireret? Quintum genus sapiencie est noticia sensualis; nam convertendo oculos ad sensibilia vidit et novit corporaliter | que antea non sic vidit et sic intelligitur dictum apostoli ad Hebreos V°, 8, quod *didicit ex eis que passus est;* et ista videtur sentencia Ambrosii et domini Armacani.

5. The knowledge that comes by sense.

Fol. 145a

Sed contra illud obicitur quod superfluit Christum habere tam multas noticias, cum una per se sufficeret.

Objections: I. These various kinds of knowledge are superfluous.

Sed sic obicientes implicant quod superfluit *verbum assumpsisse corpus et animam,* cum ipsum secundum deitatem per se sufficiat, et per idem superfluit animam corpus assumere, cum ipsa sit per se sufficiens ad agendum, sicut ergo oportuit verbum humanitatem assumere, sic oportuit ipsum accipere accidencia que peccatum non sapiunt sed sequuntur. Et sicut oportuit ipsum sensus habere et organa alia ne sit colobon, sic oportuit ipsum habere virtutes organicas et noticias cognitivas. Et sicut noticie divinitatis sue non repugnat noticia sua humana, sic duplici noticie sue humane

The same objection might be made to Christ's assumption of body and soul.

3. A in marg.: b. 6. C: spiritibus sanctis. 7. A: viderunt. 8. A in marg.: viderunt. 10. BC: enim deest. 11. A: spiritualiter eis. 12. A: caruerit. 14. A: illa. 16. A in marg.: d. 20. A in marg.: e. 23. A: Hebreos; sequitur lacuna. 24. A: illa. 25. B: Armachani; C: Ardinacani; A in marg.: Obieccio prima. 28. A in marg.: Responsio; B in marg.: Obieccio vana. 31. A: corpus — accipere added in margin and corrected. 35. B: colebon, colobus, gr. κόλοβος id est mutilus. 37. C: deitatis.

Digitized by Google

scilicet in verbo et secundum habitus infusos non repugnat duplex inferior noticia imperfecta.

Sed secundo obicitur quod Christus secundum has imperfectas noticias sit ignarus, idem scit et dubitat atque nescit, cum secundum has imperfectas potencias natus sit multa noscere, et in illis privacio noticie sit ignorancia et nesciencia, cum quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis dicitur et reliquum.

II. Christ must at once have known and not known.

Sed hic dicunt quidam ab eis probabiliter quod, sicut Christus accepit imperfecciones qualescunque humani generis que peccatum non sapiunt, sic dubitaciones et ignorancias et nesciencias; et ita sicut homo idem scit in universali et dubitat in particulari sine culpa, sic et Christus, habens cum hoc plenitudinem triplicis sciencie supradicte. Et ita concedunt de ignorancia et nesciencia quam intelligunt privative; nec sunt ista contraria nisi insunt eidem secundum eandem virtutem; quod non potest Christo competere, cum secundum unam virtutem ignorat et secundum aliam clare noscit.

Christ may have accepted ignorance with other human imperfections.

Unde deridendi sunt stolidi qui estimant quod homo in statu innocencie non crederet solem vel astrum quantumcunque ab eo distiterit secundum sensum vel quamcunque virtutem erronee, sed quantuscunque aut qualiscunque aut cuiusmodicunque in se fuerit huiusmodi crederet ipsum esse secundum iudicium uniuscuiusque sensus quo ipsum sentiret, quia eedem regule nature que secundum perspectivam scienciam nunc discernunt de accidentibus sensilibus secundum incidenciam luminis per angelos in statu innocencie iudicassent. Ideo non solem vel quodlibet astrum iudicaret visus innocentis tota terra maiorem.

In the state of innocence men's senses might mislead them.

Sed tercio obicitur per hoc quod iuxta hanc viam anime beatorum forent plene erroribus, quia pari evidencia qua sensus Christi, et sic sua anima summe beata habuit tam multiplicem errorem et cum hoc claram noticiam ac beatitudinem.

III. Then Christ erred in many ways.

3. A in marg.: Secunda obieccio; B in marg.: Obieccio alia. Christus secundum aliquas potencias cognitivas habuit multas ignorancias et dubitaciones et errores. 5. A: imperfectas noticias. 8. B: et deest. 9. A in marg.: Responsio; B in marg.: Solucio. 10. A: generis humani 11. A: dubitaciones ignorancias. 12. BC: ita deest. 16. A: illa. 17. B: insint; C: insit. 22. B: distans. 23. A.: erronie. B in marg.: Utrum homo in statu innocencie vidisset erronee solem minorem quam est et alia astra habens noticiam erroneam; ib. A: aut deest; B: vel. 25. BC: unius deest. 27. A: decerunt; A: sensibiliter; C: sensualis. 28. A: incidenciam habens angelos; B in marg.: angulos 30. A: et quodlibet; C. quelibet. 32. AB in marg.: Obiccio tercia; B in marg.: Christus habuit multiplicem errorem et erravit.

Digitized by Google

Eadem evidencia est taliter de beatis in patria senciendum, cum habent sensus requirentes proporcionem suorum sensibilium sicut innocentes viantes vel Christus. Sed quoad istud notant responsales predicti quod aliud est actus noticie et aliud habitus vel disposicio potencie ad noscendum. Et sicut in Christo miraculose pena sensus fuit summa cum gaudio intellectus, ubi in aliis naturaliter se mitigat (ut patet de beato Tiburcio), sic pro statu vie stant simul error sensuum et actualis plena noticia intellectus; nec includit talis error penam vel peccatum sic errantis. Homines tamen in statu innocencie habuissent errorem sensuum sopitum et cum hoc plenam noticiam intellectus nec fuisset desiderium ad distinguendum illam ignoranciam eis penalem; in beatis autem in patria est actus consideracionis erronee sensuum plene sopitus per superiorem consideracionem plene gaudiosam.

We must distinguish between the power and act of knowing.

Absence of knowledge is neither penal nor sinful.

Unde illa consideracio erronea sensuum est, ac si non foret, cum racione delectabilis attencionis ad illa in quibus quietatur anima non pensatur. Et ita est contencio apud ponderantes noticias terminorum utrum talis sensuum proprietas debeat dici error. Certum tamen est quod, sicut in sensibus est noticia quasi dormiens sic in illis est disposicio ipsorum ad sua sensibilia que secundum legem nature remote poterit dici error; et sic iste remissivus gradus erroris in sensu beatorum in patria nec est culpabilis nec penalis, cum tam intellectus eorum quam sensus singuli finaliter in Christo quietantur. In via autem cogitur anima ad ipsa sensibilia demisso pure intelligibili magis attendere, cum noticia sensibilium sapit noticiam intelligibilium. Sed in patria est econtra. Et in ista equivocacione creditur Platonem et alios philosophos laborasse, qui dixerunt quod *nichil contingit addiscere sed prius cognitum reminisci;* nam anima pro primo instanti sui esse habet disposicionem ad quidlibet cog-

2. A: cum hoc habent. 3. A: innocenter viantes. 4. B in marg.: Solucio. Causa erroris supradicti. A in marg.: Responsio. A: quoad illud. 4. A: quomodo aliud. 5. BC: potencie deest. 8. Codd.: mitigant. 11. A: hominis cum. 14. A: ad destruendum. A: penalis. B: penale. 24. A: imposicio. 26. AB: ille remissivius; C: remissius; BC: erroris sensuum. 27. BC: sicut in patria. 27. B in marg.: Quomodo intelligitur dictum Platonis scire nostrum est antiquorum reminisci.

8. Cf. Acta S. Sebastiani mart. cap. XXI. AA. SS. mens. Jan. tom. II, pag. 277. 33 Cf. Plato, Meno, p. 81 D: *τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ μανθάνειν ἀνάμνησις ὅλον ἐστίν.*

Digitized by Google

Fol. 145b noscendum; nec illa noticia in potencia est neganda | simpliciter, cum alia concedimus esse que sunt remociora ab existencia actuali. Sed videtur ipsos debuisse concedere quod illa prius cognita secundum alium modum
5 addiscimus, cum notum in universali addiscitur in particulari, sed et confuse cognitum discitur ad gradum noticie plus distincte. Ex ista consideracione glosant dictum Christi Matthei XXIV°, 36: *De die autem illa et hora nemo scit neque angeli celorum nisi pater solus,*
10 et Marc XIII°, 32 negatur illa noticia hominibus et angelis in communi: *Neque*, inquit, *filius scit sed solus pater*, ubi patet quod equivocatur in nomine filii (ut sepe alibi), intelligendo ipsum pure secundum humanitatem et excludendo quamcunque ignoranciam, cum tam
15 filius quam beati habent de isto ignoranciam, sed sopitam. Aliis autem videtur quod verba Christi debent intelligi cum ista particula *ex se*, cum spiritus sanctus scit sine ignorancia istum diem, verumptamen sicut solus pater ex se est, ita ipse solummodo ex se noscit
20 et utrobique exprimitur difficultas et ignorancia huius noscibilis, ne viatores ad eius noticiam se in vanum sollicitent. Sed dimissa ista difficultate scolasticis, capiendum est quod Christus secundum humanitatem fuit obedientissimus atque humillimus et utrobique in omni
25 vita sua prodessens ecclesie, et sic plenus sapiencia et gracia eciam humanitus, ut patet de duplici sapiencia predicta et gracia unionis cum aliis graciis in actu animam Christi replentibus singulariter secundum ultimum capacitatis sibi possibilis. Predicacionem autem secun-
30 dum hoc evangelium oportet aptari populo secundum quod estimatum fuerit eis plus prodesse.

Ignorance ascribed to the divine Son.

SERMO VI.

Postquam consumati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Jesus. Luce II°, 21.

35 In hoc brevi evangelio notatur Christi circumcisio et eius nominacio cum virtutibus et aliis circumstanciis

2. alia; B: extra credimus. 3. B in marg.: Quomodo intelligitur illud: *De die autem et hora nemo scit;* ib. A: Sed videtur — particulari deest. 5, 6. BC: particulari et confuse. 6. A: dicitur. 7. A: illa. 8. A: Matthei XX. 13. A in marg.: 1. 15. A: habent ignoranciam de illo sopitam. 17. A: illa; A in marg.: 2. 18. A: istum diem — ignorancia deest. 21. BC: eius noscenciam. 21. B in marg.: Solucio finalis. 22. A: scolastica. 33. A in marg.: Sermo VI. B in marg.: In Octava Nativitatis. C in marg.: In Circumcisione. 35. A: circumsicio.

33. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I. 335—37.

Digitized by Google

hic adiectis. Pro circumcisione notandum quod ab Abraham (ut patet Gen. XVII°, 10) sumpsit originem. Cuius ritus causa triplex ponitur apud doctos: primo quia Deus hoc statuit cui oportet singulos obedire, secundo quia Judei occisi in prelio post spoliacionem per circumcisionem possunt discerni, et tercio ut prevaricacio primorum parentum cuius memoria in tempore Abrahe fere sopita est posset haberi reverencius. Nam Gen. III° scribitur, postquam Adam et Eva peccaverant, Adam sensit rebellionem racioni primo in membris genitalibus et erubescentes *fecerunt sibi perizomata.* Ideo ad denotandum memoriam istius rebellionis que ex primo peccato contigerat fecerunt penalem circumcisionem in hoc membro in quo maxime viget luxuria et apprehensio sensus tactus.

Three reasons for circumcision.

Alias autem causas circumcisionis et suarum circumstanciarum notant multi quas ex causa modo pertranseo. Christus autem qui continuavit legem novam cum veteri, complens utramque, primam finaliter et secundam inicialiter adimplevit. Notandum tamen quod, sicut est de baptismo, sic multiplex est circumcisio: prima carnalis que est sacramentum quod oportet pro suo tempore adimpleri, secunda est spiritualis que est sordium peccati deposicio, subiectata in anima, et illa foret semper necessaria cuilibet peccatori (ut Deuteronomii X°, 16, dicitur: *Circumcidite prepucium cordis vestri).* Primam autem docet apostolus debere cessare in epistola sua ad Gal. V°. Et secundam oportet generaliter cessare in die iudicii. Ideo tercia circumcisio que est corruptibilitatis deposicio tunc incipit et manet perpetuo.

Christ fulfilled the law.

Circumcision carnal or spiritual.

Christus autem in se suscepit hec sacramenta non propter purgacionem criminis in se ipso, sed cum fuit factus in similitudinem carnis peccati, propter deposicionem criminis in membris et exemplacionem operis ac confirmacionem religionis et observancie utriusque.

Christ was circumcised as an example of obedience.

1. A: circumsicione; sic et lineis 6, 13, 16. 3. A in marg.: Triplex causa circumcisionis; B in marg.: Causa multiplici circumcisio data fuit. 3. BC.: multiplex ponitur. A: primo; ib. in marg.: 1. 4. A in marg.: 2; ib. A: singula obedire. 5. Codd.: Judeis occisis. 7. A in marg.: 3. 9. B: et et Eva. 12. A: illius. 14. A: in deest. 17. B: multim. 18. materie pertransio; ib. A in marg.: Triplex circumcisio. 19. B in marg.: Circumcisio multiplex sicut et baptismus legitur. 22. A in marg.: 1. 23. A in marg.: 2. 24. BC.: subiecta. 25. A: ut — vestri deest. 26. A: apostolis. 29. A: cessare deest; A in marg.: 3. 30. A: corruptibiliter. 35. A: exemplacionum.

26. Ad. Gal. V, 2, 3, 5.

Digitized by Google

Sicut enim oportet quod medius punctus continuans lineas conveniat cum ambabus, sic oportet Christum qui est principium connectens duas leges ad invicem cum ambabus proporcionaliter convenire (ut dicitur Matthei V, 17: *Non veni legem solvere sed implere*). In die autem octavo fuit facta circumcisio, quia spiritualis circumcisio tam in sexta etate ecclesie quam in beatitudine fiebat; octonarius enim convenit nobis in observacione diei dominice et in quietacione circumcisionis patrie.

Nec est putandum quod ante legem circumcisionis vel tempore observancie huius legis sine corporali circumcisione non fuit possibile quemquam salvari. Sed ipsam circumcisionem irracionabiliter negligens occidi debuit et omnino circumcisionem spiritualem obmittens dampnari debuit.

Christ's circumcision an earnest of redemption.

In circumcisione ergo ista fuit prima sanguinis Christi effusio, figurans effusionem sanguinis exsudati in passione multipliciter cruentati, et sic arras redempcionis generis humani Christus hic solvit patri. Alias autem fabulas vel veritates prophanas de Christi prepucio tamquam inutiles hic relinquo.

The name Jesus.

Vocatum est nomen eius Jesus, quod interpretatur Salvator, *quod vocatum est ab angelo* Luce II, 21. Quamvis autem multiplex sit Jesus, ut Jesus filius Nun, Jesus Syrach et multi alii, tamen singulare nostrum incarnatum autonomatice fuit Jesus, quia generaliter tam animas quam corpora salvavit de pena perpetua. | Unde
Fol. 145ᵃ
de commendacione huius nominis sunt plures laudes quam mens humana sufficit depromere. Dicunt enim ipsum esse in aure melodem armonicum, in ore mel dulcissimum, et in corde celeste iubilum, unde in casibus huius nominis tripliciter variatur. Qui enim in recto ipsum *nominat* secundum literam eius quintuplicem *Jesus* in ipso salvabitur; ad quod posset adduci

Cases of the word Jesus: Nominative,

1. B in marg.: Exemplum in mathematicis. 3. A: connectans. 4. A: ut dicit. BC: ideo dicitur Act (C: Matth.) V quod non venit; ib. B: convenire et in marg. 5. A: venit. 6. Codd.. spiritualem circumcisionem. Correxi. 8. B in marg.: Quare Christus suscepit circumcisionem et quare in die octavo. 8. C: nobis deest. 12. A: legis nisi. 13. A: quem salvari. 14. B: racionabiliter. 15. B in marg.: Solvit questionem. Que necessitas fuit circumcidendi. 17. A: illa. 18. B in marg.: Christus suam circumcisionem arram nostre fecit redempcionis. 19. BC: humani generis. 23. B in marg.: Multiplex Jesus legitur in scripturis. 25. A: filius Nave. 26. BC: salutare nostrum. 29. A in marg.: commendacio nominis Jesu. B: Multiplex commendacio huius nomini Jesus. Multiplex Jesus legitur in scriptura. 30. BC: Dicunt sancti. 32. A: celestem. 34. A: secundum legem. 34, 35. A: quintiplicem.

Digitized by Google

hic adiectis. Pro circumcisione notandum quod ab Abraham (ut patet Gen. XVII°, 10) sumpsit originem. Cuius ritus causa triplex ponitur apud doctos: primo quia Deus hoc statuit cui oportet singulos obedire, secundo quia Judei occisi in prelio post spoliacionem per circumcisionem possunt discerni, et tercio ut prevaricacio primorum parentum cuius memoria in tempore Abrahe fere sopita est posset haberi reverencius. Nam Gen. III° scribitur, postquam Adam et Eva peccaverant, Adam sensit rebellionem racioni primo in membris genitalibus et erubescentes *fecerunt sibi perizomata.* Ideo ad denotandum memoriam istius rebellionis que ex primo peccato contigerat fecerunt penalem circumcisionem in hoc membro in quo maxime viget luxuria et apprehensio sensus tactus.

Three reasons for circumcision.

Alias autem causas circumcisionis et suarum circumstanciarum notant multi quas ex causa modo pertranseo. Christus autem qui continuavit legem novam cum veteri, complens utramque, primam finaliter et secundam inicialiter adimplevit. Notandum tamen quod, sicut est de baptismo, sic multiplex est circumcisio: prima carnalis que est sacramentum quod oportet pro suo tempore adimpleri, secunda est spiritualis que est sordium peccati deposicio, subiectata in anima, et illa foret semper necessaria cuilibet peccatori (ut Deuteronomii X°, 16, dicitur: *Circumcidite prepucium cordis vestri).* Primam autem docet apostolus debere cessare in epistola sua ad Gal. V°. Et secundam oportet generaliter cessare in die iudicii. Ideo tercia circumcisio que est corruptibilitatis deposicio tunc incipit et manet perpetuo.

Christ fulfilled the law.

Circumcision carnal or spiritual.

Christus autem in se suscepit hec sacramenta non propter purgacionem criminis in se ipso, sed cum fuit factus in similitudinem carnis peccati, propter deposicionem criminis in membris et exemplacionem operis ac confirmacionem religionis et observancie utriusque.

Christ was circumcised as an example of obedience.

1. A: circumsicione; sic et lineis 6, 13, 16. 3. A in marg.: Triplex causa circumcisionis; B in marg.: Causa multiplici circumcisio data fuit. 3. BC.: multiplex ponitur. A: primo; ib. in marg.: 1. 4. A in marg.: 2; ib. A: singula obedire. 5. Codd.: Judeis occisis. 7. A in marg.: 3. 9. B: et et Eva. 12. A: illius. 14. A: in deest. 17. B: multim. 18. materie pertransio; ib. A in marg.: Triplex circumcisio. 19. B in marg.: Circumcisio multiplex sicut et baptismus legitur. 22. A in marg.: 1. 23. A in marg.: 2. 24. BC.: subiecta. 25. A: ut — vestri deest. 26. A: apostolis. 29. A: cessare deest; A in marg.: 3. 30. A: corruptibiliter. 35. A: exemplacionum.

26. Ad. Gal. V, 2, 3, 5.

Digitized by Google

Sicut enim oportet quod medius punctus continuans lineas conveniat cum ambabus, sic oportet Christum qui est principium connectens duas leges ad invicem cum ambabus proporcionaliter convenire (ut dicitur Matthei V, 17: *Non veni legem solvere sed implere*). In die autem octavo fuit facta circumcisio, quia spiritualis circumcisio tam in sexta etate ecclesie quam in beatitudine fiebat; octonarius enim convenit nobis in observacione diei dominice et in quietacione circumcisionis patrie.

Nec est putandum quod ante legem circumcisionis vel tempore observancie huius legis sine corporali circumcisione non fuit possibile quemquam salvari. Sed ipsam circumcisionem irracionabiliter negligens occidi debuit et omnino circumcisionem spiritualem obmittens dampnari debuit.

Christ's circumcision an earnest of redemption.

In circumcisione ergo ista fuit prima sanguinis Christi effusio, figurans effusionem sanguinis exsudati in passione multipliciter cruentati, et sic arras redempcionis generis humani Christus hic solvit patri. Alias autem fabulas vel veritates prophanas de Christi prepucio tamquam inutiles hic relinquo.

The name Jesus.

Vocatum est nomen eius Jesus, quod interpretatur Salvator, *quod vocatum est ab angelo* Luce II, 21. Quamvis autem multiplex sit Jesus, ut Jesus filius Nun, Jesus Syrach et multi alii, tamen singulare nostrum incarnatum autonomatice fuit Jesus, quia generaliter tam animas quam corpora salvavit de pena perpetua. | Unde
Fol. 145ᵃ
de commendacione huius nominis sunt plures laudes quam mens humana sufficit depromere. Dicunt enim ipsum esse in aure melodem armonicum, in ore mel dulcissimum, et in corde celeste iubilum, unde in casibus huius nominis tripliciter variatur. Qui enim in recto ipsum *nominat* secundum literam eius quintuplicem *Jesus* in ipso salvabitur; ad quod posset adduci

Cases of the word Jesus: Nominative,

1. B in marg.: Exemplum in mathematicis. 3. A: connectans. 4. A: ut dicit. BC: ideo dicitur Act (C: Matth.) V quod non venit; ib. B: convenire et in marg. 5. A: venit. 6. Codd.. spiritualem circumcisionem. Correxi. 8. B in marg.: Quare Christus suscepit circumcisionem et quare in die octavo. 8. C: nobis deest. 12. A: legis nisi. 13. A: quem salvari. 14. B: racionabiliter. 15. B in marg.: Solvit questionem. Que necessitas fuit circumcidendi. 17. A: illa. 18. B in marg.: Christus suam circumcisionem arram nostre fecit redempcionis. 19. BC: humani generis. 23. B in marg.: Multiplex Jesus legitur in scripturis. 25. A: filius Nave. 26. BC: salutare nostrum. 29. A in marg.: commendacio nominis Jesu. B: Multiplex commendacio huius nomini Jesus. Multiplex Jesus legitur in scriptura. 30. BC: Dicunt sancti. 32. A: celestem. 34. A: secundum legem. 34, 35. A: quintiplicem.

Digitized by Google

illud prima Petri ultimo: *vix iustus salvabitur*. Nam qui recte meditatur vulnera quinque Jesu et servat decalogum quod in isto verbo *vix* notatur per ordinem indubie est salvandus. In quatuor autem obliquis servat nomen Jesu litteram quadruplicem, quia qui cum apostolo in Christo Jesu per evangelium filios suos *gignit*, et pro eius amore nedum *dat* omnia sua temporalia sed se ipsum, et tercio instanter *invocat* hoc nomen domini, ac quarto *aufert* peccatum Jesu contrarium de suo corde secundum iusticiam, prudenciam, fortitudinem, et temperanciam, in isto nomine indubie est salvatus. Sed tercio qui *accusando* et blasfemando Jesum est sibi contrarius in finali iudicio obmutescet; quia ex beati Petri testimonio hic lapis fundamentalis est talibus *lapis offensionis et petra scandali;* alias autem laudes ex istis potest predicator elicere et ad devocionem populi quantumcunque libuerit declarare.

Genitive, Dative, Vocative, Ablative,

Accusative.

Doubts 1. Why Christians are not called Jesuans.

Circa hoc evangelium dubitatur quare secta christianorum vocatur communiter christiani et non Jesuani, cum hoc nomen sit tam laudabile et Jesu proprium. Sed pro huius solucione supponendum quod nomen Jesus sit Messie proprium et Christus ex alia proprietate domini sit commune, iuxta illud Psalm. CIV, 15: *Nolite tangere christos meos*. Nam in lege veteri tres maneries hominum, scilicet reges, sacerdotes et prophete communiter erant uncti; in lege autem nova omnes christiani multipliciter sunt uncti. Quia ergo omnes christiani in unccione huius capitis aromatici sunt uncti et ex oleo gracie sue communicant, signanter vocat eos ecclesia christianos. Sed quia salvare sicut capitaliter regere est sibi proprium et incommunicabile membris suis, signanter cavet ecclesia ne ipsos nominet Jesuanos. Nam Act. XI°, 26 legitur quomodo Antiochie primo vocati sunt discipuli *christiani*.

Jesus is a proper name, Christ common.

We are all anointed, but only He can save.

1. B in marg.: Misticacio casuum huius nominis Jesus et literarum. 2. B in marg.: Nominativus. 4. A: quadriplicem. 6. B in marg.: Genitivus. 7. B in marg.: Dativus; BC: omnia deest. 9. B in marg.: Vocativus. 10. B in marg.: Ablativus. 12. tercio; recte quinto; C: in quarto. 14. A: hic deest. 15. A: autem deest. 17. A in marg.: Primum dubium. 19. A in marg.: Responsio; A: christiani communiter. 22. B: et sic ex. 23. A: diversis sit (erasure in cod.); ib. A: Psalm. gap in M. S. 26. BC: peruncti; B in marg.: triplices homines in lege veteri ungebantur. 28. A: aromatici deest; B: aronitici; C: capitis aromatici ex oleo gracie sue. 29. A: sue deest; C: communicat.

1. Recte I. Petri IV, 18. 15. 1. Petri II, 8. 19. Cf. De Ecclesia pag. 400.

Digitized by Google

II. Whether Christ could have been Jesus if men had not given him the name.

Sed secundo dubitatur utrum omissa vocacione Jesu per angelum et parentes hoc nomen Jesus sibi competeret. Sed supponenda est distinccio nominis, quod aliquod est nomen reale quod ex proprietatibus rei secundum Lincolniensem colligitur, et aliud est nomen vocale quod ex ordinacione humana imponitur. Sed quia scriptura sacra et profundior philosophia loquitur crebrius de primo nomine, ideo limitata locucione ad ipsum concedi debet quod si per impossibile Jesus non fuerit vocatus sic per hominem vel angelum non minus ex vocacione eterna Dei et proprietatibus humanitatem suam sequentibus ipse foret realiter idem Jesus.

A name may be proper or arbitrary.

Et ex istis patet solucio communis dubii logicalis quare aliquis est Johannes, supponendo quod quelibet persona vel individua substancia habet condiciones individuantes vel proprietates que solum sibi conveniunt sive convenire possunt. Iste ergo racione istarum proprietatum vel condicionum individuancium est Johannes, et sicut nulli alteri iste proprietates possunt competere, sic nec hoc nomen Johannes. Quod autem multi vocantur isto vocali nomine est satis equivoce. Quando autem baptizantes nominant infantes suis nominibus vel habent ex revelacione certa vel communi influencia quod ipsos nominent proporcionaliter ad nomen reale quod Deus nominat, tunc vero nomine nominant quod infanti est proprium et aliter errando ab isto deficiunt; et sic creditur vocatum fuisse Dominum et Baptistam, et a probabili multos patres veteris testamenti.

Et per istam philosophiam evangelicam patet responsio ad instancias sophistarum. Arguunt enim quod quilibet homo potest esse Johannes, Wilhelmus, Jesus et cetera; ymmo quod potest esse asinus, felicitas, fides, et quidlibet aliud nominandum, quia potest vocari tali nomine, sicut patet. Loquendo autem de reali nomine et rebus ad extra suspensis vocibus quoad consideracionem philosophi, patet quomodo est dicendum.

1. A in marg.: Secundum dubium; B in marg.: Questio secunda. 4. A: aliquid est reale; A in marg.: Responsio; B in marg.: Nomen reale quid est; In black ink: Antequam puer vocatus est Jesus, credidisti in Jesum non vocacione sed re. 8. BC: nomine, ita; A in marg.: Nomen duplex. 13. C: locucio communis; B in marg.: Solucio. 14. A in marg.: Quare homo est Johannes etc.; ib. A: quilibet persona. 17. B: convenire deest; ib. A: illarum. 20, 21. A: quod cum illo vocali nomine est nomen satis equivoce. 22. B: nominant suis deest; A: infantes nominant. 23. B: vel quasi. 24. C: nominant. 29. A: illam. 30. C: instanciam; B: sophisticarum. 31. A in marg.: Obieccio. 33. A: quod potest. 34. A in marg.: Responsio. 35. A: consideracionem Johannis.

Digitized by Google

III. Why were many (Pharisees etc.) made worse by Christ's preaching?

Tercio dubitatur, cum Jesus sit salvator tocius humani generis, cur ad predicacionem suam factam suo generi in Judea tot sacerdotes, scribe et pharisei cum aliis sunt perversi. Ex hoc enim fratres et alii discoli excusacionem capiunt in peccatis: ex predicacione, inquiunt, Jesus nostri multi de populo sunt dampnabiliter peiorati, cum instante sua predicacione gens ista sit pessima, et ipse exinde a suis hostibus est occisus.

The fault was in them, not in the preaching.

Sed obicientes isti ad nimis pauca respiciunt; supponi quidem debet fideli quod Christus in omni predicacione sua sine peccato fecit ad regulam, et ita secundo supponi debet quod omne malum auditorii Christi non sibi imputari debet sed perversis racione criminis sui antiquati. Et | tercio supponendum videtur quod est in infirmitate spirituali quodammodo, sicut est in febribus et aliis infirmitatibus quoad dies criticos. Sicut enim infirmus pro tempore crisis vel ex fortitudine nature vel adiutorio alieno habet causam naturalem invadentem morbi materiam et existente natura forti convertitur ad vitam et sanitatem corporis, invalescente autem morbi materia succumbit in crisi, vel ad deterius vel ad mortem, sic est in morbo spirituali et specialiter ad propositum de Judeis. Ipsi enim ex antiquata multiplicis peccati malicia fuerunt spiritualiter infirmi, ut patet de sacerdotibus. Christus autem fecit ut debuit movendo naturam ut invadat et deprimat morbi causam. Sed natura existente debili et causa morbi inveterata, et forti instigante invidia antiqua diaboli gens Judaica in hoc die critico ad deterius est perversa. Nec credi debet quod Jesus hoc sineret nisi sibi et universali ecclesie redundet in melius. Per istam enim insaniam Judeorum redemptum est occasionaliter genus humanum, Christus secundum apostolum in gloria et nomine exaltatus, et multi Judeorum eciam illi dampnati (ut placet aliquibus) sunt salvati vel a gradu magis dampnabili liberati, et sic veneni eorum extrusio pro-

Fol. 145d

They were hardened in sin.

1. A in marg: Tercium dubium. B in marg.: Questio tercia. In black ink: Questio. 4. B in marg.: valde pulcrum. Obieccio. 6. Codd.: Jesum. 7. A: illa. 9. A in marg.: Responsio. 10. B in marg.: Supposicio prima. Infirmitas spiritualis conformiter quodammodo se habet ad infirmitatem corporalem. 11. B in marg.: Secunda. 13. A: sui criminis. 14. B in marg.: Tercia; A: supponendum quod in. 15. A: est quodammodo est. 16. A: creticos. 17. A: in tempore. 17. A: cresis. 19. A: morbi naturam. 28. A: instiganti. 29. A: cretico. 31, 32. A: insaniam multorum. 35. C: ut placeat. 36. B in marg. (black ink): Quod ex predicacione Christi innumerabiles sunt dampnati et peiorati et infinita mala proveneruut, non tamen ista fuit tamquam culpabilis omittenda.

Digitized by Google

fuit sancte matri ecclesie et toti populo, ymmo fuit causa cur ipsi micius sunt dampnati.

Et patet cecitas illius argucie: occasionaliter ex predicacione Christi sunt multi de populo peiorati, ergo illa predicacio fuit tanquam culpabilis obmittenda. Nam *pacem* talem que est quies in crimine, *non venit Jesus mittere in terram sed gladium* (ut dicitur Matthei X°, 34). Et illa videtur sentencia Jesu, Matthei XV, 12, ubi postquam scribe et pharisei tradiciones suas contra legem domini infideliter ponderarunt, Jesus noster peccatum eorum patule dicit illis, ac apostoli dixerunt ad dominum: *Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt.* At ille respondens ait eis: *Omnis plantacio quam non plantavit pater meus celestis eradicabitur; sinite illos, ceci sunt et duces cecorum.* Christus autem ex sua omnisciencia scivit divinitus qui sunt presciti et quod propter eorum dampnacionem non est bonum ecclesie dimittendum; ideo voluit dictos phariseos eradicari per verba aspera, sicut Baptista, apostoli Christi et martyres cognoverunt. Quando enim manifeste contradicitur legi domini, venit hora in qua fidelis domini debet usque ad mortem contradicentibus adversari, quia debet cognoscere opportunitatem talis temporis esse aptam, animam suam ex tali resistencia premiandam et totam ecclesiam ex hinc secundum legem domini expurgandam. Si enim in casu tali occiditur, ex morte sua preciosa et glorioso merito melioratur ecclesia, nec scit si post erit maior opportunitas prodessendi, vel si evadetur sua dampnacio ex omissione vecordi in vacuum graciam Dei recipiendi et adversariis Christi ex debito resistendi. Quamvis autem *omnia tempus habent*, fidelis tamen debet certificatus de causa Dei operari instanter, cum *digiti mulieris fortis apprehenderunt fusum.* Unde vecors infidelitas videtur credere quod propter salvacionem evangelizantis vel evangelizati, qui propter vitam longiorem plus prodesset ecclesie, sit veritatis evange-

Such results are not a reason for omitting to preach.

The faithful should maintain the law of God, even to death.

2. A: ipsi deest. 3. A in marg.: Solucio; B in marg.: Solucio questionis. 11. patule: hic verbum deesse videtur. 13. A: Omnis deest. 14. C: celestis deest. 17. B in marg.: Propter malorum deterioracionem veritas non est omittenda. 21. B: domini deest; B in marg.: Quomodo in contradiccione legis Dei eius amatores se debent habere. In black ink: Quando manifeste contradicitur legi Dei, debet fidelis ad mortem resistere nec expectare amodo tempus aliud moriendi. 30. A: recipiendum. 31. A: fidele. 34, 35. A: salutem; BC: vel evangelici; B in marg.: Nota. Predicator fidelis pro evangelio moriens plus prodest quam vivus.

31. Eccl. III, 1. 33. Prov. XXXI, 19.

Digitized by Google

hic adiectis. Pro circumcisione notandum quod ab Abraham (ut patet Gen. XVII°, 10) sumpsit originem. Cuius ritus causa triplex ponitur apud doctos: primo quia Deus hoc statuit cui oportet singulos obedire, secundo quia Judei occisi in prelio post spoliacionem per circumcisionem possunt discerni, et tercio ut prevaricacio primorum parentum cuius memoria in tempore Abrahe fere sopita est posset haberi reverencius. Nam Gen. III° scribitur, postquam Adam et Eva peccaverant, Adam sensit rebellionem racioni primo in membris genitalibus et erubescentes *fecerunt sibi perizomata.* Ideo ad denotandum memoriam istius rebellionis que ex primo peccato contigerat fecerunt penalem circumcisionem in hoc membro in quo maxime viget luxuria et apprehensio sensus tactus.

Three reasons for circumcision.

Alias autem causas circumcisionis et suarum circumstanciarum notant multi quas ex causa modo pertranseo. Christus autem qui continuavit legem novam cum veteri, complens utramque, primam finaliter et secundam inicialiter adimplevit. Notandum tamen quod, sicut est de baptismo, sic multiplex est circumcisio: prima carnalis que est sacramentum quod oportet pro suo tempore adimpleri, secunda est spiritualis que est sordium peccati deposicio, subiectata in anima, et illa foret semper necessaria cuilibet peccatori (ut Deuteronomii X°, 16, dicitur: *Circumcidite prepucium cordis vestri).* Primam autem docet apostolus debere cessare in epistola sua ad Gal. V°. Et secundam oportet generaliter cessare in die iudicii. Ideo tercia circumcisio que est corruptibilitatis deposicio tunc incipit et manet perpetuo.

Christ fulfilled the law.

Circumcision carnal or spiritual.

Christus autem in se suscepit hec sacramenta non propter purgacionem criminis in se ipso, sed cum fuit factus in similitudinem carnis peccati, propter deposicionem criminis in membris et exemplacionem operis ac confirmacionem religionis et observancie utriusque.

Christ was circumcised as an example of obedience.

1. A: circumsicione; sic et lineis 6, 13, 16. 3. A in marg.: Triplex causa circumcisionis; B in marg.: Causa multiplici circumcisio data fuit. 3. BC.: multiplex ponitur. A: primo; ib. in marg.: 1. 4. A in marg.: 2; ib. A: singula obedire. 5. Codd.: Judeis occisis. 7. A in marg.: 3. 9. B: et et Eva. 12. A: illius. 14. A: in deest. 17. B: multim. 18. materie pertransio; ib. A in marg.: Triplex circumcisio. 19. B in marg.: Circumcisio multiplex sicut et baptismus legitur. 22. A in marg.: 1. 23. A in marg.: 2. 24. BC.: subiecta. 25. A: ut — vestri deest. 26. A: apostolis. 29. A: cessare deest; A in marg.: 3. 30. A: corruptibiliter. 35. A: exemplacionum.

26. Ad. Gal. V, 2, 3, 5.

Digitized by Google

Sicut enim oportet quod medius punctus continuans lineas conveniat cum ambabus, sic oportet Christum qui est principium connectens duas leges ad invicem cum ambabus proporcionaliter convenire (ut dicitur Matthei V, 17: *Non veni legem solvere sed implere*). In die autem octavo fuit facta circumcisio, quia spiritualis circumcisio tam in sexta etate ecclesie quam in beatitudine fiebat; octonarius enim convenit nobis in observacione diei dominice et in quietacione circumcisionis patrie.

Nec est putandum quod ante legem circumcisionis vel tempore observancie huius legis sine corporali circumcisione non fuit possibile quemquam salvari. Sed ipsam circumcisionem irracionabiliter negligens occidi debuit et omnino circumcisionem spiritualem obmittens dampnari debuit.

Christ's circumcision an earnest of redemption.

In circumcisione ergo ista fuit prima sanguinis Christi effusio, figurans effusionem sanguinis exsudati in passione multipliciter cruentati, et sic arras redempcionis generis humani Christus hic solvit patri. Alias autem fabulas vel veritates prophanas de Christi prepucio tamquam inutiles hic relinquo.

The name Jesus.

Vocatum est nomen eius Jesus, quod interpretatur Salvator, *quod vocatum est ab angelo* Luce II, 21. Quamvis autem multiplex sit Jesus, ut Jesus filius Nun, Jesus Syrach et multi alii, tamen singulare nostrum incarnatum autonomatice fuit Jesus, quia generaliter tam animas quam corpora salvavit de pena perpetua. | Unde
Fol. 145[c]
de commendacione huius nominis sunt plures laudes quam mens humana sufficit depromere. Dicunt enim ipsum esse in aure melodem armonicum, in ore mel dulcissimum, et in corde celeste iubilum, unde in casibus huius nominis tripliciter variatur. Qui enim in recto ipsum *nominat* secundum literam eius quintuplicem *Jesus* in ipso salvabitur; ad quod posset adduci

Cases of the word Jesus: Nominative,

1. B in marg.: Exemplum in mathematicis. 3. A: connectans. 4. A: ut dicit. BC: ideo dicitur Act (C: Matth.) V quod non venit; ib. B: convenire et in marg. 5. A: venit. 6. Codd.. spiritualem circumcisionem. Correxi. 8. B in marg.: Quare Christus suscepit circumcisionem et quare in die octavo. 8. C: nobis deest. 12. A: legis nisi. 13. A: quem salvari. 14. B: racionabiliter. 15. B in marg.: Solvit questionem. Que necessitas fuit circumcidendi. 17. A: illa. 18. B in marg.: Christus suam circumcisionem arram nostre fecit redempcionis. 19. BC: humani generis. 23. B in marg.: Multiplex Jesus legitur in scripturis. 25. A: filius Nave. 26. BC: salutare nostrum. 29. A in marg.: commendacio nominis Jesu. B: Multiplex commendacio huius nomini Jesus. Multiplex Jesus legitur in scriptura. 30. BC: Dicunt sancti. 32. A: celestem. 34. A: secundum legem. 34, 35. A: quintiplicem.

Digitized by Google

illud prima Petri ultimo: *vix iustus salvabitur*. Nam qui recte meditatur vulnera quinque Jesu et servat decalogum quod in isto verbo *vix* notatur per ordinem indubie est salvandus. In quatuor autem obliquis servat nomen Jesu litteram quadruplicem, quia qui cum apostolo in Christo Jesu per evangelium filios suos *gignit*, et pro eius amore nedum *dat* omnia sua temporalia sed se ipsum, et tercio instanter *invocat* hoc nomen domini, ac quarto *aufert* peccatum Jesu contrarium de suo corde secundum iusticiam, prudenciam, fortitudinem, et temperanciam, in isto nomine indubie est salvatus. Sed tercio qui *accusando* et blasfemando Jesum est sibi contrarius in finali iudicio obmutescet; quia ex beati Petri testimonio hic lapis fundamentalis est talibus *lapis offensionis et petra scandali;* alias autem laudes ex istis potest predicator elicere et ad devocionem populi quantumcunque libuerit declarare.

Genitive, Dative, Vocative, Ablative,

Accusative.

Doubts 1. Why Christians are not called Jesuans.

Circa hoc evangelium dubitatur quare secta christianorum vocatur communiter christiani et non Jesuani, cum hoc nomen sit tam laudabile et Jesu proprium. Sed pro huius solucione supponendum quod nomen Jesus sit Messie proprium et Christus ex alia proprietate domini sit commune, iuxta illud Psalm. CIV, 15: *Nolite tangere christos meos*. Nam in lege veteri tres maneries hominum, scilicet reges, sacerdotes et prophete communiter erant uncti; in lege autem nova omnes christiani multipliciter sunt uncti. Quia ergo omnes christiani in unccione huius capitis aromatici sunt uncti et ex oleo gracie sue communicant, signanter vocat eos ecclesia christianos. Sed quia salvare sicut capitaliter regere est sibi proprium et incommunicabile membris suis, signanter cavet ecclesia ne ipsos nominet Jesuanos. Nam Act. XI°, 26 legitur quomodo Antiochie primo vocati sunt discipuli *christiani*.

Jesus is a proper name, Christ common.

We are all anointed, but only He can save.

1. B in marg.: Misticacio casuum huius nominis Jesus et literarum. 2. B in marg.: Nominativus. 4. A: quadriplicem. 6. B in marg.: Genitivus. 7. B in marg.: Dativus; BC: omnia deest. 9. B in marg.: Vocativus. 10. B in marg.: Ablativus. 12. tercio; recte quinto; C: in quarto. 14. A: hic deest. 15. A: autem deest. 17. A in marg.: Primum dubium. 19. A in marg.: Responsio; A: christiani communiter. 22. B: et sic ex. 23. A: diversis sit (erasure in cod.); ib. A: Psalm. gap in M. S. 26. BC: peruncti; B in marg.: triplices homines in lege veteri ungebantur. 28. A: aromatici deest; B: aronitici; C: capitis aromatici ex oleo gracie sue. 29. A: sue deest; C: communicat.

1. Recte I. Petri IV, 18. 15. 1. Petri II, 8. 19. Cf. De Ecclesia pag. 400.

Digitized by Google

II. Whether Christ could have been Jesus if men had not given him the name.

Sed secundo dubitatur utrum omissa vocacione Jesu per angelum et parentes hoc nomen Jesus sibi competeret. Sed supponenda est distinccio nominis, quod aliquod est nomen reale quod ex proprietatibus rei secundum Lincolniensem colligitur, et aliud est nomen vocale quod ex ordinacione humana imponitur. Sed quia scriptura sacra et profundior philosophia loquitur crebrius de primo nomine, ideo limitata locucione ad ipsum concedi debet quod si per impossibile Jesus non fuerit vocatus sic per hominem vel angelum non minus ex vocacione eterna Dei et proprietatibus humanitatem suam sequentibus ipse foret realiter idem Jesus.

A name may be proper or arbitrary.

Et ex istis patet solucio communis dubii logicalis quare aliquis est Johannes, supponendo quod quelibet persona vel individua substancia habet condiciones individuantes vel proprietates que solum sibi conveniunt sive convenire possunt. Iste ergo racione istarum proprietatum vel condicionum individuancium est Johannes, et sicut nulli alteri iste proprietates possunt competere, sic nec hoc nomen Johannes. Quod autem multi vocantur isto vocali nomine est satis equivoce. Quando autem baptizantes nominant infantes suis nominibus vel habent ex revelacione certa vel communi influencia quod ipsos nominent proporcionaliter ad nomen reale quod Deus nominat, tunc vero nomine nominant quod infanti est proprium et aliter errando ab isto deficiunt; et sic creditur vocatum fuisse Dominum et Baptistam, et a probabili multos patres veteris testamenti.

Et per istam philosophiam evangelicam patet responsio ad instancias sophistarum. Arguunt enim quod quilibet homo potest esse Johannes, Wilhelmus, Jesus et cetera; ymmo quod potest esse asinus, felicitas, fides, et quidlibet aliud nominandum, quia potest vocari tali nomine, sicut patet. Loquendo autem de reali nomine et rebus ad extra suspensis vocibus quoad consideracionem philosophi, patet quomodo est dicendum.

1. A in marg.: Secundum dubium; B in marg.: Questio secunda. 4. A: aliquid est reale; A in marg.: Responsio; B in marg.: Nomen reale quid est; In black ink: Antequam puer vocatus est Jesus, credidisti in Jesum non vocacione sed re. 8. BC: nomine, ita; A in marg.: Nomen duplex. 13. C: locucio communis; B in marg.: Solucio. 14. A in marg.: Quare homo est Johannes etc.; ib. A: quilibet persona. 17. B: convenire deest; ib. A: illarum. 20, 21. A: quod cum illo vocali nomine est nomen satis equivoce. 22. B: nominant suis deest; A: infantes nominant. 23. B: vel quasi. 24. C: nominant. 29. A: illam. 30. C: instanciam; B: sophisticarum. 31. A in marg.: Obieccio. 33. A: quod potest. 34. A in marg.: Responsio. 35. A: consideracionem Johannis.

Digitized by Google

III. Why were many (Pharisees etc.) made worse by Christ's preaching?

Tercio dubitatur, cum Jesus sit salvator tocius humani generis, cur ad predicacionem suam factam suo generi in Judea tot sacerdotes, scribe et pharisei cum aliis sunt perversi. Ex hoc enim fratres et alii discoli excusacionem capiunt in peccatis: ex predicacione, inquiunt, Jesus nostri multi de populo sunt dampnabiliter peiorati, cum instante sua predicacione gens ista sit pessima, et ipse exinde a suis hostibus est occisus.

The fault was in them, not in the preaching.

Sed obicientes isti ad nimis pauca respiciunt; supponi quidem debet fideli quod Christus in omni predicacione sua sine peccato fecit ad regulam, et ita secundo supponi debet quod omne malum auditorii Christi non sibi imputari debet sed perversis racione criminis sui antiquati. Et | tercio supponendum videtur quod est in infirmitate spirituali quodammodo, sicut est in febribus et aliis infirmitatibus quoad dies criticos. Sicut enim infirmus pro tempore crisis vel ex fortitudine nature vel adiutorio alieno habet causam naturalem invadentem morbi materiam et existente natura forti convertitur ad vitam et sanitatem corporis, invalescente autem morbi materia succumbit in crisi, vel ad deterius vel ad mortem, sic est in morbo spirituali et specialiter ad propositum de Judeis. Ipsi enim ex antiquata multiplicis peccati malicia fuerunt spiritualiter infirmi, ut patet de sacerdotibus. Christus autem fecit ut debuit movendo naturam ut invadat et deprimat morbi causam. Sed natura existente debili et causa morbi inveterata, et forti instigante invidia antiqua diaboli gens Judaica in hoc die critico ad deterius est perversa. Nec credi debet quod Jesus hoc sineret nisi sibi et universali ecclesie redundet in melius. Per istam enim insaniam Judeorum redemptum est occasionaliter genus humanum, Christus secundum apostolum in gloria et nomine exaltatus, et multi Judeorum eciam illi dampnati (ut placet aliquibus) sunt salvati vel a gradu magis dampnabili liberati, et sic veneni eorum extrusio pro-

Fol. 145d

They were hardened in sin.

1. A in marg: Tercium dubium. B in marg.: Questio tercia. In black ink: Questio. 4. B in marg.: valde pulcrum. Obieccio. 6. Codd.: Jesum. 7. A: illa. 9. A in marg.: Responsio. 10. B in marg.: Supposicio prima. Infirmitas spiritualis conformiter quodammodo se habet ad infirmitatem corporalem. 11. B in marg.: Secunda. 13. A: sui criminis. 14. B in marg.: Tercia; A: supponendum quod in. 15. A: est quodammodo est. 16. A: creticos. 17. A: in tempore. 17. A: cresis. 19. A: morbi naturam. 28. A: instiganti. 29. A: cretico. 31, 32. A: insaniam multorum. 35. C: ut placeat. 36. B in marg. (black ink): Quod ex predicacione Christi innumerabiles sunt dampnati et peiorati et infinita mala provenerunt, non tamen ista fuit tamquam culpabilis omittenda.

Digitized by Google

fuit sancte matri ecclesie et toti populo, ymmo fuit causa cur ipsi micius sunt dampnati.

Et patet cecitas illius argucie: occasionaliter ex predicacione Chrīsti sunt multi de populo peiorati, ergo illa predicacio fuit tanquam culpabilis obmittenda. Nam *pacem* talem que est quies in crimine, *non venit Jesus mittere in terram sed gladium* (ut dicitur Matthei X°, 34). Et illa videtur sentencia Jesu, Matthei XV, 12, ubi postquam scribe et pharisei tradiciones suas contra legem domini infideliter ponderarunt, Jesus noster peccatum eorum patule dicit illis, ac apostoli dixerunt ad dominum: *Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt.* At ille respondens ait eis: *Omnis plantacio quam non plantavit pater meus celestis eradicabitur; sinite illos, ceci sunt et duces cecorum.* Christus autem ex sua omnisciencia scivit divinitus qui sunt presciti et quod propter eorum dampnacionem non est bonum ecclesie dimittendum; ideo voluit dictos phariseos eradicari per verba aspera, sicut Baptista, apostoli Christi et martyres cognoverunt. Quando enim manifeste contradicitur legi domini, venit hora in qua fidelis domini debet usque ad mortem contradicentibus adversari, quia debet cognoscere opportunitatem talis temporis esse aptam, animam suam ex tali resistencia premiandam et totam ecclesiam ex hinc secundum legem domini expurgandam. Si enim in casu tali occiditur, ex morte sua preciosa et glorioso merito melioratur ecclesia, nec scit si post erit maior opportunitas prodessendi, vel si evadetur sua dampnacio ex omissione vecordi in vacuum graciam Dei recipiendi et adversariis Christi ex debito resistendi. Quamvis autem *omnia tempus habent*, fidelis tamen debet certificatus de causa Dei operari instanter, cum *digiti mulieris fortis apprehenderunt fusum.* Unde vecors infidelitas videtur credere quod propter salvacionem evangelizantis vel evangelizati, qui propter vitam longiorem plus prodesset ecclesie, sit veritatis evange-

Such results are not a reason for omitting to preach.

The faithful should maintain the law of God, even to death.

2. A: ipsi deest. 3. A in marg.: Solucio; B in marg.: Solucio questionis. 11. patule: hic verbum deesse videtur. 13. A: Omnis deest. 14. C: celestis deest. 17. B in marg.: Propter malorum deterioracionem veritas non est omittenda. 21. B: domini deest; B in marg.: Quomodo in contradiccione legis Dei eius amatores se debent habere. In black ink: Quando manifeste contradicitur legi Dei, debet fidelis ad mortem resistere nec expectare amodo tempus aliud moriendi. 30. A: recipiendum. 31. A: fidele. 34, 35. A: salutem; BC: vel evangelici; B in marg.: Nota. Predicator fidelis pro evangelio moriens plus prodest quam vivus.

31. Eccl. III, 1. 33. Prov. XXXI, 19.

Digitized by Google

Dumb priests and friars should be ashamed of their cowardice.

lizacio et infidelium impugnacio omittenda. Erubescant itaque falsi fratres et quicunque muti presbyteri aut vecordes, qui ex tali causa omittunt legem Dei defendere de eius potencia, de eius providencia, sapiencia ac summa clemencia desperantes; et capiant evidenciam ex sua predicacione acuta, non propter ruinam infidelium omittentis, cum ipse ad hoc non dedit occasionem, sed permisit occasionem male accipi ad maius bonum ecclesie. Et patet quod supradicta omissio cum sua negligencia atque vecordia ipsos dampnat, cum non in hoc secuntur Christum, sed blasphemant, imponentes sibi stulticiam, quia operibus eius est desidia eorum contraria. Et si obiciunt quod Christus vel fuit impotens ad iuvandum Judeos contra diabolum quibus taliter predicavit, vel secundo fuit invidus potens dare eis suffragium quod subtraxit, vel tercio non fecit misericordissime vel optime, cum fecisset graciosius totum illum populum convertendo, dicitur quod non est evidencia quoad primum, cum Deus ex immensitate gracie dat cuilibet homini sufficienciam ad beatitudinem adquirendam et cum hoc dimittens ipsum suo libero arbitrio dat suaves instinctus et auxilium ad meritorie operandum. Quoad secundum, patet quod non est color in evidencia, cum plus iuvat eos quam mereri poterant de condigno, nec unquam subtrahit a quoquam suffragium, nisi eius ingratitudo culpabilis sit in causa. Quoad tercium videtur quod in ipso sit maior probabilitas.

It is objected that Christ did not help the wicked as much as he could.

God does what is best in regard to himself; not what seems best in any one case.

Sed dicitur | ad illud communiter quod tripliciter potest intelligi Deum summe benefacere, vel simpliciter quoad ipsum vel simpliciter quoad opus productum vel utrumque; primo modo Deus facit misericordissime quidquid facit, et per consequens summe bene; secundo modo non decet Deum facere summe bene, quia sic opus suum summe bonum foret sibi equale, et per idem non tercio modo optime facit quidquam, sed optime producit filium, cum sit opportunitas tam in

Fol. 146a

1. A: impungnacio. 4. A: potetencia; ibid. A: provida sapiencia. 4, 5. A: ac sentencia. 6. A: acuta deest. 7. C: adhuc. 8. A: occasionem materie. 9. BC: supradicta racio. 13. A in marg.: Obieccio triplex: 1, 2, 3; B in marg.: Obieccio frivola; C: facit impotens. 16. BC: tercio deest. 18. BC: quoad populum; A in marg.: Solucio triplex 1. 20, 21; C: adquirendum. 21. A: dimittens hominem; hominem added later. 23. A in marg.: 2. B in marg.: (black ink) Quare Deus non iuvit illum populum contra dampnacionem, cum potuit, cum fecisset melius totum populum convertendo. 24. BC: inuit eos. A: merere. 27. A in marg.: 3. 28. B in marg.: Tripliciter intelligitur Deum summe benefacere. 36. A: illud non. 37. C: optunitas.

Digitized by Google

patre producente quam in filio quem producit, et in variacione istius sensus equivoci sunt varii varie respondentes.

SERMO VII.

5 *Cum natus esset Jesus in Bethleem Jude in diebus Herodis regis.* Matthei II°, 1.

Patet quod in tribus commendatur solempnitas huius festi: Primo in hoc quod tres magi venerunt stella duce Christum cum tribus muneribus adorantes; et ex-
10 hinc dicitur Epiphania ab *epi* quod est supra et *phano* apparicio. Secundum insigne quod hoc festum recolit est baptizacio domini in Jordane, quod creditur eodem die factum, sed anno tricesimo revoluto. Tercium insigne est miraculum conversionis aque in vinum quod
15 creditur fecisse eodem die anno proximo revoluto. Sed quia de primo facit hoc evangelium mencionem, ideo notandum quod ex nativitate et factis Christi implete sunt undique prophecie. Nam natus est in Bethleem secundum propheciam Michee V°; et agnominatur
20 Bethleem Jude ad differenciam alterius Bethleem, que est in tribu Neptalim. Et fuit in diebus Herodis regis facti ex prefeccione Romanorum, licet fuerit nacione Idomeus; et sic impleta est prophecia Jacob Gen. XLIX°, 10: *Non auferetur sceptrum de Juda et dux de femore*
25 *eius, donec veniat Messias.* Isti tres magi erant simul reges atque philosophi instructi ex prophecia Balaam, Num. XXIV°, 17: *Orietur stella* etc., et (ut opinatur) venerunt a die nativitatis, quando primo apparuit stella, super dromedarios die decimo tercio in Jerusalem. Nec oportet
30 quod per annum fuerant in viando, quia poterant per ita paucos dies multiplici miraculo pergere tantum iter, et (ut creditur) ipsis intrantibus Judeam stella disparuit. Ideo in civitate regia regem prophetatum pro-

The Epiphany commemorates

I. The visit of the Magi,

II. Christ's baptism, III. The miracle of Cana.

The Magi were kings and philosophers.

2. A: illius. 8. A in marg.: 1. C: venerant. 9, 10. C: ex hoc. 10. A: epi supra et. C: phenos. A in marg.: 2. 12. A: domino. 13. A in marg.: 3; B in marg.: Ex nativitate Christi prophecie unde et que sunt implete. 15. A: illo die; C: proximo deest. 18. et seqq. A: prophesie. 22, 23. A: fuerit ydoneus; transscriptum: et sic alienigena. 25. A: Isti qui tres; B in marg.: qui intelligendus est; sic habet translacio caldeyca. Ex Jacob converso rege ex Israel. 27. B in marg.: Quare disparente stella magi in Jerusalem dominum quesiverunt. 28. A: stella apparuit. 29. A: dromedos. 30. A: potuerant. 31. A: peregre.

5. Vulg.: *Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda* .... Cf. Wyclif's Sermons I. c. pag. 339—342. 19. Michaeae V, 2: *Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui sit dominus in Israel.*

Digitized by Google

Reasons why the star disappeared for a time.

babiliter quesierunt. Et hoc totum factum est, ut cursus tam notabilis de Herode et ceteris impleatur. Unde dicitur communiter quod triplex est racio quare disparente stella in Jerusalem dominum quesierunt, prima ut magi non solum celesti signo sed dicto prophetico informentur, secundo ut nativitate Christi in civitate regia secundum prophecias Judeorum publice nunciata Judei ipsum non recipientes inexcusabiles habeantur, et tercio ut implendo prophecias figuretur fidem devote suscipiendam a gentibus et a Judeis (ut plurimum) refutandam, cum gentiles in sensibili signo moti tanquam irracionales fidem susceperant et Christum devocius adorarunt; sacerdotes ab angelo tanquam racionabiles debuerant instrui per pastores, sed destiterant infideliter adorare. Et sic docetur fidem fideliter quesitam esse multiplicius declaratam, quia veritas secundum philosophos testatur sibi ipsi omnibus modis. *Audiens autem Herodes turbatus est* cupidine, cum timuit regnum amittere post mortem Antigoni *et omnis Jerosolima* et specialiter populus sibi favens; *et congregans sacerdotes et scribas,* qui prophecias nosse debuerant quas ipse ignoravit, *sciscitabatur ab eis ubi Christus prophetabatur nascendus.* At illi Michee sentenciam et non in toto verborum ordinem exprimunt, quorum formam Mattheus exprimit: *Tunc Herodes* timens totum animum suum in isto Judeis detegere vel excogitata sua malicia convinci posterius *clam vocavit magos* fingendo mendacium; nam (ut probabiliter creditur) vel voluit occidisse magos post suum reditum vel dominum vel utrumque. Magi autem innocenter et devote abierant consummataque causa adventus sui in Jerusalem deficienteque homine instruente, stella prior in promptu affuit et ducendo illos in Bethlehem tamquam doctor intelligens ibi stetit.

The star was newly created, nearer the earth than the stars of heaven.

Ex quo sancti probabiliter convincunt quod hec stella non fuit celestis in principio mundi facta, sed noviter creata, in infimo aeris intersticio miraculose mota, quia

2. A: et aliis. 4. C: Deum; ib. A in marg.: 1. 6. A in marg.: 2. 7. B: nunciata correxit e: necessitate. 9. A in marg.: 3; ib. A: fides devote suscipiendum. 11. A: gentiles visibili. 12. A: susciperent . . . adorarent. 13. C: racionales. 19. B in marg.: Antigono regnante post Herodes interfecto eo occupavit regnum, sicut narrat Josephus libro Antiquitatum; ib. B in marg.: hic accipitur pars pro toto. Communiter enim dicitur, quando maiores civitatis aliquid faciunt quod tota civitas fecit, sicut in proposito illi qui erant maiores ibidem et in regalibus officiis existentes Illi cum ergo turbati sunt. Hec Lyra. 21. A: qui; ib. A: nosce. 22. A: ignorabat; ib. A: prophetebatur. 23. Codd.: At ille. 24. B: ordine. 26. A: miste (l) Judeis dirigere. 28. C: dicitur creditur. 34. A in marg.: 1. 36. A: quod.

Digitized by Google

luxit in die et per consequens sensibilior stellis celestibus fuit prope. Secundo quia XIII diebus naturalibus non movebatur nisi quantum expediens fuit magorum itineracioni ab Arabia in Judeam. Et tercio quia stella nunc disparuit et nunc stetit, quod alienum | est ab astris celestibus. Magi autem instructi sunt in fide divinitus, quia aliter non sic adorassent infantem pauperis femine cum tam abiectis circumstanciis et pannis vilibus involutum. Unde quilibet eorum instructus a domino obtulit sibi oblacionem triplicem propter tria: Primo quia reges Arabum solebant de talibus offerre domino, secundo quia instructi sunt latere in illis misterium, ut in auro ostendatur celestis regis potencia, in ture quo sacerdotes utuntur ad divinum cultum notatur infantis celeste sacerdocium, et in mirra qua mortuorum corpora condiuntur notatur Christi sepeliendi et resurrecturi immortalitas. Vel tercio obtulerunt aurum ut reveletur inopia trium tam pauperum personarum, thus ad fetorem stabuli mitigandum, et mirram ad membra Christi tenera solidandum. Istas causas vel alias nobis incognitas in oblacione ista triplici Deus eternaliter ordinavit.

Fol. 146b

The Magi were divinely instructed in the faith.

Reasons for their choice of offerings.

Et responso accepto in sompniis, ne redirent ad Herodem ad cavendum eius maliciam, *reversi sunt* a Judea *per viam extraneam.* Nam ut communiter dicitur edocti per angelum descenderunt ad mare mediterraneum navigantes ad Tharsis et abhinc in suam patriam. Et sic opinatur Herodem in suo transitu versus Romam naves illas Tharsenses ex iracundia combussisse et verificatam fuisse propheciam Psalm. XLVII°, 8: *in spiritu vehementi conteres naves Tarsis.*

Circa hoc evangelium dubitatur quare Christus omnipotens et omnisciens elegit ducere vitam tam pauperem, specialiter cum approbavit imperatoris dominium et possessionem aliorum divitum et magnatum; nec licet fideli discredere quin ex causa signatissima illud fecit. Venit autem in mundum, ut conversacionem mundanam declinantem a vita status innocencie exemplariter revocaret, ut superfluitatem et periculum in conversacione

Why Christ chose to be poor.

2 A in marg.: 2; ib. A: Secundo quod. 4. A: Arabea; ib. A in marg.: 3. 11. B in marg.: propter que quilibet magorum obtulit domino triplicem oblacionem. 12. A: tercio quia; C: latrie. 15. B in marg.: Quid notatur in auro, in thure et in mirra domino oblatis. 18. C: relevetur. 19. C: stabili; ib. A: mirra. 22. A: sompnis. 26. A: in Tharsis; ib. A: et hinc. 31. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. 37. A in marg.: Responsio; B in marg.: Quare et ad quid Christus venit in mundum. 38. C: superfluitatem atque.

Digitized by Google

huiusmodi demonstraret, et ut ad tollerandum penalitates propter obtentum premii in membris suis posteris declararet.

Doubtless because poverty is the best life, leading most directly to bliss.

Nec dubium fideli quin Christus duxit vitam perfectissimam viatori possibilem; nam perfeccio vite presentis capi debet ex adquisicione beatitudinis; sed vita Christi rectissime, brevissime et plenissime duxit ad illam: ideo fuit perfectissima et qui dissentit ab isto est infideli deterior. Christus tamen approbavit status aliquos imperfectos ut seculare dominium, non ipsum in se suscipiens, sed propter eius imperfeccionem illud renuens, licet ipsum exemplaverit in conversacione sua, que est principium tocius conversacionis humane. Non enim est possibile vitam alicuius christiani esse laudabilem, nisi quam ipse fontaliter exemplavit. Approbavit autem multipliciter facta regum et secularium dominorum, specialiter ut ipsi ex sua potencia seculari iuvent et defendant suam ecclesiam.

Priests fall away from this life.

Et patet quomodo sacerdotes sui qui debent esse eo superiores quoad ipsum similius imitandum nimis prepostere ab ipso degenerant, cum conversacionem mundanam de quanto a statu innocencie declinat plus ceteris amplectantur; debuerunt enim homines in statu innocencie carere constitucionibus humanis et rebus artificialibus, habendo moderatissime omnia in communi. Sed quis plus innititur tradicionibus humanis, plus amplectitur abusum artificialium in rebus mundanis aut magis superflue aut appropriate consumit de bonis domini que ordinat pro egenis. Et quantum ad superfluitatem et periculum in conversacione mundana, est certum expertis et deducibile racione quod superfluit quoad vitam presentem et multo magis ad acquirendum beatitudinem in copia temporalium exspumare; nec caret titillacione ad superbiam, ad avariciam, et peccata carnalia sic habundans; ideo (ut sepe dixi) sic habundans in temporalibus, cum possit statum cerciorem et merito-

2. A: optentus; A in marg.: Duplex (sic) causa adventus Christi 1, 2, 3. 4. A: fideli fideli. 7, 8. A: racio fuit. 8. A: discentit; A: ab isto IV° infideli. 9. A in marg.: Notat quod Christus approbavit status aliquos imperfectos; B in marg.: In quo Christus statum secularem approbavit; ib. C: alios imperfectos; A in marg.: 1. 11. A: illud deest; B: illum renuens licet illum. 15. C: nisi quantum. 16. A in marg.: 2. 17. BC: ut ipsi iuvent et defendant ex sua potencia singulari suam ecclesiam. 20. BC: quoad deest; ib. C: imitantur. 22. A: declinet — innocencie deest. 28. BC: vel appropriate. 31. A: expertis deducibili. 32. A: quirendum beatitudinem et. 34. A: tritillacione. 35. A: ideo — habundans deest. 36. A: posset.

Digitized by Google

riorem facilius eligere, peccat ad minimum venialiter sic vivendo; ideo Christus non posset in persona propria vivere illam vitam. Quid ergo habet quantumcunque habundans in temporalibus ultra alimenta et tegumenta in quibus docet apostolus Christi discipulum contentari, revera vel erit terrenus avarus; et sic copia temporalium sibi nocet, vel meliorabitur in aliquo horum trium, ut habendo alimenta et tegumenta corporis magis lauta aut habendo laudes seculi plus clamosas, aut prodessendo ecclesie in defensione iusticie et distribucione bonorum pauperum voluntati Dei conformius. |

Riches lead to avarice; or are spent in *a)* luxury, *b)* pomp *c)* doing good to the Church.

Fol. 146[c]

In primo est nimis magna vanitas, cum magis pauperes vivunt diucius et melius quoad corpus et indubie, habendo bonum spiritum, melius quoad Deum. Unde quantumcunque dives quis fuerit, ut comes, dux, rex vel cesar difficultabit se in debito humano multiplici in fine anni et vite presentis, ultra hoc quod oportet minus potentem et in alimentis ac tegumentis melius valentem in suo tempore debitari. Et ista vanitas inseparabiliter consequitur loco honoris mundani. Quis enim est longevior egenis non sic in mundo potentibus? et certum est quod sua longevitas sufficit ad Deo devocius ministrandum. In tercio autem quod clamatur plus necessarium ac meritorium vel est patens omissio vel facta diligencia stulta mutacio, cum dimittendo vitam illam sumptuosam et vivendo vitam pauperem, ut Christus vixit cum suis apostolis et aliis plus morosis, homo plus prodesset ecclesie. Ideo quantumcunque defensio talis affuerit dives sic defendens ex stulta elecciones non est expers culpe. Ideo solicitudo seculi, superbia et ministracionis omissio inseparabiliter sic divitem consequuntur sed mediocritas inter mendicitatem atque divicias petenda est secundum sapienciam Salomonis. Christus autem in ista mediocritate cum instar innocencium habuit sine solicitudine temporalia quantum sibi profuit, et illam mediocritatem vivendo et progrediendo satis docuit, et specialiter ut presbiteri sui sicut apostoli hoc notarent. Sed quis est in hoc ordinacioni et exemplacioni Christi magis contrarius quam papa, episcopi et alii prelati ecclesie plus excelsi? Ideo sicut

Luxury and pomp are vain;

and a man profits the Church most by living Christ's life.

1. B: erigere. 2. B in marg.: Divicie difficultant via (!) sequele Christi. 3. A: Quid rogo. 6. A in marg.: 1; ib. vel erit talis. 7. A in marg.: 2. Nota. 21. A: longevior est; ib. A: potentibus deest. 22. A: sufficit aliquid Deo. 24. A: omisso. 26. A: pauperum. 28. B: quantum. 30. C: expars. 34. A: ista medietate. 39. A: pape; A: alii presbyteri.

Digitized by Google

sunt veritati prime contrarii, sic portant nomen et officium in ecclesia quo erunt finaliter redarguti. Et in istam blasphemiam Christi incidit totus mundus. Nec dubium quin illi econtra scandalizantur a sanctis angelis apud Christum, apud quem omne nomen fame laudabilis nominatur. Et ista videtur sentencia Christi Matthei XI, 6: *Pauperes,* inquit, *evangelizantur et beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Nam per Christum et in Christo optima vita viancium nunciatur evangelice esse pauperies in qua evangelizacione Deum scandalizantur primo prelati predicti, cum dicunt in facto Christum esse et stolidum et amentem. Secundo scandalizantur mundi potentes qui istam reversacionem Christi exercitus procurarunt; et tercio scandalizantur qui isti reversacioni quomodocunque consenciunt. Sed quis est in mundo qui ab ista scandalizacione omnimode est immunis? Audeo dicere quod quicunque talis fuerit est beatus. Nostri autem scolastici stant in hac ceca superficiali argucia quod per talem dotacionem providet clerus dotatus pauperibus de elemosina corporali; nec dubium quin si ista dotacio excusacionem acceperit stat in isto. Sed penset (rogo) fidelis quomodo spiritualis elemosina est quodammodo melior infinite corporali et quomodo clerus ab ista elemosina spirituali distrahitur et quomodo elemosina corporalis propter mundum fraudulenter suspenditur; ideo (ut supra dixi) inexcusabiliter regula Dei contempnitur, cum clerus vitam activam, immo pocius diabolicam amplectitur, et vita contemplativa que debet esse propria clero contempnitur.

Prelates offended in Christ.

Active and contemplative life.

Contendunt autem quidam de quiditate ac differencia huius vite; qua supposita contendunt quidam ulterius utrum vita contemplativa sit melior quam activa. Quoad primum dicitur probabiliter quod utraque istarum vitarum non est nisi conversacio virtuosa, et sic vita activa est conversacio practice operantis propter bonum corporis hic in via. Vita autem contemplativa est conversacio intellectualiter operantis propter bonum patrie perfeccione corporis odibiliter postposita hic in via. Ex quibus colligitur quod

1. A: primo. 3. A: blasphemiam ubi; B in marg.: Qui Christi vita plus scandalisantur. 9. A: via viancium; ib. C: necessitatur; ib. C: pauperes. 10. A: in deest; A: scandalizentur. 11. A: esse stolidum. 12. A: secundo deest. 21. BC: acciperet. 23. A: corporale. 25. A: mundi. 26. A: ut supra dixi deest. 27. BC: cum clerus — contempnitur deest. 29. A in marg.: Dubium. 31. A: qua supponitur contendunt; BC: quidem. 32. B in marg.: Questio; A in marg.: Quid est vita contemplativa et quid vita activa. 36. A in marg.: 1. 38. A: edibiliter.

Digitized by Google

omnis vita activa est propter vitam contemplativam finaliter, non econtra. Et patet ulterius quod ordinata predicacio, evangelica commestio ac ambulacio, eciam cum corporali laboracio est posicio vite contemplative, cum sit propter bonum patrie et non finaliter propter bonum corporis hic in via. Oportet tamen loquentem in ista materia notare quomodo quidam vivunt ut comedant et quidam comedunt ut vivant. Isti enim carnales quorum deus venter est vivunt ut comedant, qui principalius intendunt conversacionem voluptuosam brutalem quam vitam beatitudinis eternalem. Sed illi comedunt ut vivant qui sunt in contrariis finibus se habentes; nam *ut* signat circumstanciam cause finalis, ut hic supponitur. Et sic quamvis omnis activus laborat finaliter propter bonum patrie, | tamen finis suus immediatus est bonum corporis hic in via; nec intendit pure contemplativus super gradu aliquo istum finem, sed capit ipsum ut adiacens contemptibile, non ut finem. Et quoad secundum dubium certificatur fidelis ex fide quod vita contemplativa sit melior quam activa.

Work not inconsistent with contemplative life.

The difference is in purpose, not in circumstance.

Fol. 146d

SERMO VIII.

Vidit Johannes Jesum. Johannis I°, 29.

Hoc evangelium facit mencionem de secunda causa solempnisacionis huius festi Epiphanie; et est in baptizacione domini miraculum multiforme. Est enim quelibet operacio Christi miraculosa, cum summe miraculosum sit quod Deus est homo, consequenter quomodocunque humanitus conversetur. Narrat itaque hoc evangelium quomodo Baptista vidit dominum venientem ad se humillime circa annum eius tricesimum baptizandum; et hic prorupit in verbum verissimum licet figuratum: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ubi demonstrat duplicem eius naturam geminato adverbio demonstrandi. Christus enim est agnus Dei humanitus, qui tollit peccata mundi divinitus; licet autem sit agnus, non tamen est bestiola balans quadrupes. Racio autem huiusmodi equivocacionis

How Christ is a lamb.

2. A in marg.: 2. 3. Codd.: evangelice. ib. codd.: eius eciam. 3, 4. BC: eciam — laboracio deest. 4. A: porcio vite. 6. BC: loquentem deest. 8. A: Isti autem; B in marg.: Quidam vivunt ut comedant, quidam comedunt ut vivant. 10. A: principaliter. 17. A: contemplacius. 17, 18. BC: sed capit — finem deest. 19. A: iustificatur. 25. A: solemnacionis. C: igitur est. 26. A: quilibet. 27. A: miracula . . . miraculum. 28. A: Deus et; BC: consequenter deest. 29. itaque; B transscript.: autem. 32. B: Dei qui. 36. B: licet tamen; ib. BC: est deest. 37. A: quadripes. Ideo autem huius.

Digitized by Google

ad sensum misticum est triplex? Prima quia in lege veteri fuit agnus anniculus immaculatus ordinatus a domino, ut sit hostia pro peccato. Et cum omnes illi agni figurarunt cum eius circumstanciis dominum Jesum Christum, signanter dicitur *agnus* tanquam finis et signatum illorum omnium. Sed illi agni legis veteris fuerunt sacerdotum vel offerencium. Christus autem singulariter est agnus Dei quem sacerdos summus semel pro semper obtulit Deo patri. Alia causa modi loquendi est proprietas multiplex agni tipici, que proprietas analogice sed mistice competit verbo Dei, et tercia causa est, quia spiritus sanctus in Baptista sic loquitur.

Threefold reason for this mystical use of 'lamb'.

Et ad exprimendum sensum quo Christus est agnus, signanter hec duplex differencia adunatur. Quamvis autem alii sacerdotes absolvant equivoce, Christus tamen sacerdos summus tollit simpliciter peccata mundi, quia ille solus universitatem peccatorum remissibilium est homo tollens, et sic quodlibet singulare peccatum, cum sit principium immaculatum, quo totum genus salvandorum est vivificatum, sicut per elixer purgatur metallum immundum secundum opus alchimicum. Et ista confessio Baptiste ex prudencia et sapiencia et humilitate redundat sibi in multiplicem laudem et meritum.

How Christ differs from the lambs that were type of him.

Ulterius in testimonium laudandum de Christo prorumpit Johannes expressius: *Post me venit vir qui ante me factus est, qui prior me erat, et ego nesciebam eum.* Prima autem pars huius verbi Baptiste capit difficultatem apud ignaros, cum oportet quod Baptista loquatur de Christo humanitus, cum secundum divinitatem non est factus, et quoad humanitatem videtur quod Baptista fuit factus ante Christum, cum statim salutata beata virgine transmontavit et salutavit Elizabeth et statim exultavit Baptista infans in utero suo (ut patet Luc. I). Et quomodocunque quis finxerit, probabile videtur ex evangelio quod Baptista fuit natus in utero antequam Dominus erat natus.

Difficulty as to how Christ was made before the Baptist.

Ideo pro solucione istius notandum quod *post* dicit successionem in tempore, sic quod Christus natus est

1. BC: multiplex. 7, 8. A: singularitur. 9. A in marg.: 2. 10. A: agni et tipici. 10, 11 BC: anologice. 11. A in marg.: 3. 13. A: sensus; ib. A: quo deest. 14. A: multiplex. 15. B in marg.: Solus Christus simpliciter tollit peccata mundi. 17. A: universitate. 18. C: singulariter. 20. B: purgat. C: sic. 21. A: opus abbrunicum. B in marg: Alchimia. 22. BC: prudencia sapiencia. 26. A in marg.: Obieccio. B in marg.: Quomodo Christus venit post Johannem qui factus est ante ipsum. 33. A: in utero. Luce I°. 34. A: fixerit. 35, 36. A: suus dominus. 37. A in marg.: Responsio. B: Solucio. 38. tempore; A: te = tempestate.

Digitized by Google

post Baptistam duplici nativitate. Sed Christus factus est ante illum non in anterioritate temporis sed dignitatis, et sic factus est prior Baptiste, abbas, pontifex et quodcunque nomen laudabile prelacie. Et istam anterioritatem dignitatis Baptista meminit. Ideo signanter dicit Baptista quod post eum venit vir, licet factus sit prior suus eciam humanitus. Dicit autem Christum esse virum singulariter pro instanti sue concepcionis, quia pro illo instanti virebat plenus virtutibus, et secundum grammaticos

Vir notat etatem, formam, sexum, probitatem;

et ita signanter dicitur Jeremie XXXI°, 22 quod *femina circumdabit virum:* ideo signanter Baptista dicit quod Jesus fuerat *prior suus.*

The priority was in dignity.

The Baptist learned gradually.

Quamvis autem propheta iste multas veritates cognovit de domino quas alii ignorarunt, multas tamen nesciebat, hoc est, ignorabat quas in processu temporis per illustracionem spiritus cognoscebat, ut didicit ex spiritu sancto quod *ut* Christus *manifestetur in Israel, propterea processit baptizans in aqua.* Sicut enim aurora precedit diem clarum, ne visio intuencium post tenebras confundatur, sic Baptista ut aurora non sol iusticie, precessit Dominum, quia sicut subitas mutaciones odit natura sed paulative procedit, Fol. 147* ita Christus | voluit ecclesiam suam proficere; unde sicut ruditas artificis precedit operacionem architectorum subtilem, sic baptizacio Johannis in aqua precessit baptizacionem Christi in spiritu; ideo ex illustracione sibi illapsa divinitus testimonium perhibebat, quia *vidit spiritum descendentem quasi columbam de celo, et mansit super Jesum,* ut in corporali specie illustrante Domino populi ruditas excludatur, quod Baptista prius ignorabat, sed spiritus sanctus qui misit eum ad baptizandi officium dixit sibi: *Super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto.*

Quamvis autem ista fuit vera columba, cum Deus non sit sophista illudens populo falsitate, non tamen fuit assumpta personaliter sicut Christi humanitas sed ad officium manifestandi spiritum sanctum mediante illustracione interna fuit ad tempus accepta et postmodum

What the dove was.

2. A: in deest. 4. BC: laudabilis. 4, 5. A: auctoritatem. 6. A: venit ubi. 7. BC: eciam deest. 8. A: et pro illo. 12. A: mulier circumdabit. 17. B: spiritus; in marg: aliter sensus. 17. C: ut dicit. 18. A: manifestetur simul, propterea; ib. A: processit in aqua baptizans in aqua. 19. A: enim deest; ib. A: procedit. 21. B: Johannes quare ante Christum baptizavit. 24. A: sicut inditas; B in marg.: Johannes quare ante Christum baptizavit. 29. B in marg.: Ecclesiam suam Christus successive voluit proficere. 31. A: baptizandum. 34. B in marg.: Columba super Christum descendens qualis fuit.

Digitized by Google

ab illo officio est dimissa; unde secundum formam loquendi scripture spiritus sanctus in ipsa columba descenderat, hoc est, ipsa columba manifestans spiritum sanctum interius illustrantem successive descenderat. Sic enim dicit Sapiens quod *omnibus mobilibus mobilior est sapiencia,* non quod divinitas vel persona eterna possit moveri secundum suam substanciam preter Christum qui assumpsit substanciam creatam secundum unionem ypostaticam. Sed quia effectus persone divine secundum limitacionem officii singularis progreditur paulative, et sic Baptista *videns hec omnia testimonium efficax perhibebat quia Jesus sit Dei filius* naturalis. Testes enim laudabiles ex hiis que vident testantur, sed Baptista testis satis famosus vidit hec fieri, ideo eius testimonium debet capi. Ipse enim secundum gentem Judaicam fuit sanctissimus prophetarum et secundum Christi testimonium et totam sectam fidelium *fuit propheta et plus quam propheta,* cum supra prophetandi officium demonstravit ad oculum Deum prophetatum. Et quantum ad sanctitatem vite secundum Veritatis testimonium: *Inter natos mulierum non surrexit maior Johanne Baptista.* Judei ergo infideles, pagani et tota ecclesia debet credere tanto testi; quamvis enim Christus fuit maior Baptista, non tamen surrexit spiritualiter, cum nec secundum peccatum originale nec secundum peccatum actuale unquam iacuit maculatus, et sic quamvis beata virgo fuit mulier, et per consequens, Jesus filius mulieris, nunquam tamen Jesus noster surrexit taliter, et ideo nichil sibi et dicto Domini de Baptista quod *non surrexit aliquis maior illo.* Non enim dicit quod *inter natos mulierum non fuit aliquis maior Baptista,* sed signanter quod *inter natos mulierum non surrexit aliquis maior illo.*

The Baptist's witness that Jesus is the Son of God.

Circa hoc evangelium dubitatur cuius religionis Baptista fuerit, cum non sit pertinens prophete sancto mentiri propter devocionem. Ipse autem testatur Joh. I°, 27 quod *Jesus ante ipsum factus est cuius non est dignus corrigiam calciamenti eius solvere.* In isto dubio est tenendum fideliter quod Baptista fuit christianus re et nomine;

The Baptist was a Christian.

5. B in marg.: Quomodo intelligitur omnibus mobilibus mobilior est sapiencia. 6. A: posset. 12. A: quod Jesus. 13. A in marg.: Nota. 15. A: Judaicum. 20. B: cum inter. 21. B in marg.: Non surrexit maior Johanne Baptista quomodo est intelligendum. 26. A: et sequitur. 28. A: taliter surrexit. 30. C: Non enim — illo deest. ib. A: surfuit. 33. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. 37. A. in marg.: Responsio.

5. Sap. VII, 24. 17. Matth. XI, 9. 20. Matthei XI, 11.

Digitized by Google

quamvis enim post ascensionem domini fideles primo vocati sunt sensibiliter christiani (ut patet Act. II, 26), tamen, loquendo de nomine reali Baptista, cum fuit unctus gracia tempore Jesu Christi ab ipso, excellenter dicitur christianus; fuit enim sibi contemporaneus et ab ipso *priore suo* per graciam ita unctus. Et sic quamvis omnes fideles legis veteris (ut placet quibusdam sanctis doctoribus) dici potuerunt christiani, quia credentes in illum qui tempore suo est Christus, Baptista tamen, cum fuit in etate tam infantili adeo illustratus, dici potest ab instanti nativitatis Christi in utero proprius christianus, quia credidit in dominum Jesum Christum iam presencialiter existentem. Et sic creditur quod Baptista propter devocionem mentiri non debuit, ut nec fecit, sed frequenter dixit discrete excellenciam Domini super ipsum, ut in auctoritate predicta Joh. I°.

Quarrels between the friars as to Christ's shoes.

Sed circa sensum eius fratres contendunt inaniter, ut fratres Predicatores asserunt quod Christus fuit calciatus, modo quo ipsi, quia aliter Baptista non diceret pertinenter *se non esse dignum corrigiam calciamenti Christi dissoluere.* Econtra autem fratres Minores blatterant quod Christus nudatus in superiori parte pedum ut ipsi incesserat. Sed ut dictum est sermone quarto, ista est irreligiosa et inanis contencio; nam cum Minores sunt calciati corrigiis in suis soleis, Baptista posset calciamenta Christi solvere, si ipse incesserat taliter calciatus et cum secundum ipsos ex negativa evangelii non sequitur affirmativa primarie, patet quam nude sine fundacione ambo hii ordines altercantur. Ideo (ut superius) est michi probabile quod Christus sepe incesserat nudus
Fol. 147b pedes, tum quia caliditas loci hoc requisivit, tum quia | devocio lavancium et osculancium sibi pedes hoc exegit, tum tercio quia Christus non fuit cum talibus fictis cerimoniis desponsatus. Sicut ergo Petrus fuit calciatus calciamentis ab usu utriusque ordinis disparatis, sic verisimile est quod vidit similiter in calciamentis vel caligis domini exemplum. Angelus enim precepit sibi Act. XII°, 8

1. A: enim deest. 4. BC: Jesu nostri. ib. A: excellenter Dei christianus; fuit ut sibi. 10. A: infantuli. 12. A: credit. 13. A: conceditur. 15. C: facit; A: sed frater consequenter dixit excellenciam Christi. 17. A: sensum deest. B in marg.: Contencio Predicatorum cum Minoribus de calciamentis Christi. 23. A in marg.: Nota de hoc supra sermone IV. 25. BC: suis subseliis. 26. A: dissolvere. ib. A: incessit. 28. A: affirmativa predicacio. 29. C: altricantur. 32. A: exigit. 33. A: factis. B in marg. (in black ink): Christus sepe non fuit calciatus ex causis et aliquando calciatus. 35. C: abusa. ib. BC: disparatus; A: verissime. 36. BC: vel caligis deest. 37. Codd.: exemplantis.

Digitized by Google

quod *calciaret se caligas suas;* nec est credendum sompniis fictis fratrum quod habuit calciamenta vel caligas modo suo. Sic ergo credendum est quod Baptista plenus spiritu sancto oneravit verba sua subtiliori sentencia quam loquendo de caligis sutorinis, cum sepe locutus est mistice, ut patet Matthei III°, 11: *Qui,* inquit, *post me venturus est forcior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse baptizabit vos in spiritu sancto et igni cuius ventilabrum in manu sua et permundabit aream suam et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili;* ubi certum est Baptistam loqui ad sensum subtilem et misticum. Quare ergo non in eadem proposicione loqui debuit pertinencius et plus honorifice de calciamentis seu caligis Salvatoris? Ideo notarent hii fratres, ne pervertant sentenciam scripture ad artem sutorinam, quoniam pes in sacra scriptura est spiritus affeccio, unde Christus Joh. XIII°, 10: *Qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lavet.* Et per consequens calciamentum est christiana religio in qua affeccio Christi est servata. Et corrigia est regula vel lex qua dicta religio est ligata. Baptista ergo dixit se non esse dignum esse legiferum sicut Christus vel religiosarcham, sed servum humilem sub religione Domini militantem. Ideo Joh. I° ad excludendum artem sutorinam dicitur quod *Johannes non est dignus ut solvat eius corrigiam calciamenti,* ubi si de calciamentis sutorinis intenderet calciamenta pertinencius geminaret. Sed Matthei III°, sine huius repugnancia dicit idem Baptista *se non esse dignum calciamenta Christi portare.* Fuit enim exclusus ab onere legis veteris et cerimoniis nove legis, et ideo sciens ordinacionem Christi vere dixit *se non esse dignum hec calciamenta* spiritualia *supportare.* Quamvis enim servaverat in parte tam legem veterem quam novam, verumtamen non portavit, cum Christus quem Matthei III° confitetur esse ipso forciorem portavit ipsum Baptistam et totam vitam suam strictam ac penalem. Nam nichil per se spiritualiter portat aliquid creature, nisi fuerit sibi illapsum tanquam primum et ultimum fundamentum, quod alpha et omega est proprium. Fra-

Mystical meaning of Christ's shoes;

viz. the Christian religion.

4. A: sublimiori. 5. BC: calceis. 9. B: igne; B in marg.: Johannes quomodo non fuit dignus solvere corrigiam calciamenti Christi et portare. 13. A: debeat. 14. BC: vel plus. 16. BC: quomodo pes. 18. A: est totus. 20. A: affeccio deest. 22. A: dignum esse deest. 28. A: sine eius. 29. B in marg.: Calciamentum Christi, quid est corrigia (in red ink); calciamentum religio Christi et corrigia regula vel lex Christi (in black ink). 35. BC: ipsum deest.

Digitized by Google

tres autem extollunt se nedum ultra Baptistam sed Dominum, cum presumunt calciamenta affeccionem ultra nates statuere et sine fundacione legis Christi impli- cantes eius ignoranciam vel negligenciam in toto noviter stabilire. Religio autem eorum stat (ut plurimum) in vestibus et cordulis supra nates, et huiusmodi secte secundum vocem beati Jacobi est *vana religio,* cum tanquam *generacio adultera signa querens* consuit irracionabile cum iusto deterius quam sutores. Cum enim per- sone religionum ipsas dignificant, et in arte sutorina constat fuisse sanctos martyres et confessores evidencius quam in novis sectis fratrum, evidens est quod iste secte novelle quantum ad ordinem quem fabricant non attingunt perfeccionem ordinis sutorum. Nam ars illa habet fundacionem magis probabilem personas sui ordinis magis sanctas et racionabilitatem ac necessitatem per Deum antiquitus requisitas. Constat quidem quod primus sutor a Deo singulariter didicit artem suam, nec fuit tantus error in sua consuicione sicut est in fic- cione secte huius novelle. Ipsi enim veritatem consuunt falsitati et ultra sutores presumunt quod non acceperunt a Domino; unde Matthei IX°, 14 dicitur, quod discipuli Johannis accesserunt ad Jesum dicentes: *Quare nos et pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, et tunc ieiunabunt. Nemo autem inmittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus. Tollit enim plenitudinem eius a vestimento et peior scissura fit. Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioquin rumpuntur utres, et vinum effunditur et utres pereunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt et ambo conservantur.*

Friars innovate on Christ's ordinance

and are worse than cobblers.

Ex processu evangelii patet pertinenter quomodo disci- puli Johannis sine eius culpa pharisaice | contra Christi dis- cipulos presumpserunt. Baptista enim nec hoc eos docuit nec novam religionem ascribere sibi voluit. Sed Andream

Fol. 147°

Presumption of some of John's disciples;

2. A: affeccio; B: ultra natos. 3, 4. BC: multiplicantes; B in marg.: Extollencia ficta ferculorum. 5. BC: Religio eorum ut. 6. A: modi deest. 8. B: consuit irracionale. 9. B in marg.: Dignitas sutorum super fratres. 14. A in marg.: Nota. 17. A: antiquius. 19. BC: consucione; ib. A: est in suicione. 21. A: acciperunt. 22. A: discipuli et Johannes; B in marg.: Nota bene. 25. A: Notandum possunt. 30. A: uteres. 34. A: Ex quo. 35. A: pharesaica; BC: phariseica. 36. C: enim hoc.

7. Ep. Jacob. I, 26.

Digitized by Google

et alios eius discipulos misit ad Dominum ut ad magistrum suum superius instruendos (ut patet Matthei XI° et Joh. I°). Sed Christus pertinenter respondit quod ipse est singulariter sponsus ecclesie, et ideo in novella desponsacione sui cum eius discipulis non debent contra legem sponsalium vivere sic penaliter vel lugere. Sed cum luctus ac penalitas sint necessarii ad beatitudinem adquirendam, cum sine illis non sit amplexus dextre sponsi summi, veniet tempus in quo sponsus Christus post mortem et ascensionem ascendit in celum; et tunc ultra vos et phariseos meritorie lugebunt et usque ad mortem pro meo nomine pacientur. Et patet solucio questionis irracionabilis insciorum; nam discipuli Johannis defecerunt a laude ieiunii, primo quia iactarunt se de ieiunio contra doctrinam evangelii Matthei VI°, 16, cum debuerunt ipsum abscondere; secundo in hoc quod iunxerunt se phariseis quos magister eorum tam acute redarguit (ut patet Matthei 3°), et tercio quia arguebant Christum ex defectu doctrine discipulorum suorum quos imprudenter accusarunt, cum tamen audierunt Johannem magistrum eorum attestantem quod *Jesus tollit peccata mundi* (Johannis I°, 29) et undique magnificantem Jesum ultra ipsum (ut patet Matthei III°). Ideo ait illis Jesus, cum corporale ieiunium non habet racionem boni nisi de quanto disponit ad ieiunium spirituale quod est abstinencia a viciis (et illud direccius fecit presencia Christi sponsi ecclesie quam ieiunium corporale), patet quod discipuli Christi efficacius ieiunarunt retracti a viciis in occupacione cum Christo quam discipuli Johannis. Et ideo discipulos melioris magistri oportet ieiunare apciori ieiunio. Nam corporale ieiunium improbatur Isaie LVIII°, dum deficit secundum ieiunium quod est abstinencia a peccatis, cum occupacione virtuosa taliter ieiunantis, et sic ieiunium simpliciter perfectum erit post mortem et completum in beatitudine; sponsa enim iuvenis dum laborat in necessariis domus sponsi non debet a cibis corporalibus nisi cum prudencia continere, et consequenter quantum ad tradiciones pharisaicas vel

in boasting of their fasts,

in uniting themselves to the Pharisees and in accusing Christ's disciples.

The true fasting is abstinence from vice.

Fasting must not be allowed to interfere with the service of Christ.

1. B: ad Deum; A: ad magnum. 3. A: quod iste; B: est deest. 4. A: disponsacione. 6. A: sic deest. 9. A: sponsus deest. 13. B: irracionalis. 14. A in marg.: De ieiunio; B in marg.: In quibus discipuli Johannis excesserunt. A in marg.: 1; BC: quia deest. 16. A in marg.: 2. 18. A in marg.: 3. 22. A: mundi et ideo primo et undique; C: magistrificantem. 23. A: Matthei XI. 24. BC: cum deest. 28. C: ieiunant. 31. A: a peccatoe ieiunio; B: a pociori. 32. A: Isaie LVI; dum deest. 35. A: complete. 38. A: quantum deest.

Digitized by Google

cerimonias legis veteris non decet Christum vel Baptistam novas antiquis adiungere, quod Christus docet efficaciter in exemplo duplici quoad intellectum et affectum. Sicut enim in panno veteri non insuitur pannus
5 novus, ne eius pulcritudo tollatur et maior ruptura ex fragilitate panni veteris efficiatur, sic ad cerimonias antiquas veteris legis vel tradiciones corruptas et pharisaicas non decet Christum putando consuere legem suam, cum exhinc legem suam inficeret vel rupturam maiorem ex
10 monstruositate faceret. Et sic quantum ad racionem et intellectum oportet legis nove cerimonias per se stare, et quantum ad affectum vel devocionem christianorum quam vinum novum signat, patet quod sicut in utres veteres non vinum novum prudenter imponitur, sic
15 vinum devocionis spiritus sancti infusum Christi fidelibus non debet in antiquas cerimonias infundi sed secundum novos ritus et puros evangelicos adimpleri. Et ista est sentencia apostoli ad Galatas de cessacione legalium. Sicut enim calciamentum est religio qua
20 affeccio servatur, sic tunica et utres sunt religio qua intelleccio et affeccio fidelium conservantur. Et patet quam turpiter et monstruose fratres consuunt vel pictant sua ficta mendacia ad religionem quam Christus instituit et voluit ut pannum novum perpetuum per se
25 sufficientem et simplicem esse fortem. Et ista consideracio Christi daret per se fidem fidelibus, ne paciantur fingi in ipsis sectas novellas, quia indubie totum aggregatum ex ipsis inficitur et christiana religio deturpatur.

Christ's new law required its own ceremonies.

SERMO IX.

30 *Venit Jesus a Galilea in Jordanem ad Johannem.* Matthei III°, 13.

Christ came I. to approve John's preaching, II. to sanctify water for baptism.

In hoc evangelio replicatur sentencia dicta proximo sermone de solempnisacione altera huius festi. Venit autem Jesus ut approbaret Johannis predicacionem,
35 ut tactu sue mundissime carnis tribueret aque vim

2. A: decet. 3. A: quo intellectum. 5. A: ut eius. 6. B in marg.: Nemo immittit commissuram quomodo intelligitur. 7. BC: et deest; A: pharaseicas. 8. B: non consuere. 9. A: interficeret ut. 10. B: menstruositate. 13. B: quam deest; C: que; ib. A: sicut deest. 15, 16. A: sic in cerimonias veteres; B in marg.: Vinum novum in utres veteres fundi quid est. 15. A: Christi deest. 22. BC: quod turpiter; ib. A: fines consuunt vel putant. 25. A: vel simplicem. 26. A: per se deest. 27. A: in ipsas. 27, 28. A: agricultum. 28. B: deturpatur etc. 30. C: ad Johannem deest. 35. A: tribuerit.

29. Cf. Wyclif's Sermons I, l. c. pag. 80—83.

Digitized by Google

III. That the people might hear the witness of the Spirit.

regenerativam, et tercio ut populus audiret testimonium spiritus sancti de Johanne. Venit (inquam) ad notandam distanciam, quia a Galilea in qua natus est in utero in Jordanem, ubi erat Johannes baptizans propter habundanciam aque. Et in hoc confundebat mundi superbiam qua superior appetit ut inferior obedienter a distanciori loco eciam laboriosus sibi adveniat et odit hoc facere in semet ipso, ut patet de papa et cardinalibus et excusabilius in mundi potentibus; et concordat interpretacio nominum, cum a gradu transmigracionis qua Christus in virtute semper profecerat venit ad rivum iudicii, in quo oportuit Christum (ut dicit apostolus) propterea exaltari.

Christ came to his inferior as an example to prelates.

Fol. 147d

Christ's baptism was for the benefit of the Church, not for his own.

Finis autem baptizacionis Domini non fuit, ut ipse spiritualiter a Johanne in persona propria baptizaretur, sed ut ecclesia sua virtute sue humilitatis et meriti baptizaretur. Ideo cum duplex sit baptismus, scilicet corporalis qui fit per aquam communiter, et spiritualis qui fit per graciam trinitatis, verum implicat Johannes quod ipse debet a Christo baptizari spiritualiter, ut patet de sanctificacione sua in utero, et cum hoc sine repugnancia Christus venit ad ipsum, ut baptizaretur baptizacione equivoca propter causas superius assignatas, ideo Christus prior Johannis signanter mandat ut virtute obediencie hoc nunc sentenciat. Et causa subditur, quia sic decet dominum et servum implere omnem iusticiam. Cum enim iusticia in sua generalitate sit virtus, qua quis iuste vivit, et hoc competit virtuti cuilibet, patet quod quelibet virtus sit iusticia, ut dicunt philosophi. Cum ergo tam Christus quam preco suus debuit altrinsecus esse sic humilis, patet quod eorum humilitas sit vera iusticia, quia inclinat eos facere sicut debent. Nec fuit ille gradus humilitatis repertus in toto humano genere ante ipsos, cum nemo alius a Christo potuit ipsum attingere. Ideo signanter dicit Jesus quod *sic decet eos implere summum gradum* latitudinis *iusticie*, quia aliter toti humano generi defuisset, unde dicitur communiter quod tres sunt gradus humilitatis. Primus

3. A: est natus. 5. BC: et deest. 6. B in marg.: Quomodo superior humiliter visitat inferiorem. 8. A: met deest. 9. A: in deest. 10. B: quam; C: quo. 11. A: in deest. BC: perfecerat. 15. A: baptizetur; B in marg.: Finis baptizacionis domini quis fuit. 17. AB in marg.: Baptismus duplex; B: scilicet corporalis et spiritualis; ib. A: videlicet. 18. A: que fit; ib. A: spiritualiter. 22. A: baptizetur. 25. BC: sinat. 26. BC: sic deest. 29. A: quilibet virtus; B in marg.: Justicia quid est; ib. A: sit sic. B in marg.: Vera iusticia est quelibet virtus. 37. BC: qui aliter; ib. BC: toto. A in marg.: Triplex gradus humilitatis. 38. B in marg.: Gradus humilitatis sunt tres.

Digitized by Google

et infimus, cum minor obedit maiori; secundus et medius quo par obedit pari, sed tercius et summus quo maior obedit minori. Cum ergo in toto humano genere non poterit esse maior Jesu nostro, patet quod non poterit esse maior obediencia, quam illa qua ipse obedivit taliter servo suo, nec fuisset maior obediencia, supposito quod Christus servo minori Johanne obedisset, quod non fuisset decens vel iustum et per consequens sub nullo gradu humilitatis quod contrarie foret factum. Quamvis enim Christus secundum divinitatem obedivit cuilibet homini (ut patet Josue X, 14) et humanitus obedivit suis parentibus et multis aliis, si non omni, tamen alius fuit gradus obediencie quo obedivit Baptiste qui fuit singulariter servus suus. Et sic complendo hunc gradum obediencie implevit omnem iusticiam. Nam latitudo iusticie usque ad illam horam fuit colobon, et sic Baptista illustratus a flamine baptizando Christum permisit eum obedire taliter et dimisit. Baptizatus autem Jesus confestim ascendit de aqua, ubi notatur ad sensum moralem quomodo instar Christi ecclesia debet instancius operari. Ipse enim pro nullo instanti ociatus est, sed continue secundum gradum merendi velocissimum ad terminum sue semite est progressus. Ideo signanter dicitur quod *confestim ascendit*. Et ab ipso didicit sponsa ecclesia, non colum sed *fusum digitis suis apprehendere*, ut dicitur Prov. XXXI°. Ad sensum autem anagogicum notatur quomodo Christus completa aqua tribulacionis in via et post confirmacionem apostolorum de resurreccione confestim ascendit in patriam, et sic omnia membra sua facere debent conformiter. *Et ecce aperti sunt celi*. Que apericio creditur fulguris apericio, ut contingit in choruscacione, hiatu vel bothyno et significat celestem gloriam aperiri in Christum credentibus. *Et vidit Johannes* in premium meriti precedentes tanquam arras beatitudinis *spiritum Dei descendentem sicut columbam* (ut exponitur sermone proximo precedenti). Nec trahi debent tales modi loquendi de mocione Dei in consequenciam, nisi de quanto elicitur ex scriptura. Et

Three grades of humitity.

Jesus went up straightway to set us an example of energy.

1. A in marg.: 1, 2. 2. A in marg.: 3. 4. A: nostro deest. 4, 5. A: posset. 5. A: quam illa—obediencia deest. 7, 8. BC: quia non. 11. C: cuilibet deest. B in marg.: Obediencia Christi qualis fuit et quam alta. 14, 15. A: habent gradum. 16. A: colobion. B in marg.: Quomodo discipuli Christi debent instanter operari. 26. B in marg.: Sensus anagoycus evangelis. 30. A: faceret. 31. A: apercio; creditur — apercio deest. 32. Codd.: bothyni. 33. A: aperui. 36. A: proximo deest. 36, 37. A: ut trahi. 38. BC: de scriptura.

Digitized by Google

sic tota trinitas aliquo modo sanctis apparuit: Christus ypostatice in carne que Deus est, per columbam que pure creatura est notatur spiritus sanctus propter analogiam proprietatum sancti spiritus et columbe, sed per vocem sine specificato corpore intelligitur pater qui non potest mitti, cum non habet personam que potest ipso esse vel prior origine.

How Christ's baptism could sanctify water.

Circa hunc textum quidam dubitant quomodo ex tactu carnis Christi et aque Jordanis omnes aque ubique terrarum capiunt vim regenerandi, tum quia aque plurime nimis distant, ut taliter alterentur, tum quia aque mixte, ut aque marine, non sunt deposite recipere hanc vim tam spiritualis qualitatis, sicut nec natura quevis corporea, tum tercio quia ista vis regenerandi maneret | in quacunque aqua perpetuo et superflueret aquam aliquam postmodum consecrare. In ista materia supponendum est hoc verbum *fieri* non rudi philosopho qui non concipit alteracionem vel qualitatem nisi sensibilem, qualis consequitur elementa et mixta. Sed dirigatur sermo fidelibus qui credunt quod in quantum aqua quantumcunque distans vel Jordani discontinua est Deo accepcior virtute tactus carnis Domini, eo ipso est supernaturaliter alterata, non quod illa qualitas que est aque spiritualis bonitas sit res que poterit per se esse, quia ista ruditas de quiditate accidencium confundit tam simplices quam subtiles.

Fol. 148a

Ad primum dicitur quod non obest alteranti infinite potencie cuicunque aque voluerit quantumcunque distanti vim talem tribuere.

Ad secundum dicitur quod ambiguum est singulis vel multis teologis que aque et quomodo et quantum mixte recipiunt hanc virtutem, sicut dubium est eis quam baptizacionem Deus per aquas huiusmodi acceptaret; nec obest quod aquam distanciorem sic alteret, cum hoc quod aquam propinquiorem non sic moveat. Ideo cum de talibus particularibus non sit fides, satis est quod de maximis fidei quas scriptura exprimit et de factis evidentibus experimento doctis generetur in populo suspicio

3. A: est deest; 3, 4. BC: anoloiam. 5, 6. A: qui potest. 8. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio; A: Circam. 10. AB in marg.: 1. 12. AB in marg.: 2. 14. AB in marg.: 3; ib. A: via regenerandi. 15. B: perpetue. 16. A in marg.: Responsio. 22. B: adeo sive a Deo. 23. A: supernaturalitas. 24. A: eque. 27. A in marg.: 1; B: ad primum; ib. B: infinitate. 28. Codd.: cuiuscunque; A: aque volue ut. 30. A in marg.: Ad secundum. 31. C: theologicis; B: quomodo in quantum. 33. A: modi deest. 34. A: alterat. 35. B: hoc per. 38. A: doctis doctis; ib. BC: populis.

Digitized by Google

probabilis sine hoc quod musitet de opposito; et in multis proponendis responderi debet catholice nec concedendo nec negando nec dubitando sed probabiliter supponendo.

Ad tercium dicitur negando consequenciam, quia hec vis regenerandi more luminis dependet a volucione divina et non enitet nobis ex fide vel racione, quod Deus perpetuo vult aquam talem quantumlibet continue esse sanctam. Nec est sanctificacio cuiuscunque aque per baptizacionem Christi tam efficax quin probabiliter sine repeticione sanctificacionis liceat noviter super aliam aquam immo eandem virtutem sanctificacionis Domini invocare; per hoc enim melius aque a probabili nobis contingeret et non deterius, et sic diceret aliquis quod panem consecratum liceret iterum consecrare vel (ut placet aliquibus) posito homine in ambiguo de consecracione priori, non debet iterum nisi condicionaliter consecrare. Et talis condicio cuiuscunque operis nostri debet intelligi secundum sentenciam beati Jacobi. Non debemus aliquid asserere nos facturos simpliciter quantumcunque fuerit in potestate nostra nisi subintelligendo, si *Deus voluerit.*

Excessive care about ceremonies and rites.

Unde multi solicite musitant circa ista peripsemata fidei et permittunt se et alios fidem ecclesie necessariam ignorare, ut multi et magni musitant, et alii ut fidem asserunt de quocunque qui non fuerit baptizatus flumine secundum formam ecclesie, que secundum diversitatem regionum et humane volucionis quantumlibet variatur, quod eo ipso dampnatur. Cum enim sit triplex baptismus scilicet fluminis, sanguinis et flaminis, videtur quod stat hominem salvari, licet non fuerit flumine baptizatus. Et dictum Christi Joh. III, 3: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*, intelligitur de baptismo flaminis facto virtute aque que effluxit de latere salvatoris. Sed quia in ambiguis pars securior est tenenda, videtur michi securius quod quilibet christianus habens opportunitatem, ut a suo proximo baptizetur debet celeriter baptizari.

1. A: ita in. 3. A: probaliter. 4. A in marg.: 3; B in marg.: Ad 3. 5. B: voluntate. 6. A: emendet nobis. 7. A: aquam quamlibet. 12. A: pro hoc. A: a deest. 14. A: licet totum. A: aliquis. 15. C: in deest. 17. BC: operis deest; A: intelligi sicut secundam. 19. BC: nosse facturos; A: simpliciter — nisi deest. 20. C: solliciti. 24. C: asseruerunt. 26. BC: religionum. 28. A in marg.: Baptismus triplex; B in marg.: Baptismus triplex fluminis, fluminis et sanguinis. ib. BC: et videtur. 34, 35. A: securius deest; BC: quod deest.

20. Ep. Jacobi IV, 15: *ut dicatis: Si Dominus voluerit.* 29. Cf. Trialogum, pag. 285.

Digitized by Google

Et dubia eventus de aliis relinquo posteris declaranda, sicut concordanciam et sanctorum testimonia in hac parte.

Various rules of private orders.

Sed dubitatur, cum adeo innovantur et variantur baptismi ecclesie, quare non licet sic in privatis ordinibus variare. In declaracione huius dubii ille qui cognosceret quiditatem privati ordinis haberet maiorem partem eius in principio expeditam. Ponit autem quidam doctor de ordine fratrum Minorum qui pompat grandia de se ipso quod privata religio est descriptive cultus unius Dei in hiis que sunt de necessitate salutis cum operibus supererogacionis, scilicet paupertatis, castitatis et obediencie, modificatis secundum legem papalem conformiter ad scripturam. Sed querendum videtur ab ipso, cum dictum genus cultus Dei (ut Augustinus loquitur in De Vera Religione) non sit terminus per se notus, utrum sit solum in anima vel solum extra animam sive mixtim. Si primum detur ut probabilius, constat quod ad religionem privatam non requiruntur opera supererogacionis predicta, cum actus tales quicunque intrinsece possunt esse in anima sine talibus supererogacionis operibus supradictis. Sed quid magis confunderet privatos ordines, cum quilibet obedienciarius vere diceret | suo preposito exigenti obedienciam in actu extrinseco quod hoc non sequitur ex regula? Ideo non teneor hoc preceptum virtute obediencie adimplere et nimis difficile foret colligere partes regule, ex quibus sequitur subiectum debere sic facere. Sic eciam diceret quodcunque preceptum de neutris non esse de sua religione vel ordine, cum non sit cultus Dei in hiis que sunt necessaria ad salutem, eo quod omnis homo salutem posset consequi sine illis et deficiente genere cuiuscunque religionis necesse est religionem illam deficere. Et si dicatur quod opus preceptum sit necessarium ad salutem, quia necessarium huic obedienciario, patet quod per idem omne opus supererogacionis in predestinato

Fol. 148b

4. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio; ib. A: Deo. 6. A in marg.: Responsio. 8, 9. A: quidem doctor. 10. A: discriptive. 13. A: et deest. BC: legem specialem. 14. A in marg.: Quid est privata religio. Obieccio; B in marg.: Religio privata quid est descriptive. 16. A in marg.: A 1; B in marg.: Contra descripcionem religionis private argumentum infra continue. 20. A: superarogacionis. 21. A: intrineici 22. A: confundunt. 25. A: hoc deest. A: Ideo non cene oportet. 28. C: Et sic. 34. C: est deest. 35. A: obedientario patet quod idem.

15. Augustini Opp. tom. I. pag. 763 seqq

Digitized by Google

sit necessarium ad salutem, quia necessarium ex supposicione huic predestinato ad privatum ordinem taliter obligato. Et in hoc instant logici quod nulla opera sunt de necessitate salutis, vel aliter quodlibet
5 opus extrinsecum a preposito rite mandatum debet esse de necessitate salutis, quia de necessitate ex supposicione. Si secunda pars divisionis detur, quod opera religionum sunt solum extra animam, tunc cessantibus illis operibus cessaret religio; quod cum suis sequentibus foret isti vie
10 nimis magna confusio. Si tercia pars detur, scilicet quod opera religionum sunt mixtim in anima et mixtim extra animam, patet de natura accidencium quod non possunt esse taliter subiective. Et solum de tali accidencium existencia foret sermo.

15 . Item, videtur quod quelibet singularis religio sit religio privati ordinis, quia omnes partes religionis private cuicunque tali singulari religioni conveniunt, et per consequens, quelibet religio est privata et quelibet quelibet. Nec valet fingere quod nulla religio, nullus cultus Dei, nullum
20 opus religiosi vel eius operacio distinguitur a subiecto; quia sic cum omnes homines conveniunt in specie specialissima, omnis religio foret eiusdem speciei specialissime. Et sic de aliis sequentibus que ista via racionabiliter abhorret.

Every religion is private.

25 Similiter, ista responsio non consistit in grossa metaphisica, sed in rudi grammatica qua infideles non distinguunt quantitatem a subiecto; tunc enim (ut dicit Augustinus V° de Trinitate) quilibet talium infidelium foret Deus?

30 Similiter, maior pars descripcionis date foret superflua, cum omnis talis cultus Dei foret opus supererogacionis et econtra; paupertas, eciam castitas et obediencia forent omnino indistincta, et sic talis prepositus non haberet viam ad convincendum suum subditum qui
35 tenuerit viam suam. Cum ergo quilibet de christiano ordine facit multa que non sunt sibi necessaria ad salutem et secundum legem papalem conformiter ad scripturam, patet quod quilibet salvandus observat individuum privati ordinis et sic privatum ordinem;

4. Aug. Opp. tom. VIII. 834; A: quod in. 6. A: que necessitate 7. A in marg.: 2. A: Sed secunda. 10. A: Sed tercia; in marg.: 3; BC: scilicet deest. 15. B in marg.: 2. A: quilibet. 16. A in marg.: B. a. 18. A: quilibet. 19. B: quod quod; ib. A: cultus deest. 23. BC: et ceteris. 24. A: abhorreret. 25. A in marg.: b. A: consistit non. 26. A: quia infideles. 28. A: quibus talium. 31. A in marg.: C; B in marg.: Ad idem. 32. C: paupertas — indistincta deest. 33. A: deindistincta. 35. BC: tenuit. 37. BC: legem specialem.

Digitized by Google

et per consequens ordo quilibet foret talis. Nam dato quod Petrus predestinatus faciat solum necessaria ad salutem et necessitas ex supposicione tollitur, cum aliter omnia que evenirent necessario evenirent, patet quod Deus non posset salvare hunc Petrum in casu quo ab aliquo gradu vite sue deficeret quantumcunque meritorie dispariter viveret. Quod repugnat Dei omnipotencie. Ideo patet quemlibet salvandum necessario multa facere sine quibus posset salvus fieri. Et patet quod habet legem specialem dirigentem ipsum conformiter ad scripturam, quia cum sint gradus in communitatibus legum non aliter salvaretur.

All private orders depart from Scripture

Item, cum quilibet privatus ordo observat multa difformia a scriptura, videtur quod quilibet privatus ordo non sit ordo sed horror fidei scripture contrarius. Assumptum patet de Mendicantibus quorum ordines obligantur generaliter mendicare, sed hoc est scripture contrarium (ut patet ex dictis alibi). Unde in vita beati Clementis legitur quod singularum regionum inopes nominatim habebat scriptos et etiam christianos quos baptizaverat publice mendicitati non sinebat subiacere: mediocres autem ac divites admonebat ne paterentur baptizatos pauperes a Judeis et gentilibus stipem publicam postulare. Et patet quod, sicut seculares domini adversantur ordinacioni Christi in paupertate apostolorum et episcoporum vicem suam gerencium, sic et pape nostri adversantur ordinacioni pape Clementis. Ipse enim non sinebat propter errorem in specie christianos pauperes publice ab homine mendicare; nostri autem pape nedum permittunt sed auctorizant sectas divites a pauperioribus mendicare. Et revera tanta est racio hodie hauriendi hanc rapinam luporum rapacium, specialiter cum in expensis extraordinariis

as the Mendicants in begging.

3. A : taliter cum. 4. A : evenient necessario evenient. 7. A : Quos repugnant. 13. A in marg.: BC in marg.: Contra idem. Deordinaciones Mendicancium ferculorum. 16. C: Ad sensum patet. 17. B: obligant. 18. A in marg.: De mendicacione; B in marg.: De vita beati Clementi. 20. In codd. A hic locus sic habetur: quod et sciam christianos quos baptizaverat publice mendicitati non sinebat subiacere. Singularum regionum inopes nominatim habebant scriptos . . . Codd.: habebant. 21. BC: non quod. 22. A: autem deest. 31. C: pauperibus. 32. C: hodie deest; horrendi in codd.

25 Cf. Clementina, Epit. prior cap. CLI ed. Dressel pag. 103: *καὶ μάλιστα ὅσους περιττοὺς ἤδει τῷ πλούτῳ καὶ πρὸς τὸ διδόναι δυνατῶς ἔχοντας μὴ τοὺς ἅπαξ τῷ βαπτίσματι τῷ ἁγίῳ καθαρθέντας περιορᾶν δημοσίᾳ παρὰ τῶν Ἰουδαίων τρεφομένους δι' ἀπορίαν . . .* Cf. Pars IV. Serm. XIV.

Digitized by Google

ut edificacionibus, pascionibus et ornamentis aliis superfluis habent pecuniam habundanter, et simplices vulgares tantum ut olim sunt pauperes; ymmo cum fides Scripture mendicitatem talem abhorret et in exemplis pro-
5 hibet, patet quod hec mendicacio sapit heresim mani-
Fol. 148c festam. Apostolus enim qui fuit | omnibus fratribus undiquaque dignior manibus laboravit (ut patet Act II° et sepe alibi). Et tercio patet quod talis mendicacio est contra statum innocencie et legem nature. In statu
10 quidem innocencie cuicunque sine discrasia cuncta forent communia, cum cuilibet innocenti liceret sine repugnancia tam vescibilibus quam quomodocunque usibilibus satis uti. Nec aliquis innocens caperet ad indigenciam suam quidquam ab aliquo alio, sed omnia necessaria
15 caperet inmediate a Deo et foret cuicunque fratri suo in virtuoso solacio. Hec autem mendicacio est omnino statui innocencie et nature isti contraria, cum ultra necessitatem subtrahit ab egencioribus sine equivalencia recompense. Et patet quod secte mendicantes nedum
20 contrariantur huic legi triplici supradicte sed iniuriantur cecis pauperibus, claudis atque debilibus, qui necessitantur secundum legem Domini a suis fratribus mendicare. Nam ipsis pauperibus debentur omnia que fratres validi sic mendicant et sic licet clamosa mendi-
25 cacio sapit culpam, vel in ipsis mendicantibus vel in divitibus qui ipsos relevare debeant vel utrimque, tamen mendicacio secte valide in corporali potencia est magis dampnabilis, ymmo exsuperat rapinam prelatorum piratarum et predonum, cum ex iniquitate duplici spo-
30 liant plus egenos. Nec viciantur solum persone sectarum hac macula sed omne genus hominum quod eis consenserit, ut scolastici et prelati qui debent istud crimen cognoscere reticendo, et populus ac domini seculares stulte fomentum facinoris eis dando. Et si dicatur
35 quod in fratrum ordinibus, ut in fratribus Minoribus, assistente copia temporalium aliunde validorum men-

Their begging injures those who are more needy,

and is the worst kind of robbery.

2. A: hanc pecuniam habundantur. 3. A: tantum ut obsunt. 5. A in marg.: 1. 5, 6. A: manifestam deest. 8. A: racio patet. 9. A in marg.: 2. 10. A sine deest; B in marg.: Status innocencie conversacio. 11. A: quilibet. 12. A: usubilibus; BC: usibus. 14. BC: aliquo deest. 16. A: Hec eciam; A in marg.: 3. 17. A: innocencie deest. 18. A: negocioribus. 19. C: recompensa. 23. A: dentur. 23, 24. A: que fines. 26. A: debeant deest; BC: cum mendicacio. 28. A: exsupera. 29. A: piratorum; BC: piratarum deest. A: ex deest. 30. A: sectarum deest. 32. B: crimen deest. 33. A: recitendo. 34. A: stulte fomentum stulte . . . danda.

Digitized by Google

Their buildings shew that they beg more than mere necessaries.

dicacio prohibetur, revera eorum sumptuosa et superflua edificacio et notoria fratrum suorum in extraordinariis expensis consumpcio cum mendicacione sua patente ad oculum ipsos dampnat. Cum enim debent habere striccius quam vulgares omnia in communi et ex valetudine corporis sufficerent cum laboricio sibi et naturaliter impotentibus, patet quod pro se et talibus fratribus corporaliter laborarent et omnino expensas superfluas ac possessiones avare servatas dimitterent, ut libros, calices ac basilicarum lapides cum aliis bonis pauperum pocius venderent, antequam a fratribus suis tantum egentibus taliter mendicarent. Et patet quam intricabiliter mendicatur ista descripcio de religione privata et specialiter quomodo scripture sacre secundum se totam est consona, ut patet noscenti harum religionum observancias singillatim.

SERMO X.

Cum factus est Jesus annorum duodecim. Luce II°, 42.

Luke gives most details as to Christ's youth.

Constat quod Lucas ex informacione Pauli et beate virginis notat expressius que Christus fecit in annis puerilibus; *cum,* inquit, *factus esset annorum duodecim,* ibat in Pascha ad Jerusalem cum suis parentibus. Nam omnes Judei masculi debebant visitare Jerusalem in tribus festis (ut patet Exodi XXIII, 17), sed cum remotis a Jerusalem, ut Galileis, dispensatum est cum visitacione unica die Pasche. Jesus autem ex ordinacione eterna remansit in Jerusalem post tempus solempnitatis ad doctrinandum exemplariter sue ecclesie et specialiter viris apostolicis, ut episcopis et prelatis, quomodo post cultum Deo proprium zelum et occupacionem principaliter habere debeant circa spirituale regimen ecclesie in suis doctoribus; sic enim ascendens Jerusalem super iumenta ut dominus (ut notatur Matth. XXI) statim ingressus est templum et expurgavit crimina que ex sacerdotum avaricia orta fuerant secundum potenciam corporalem. Et ita incepit iste magister optimus

1. A: revere. 4. A: debet. 7. A: per se. 14. A: scripture facie. 15. A: patet notanti; B: patet nominatim. 16. C: sigillatim; B: singillatim etc. 21. Codd.: inquam. 23. A: Judei in ascum; ib. BC: Jerusalem deest. 28. C: doctrinam. 31. A: habere deest. 32. A Sicut ascendens. 36. A: incipit.

17. Cf. Wyclif's Sermons I, 83—86.

Digitized by Google

statim, cum erat annorum duodecim. Sed quia viri ibant seorsum per se et mulieres per se tam eundo quam redeundo in tali devota peregrinacione et pueris licuit indifferenter ire in utrolibet comitatu, ideo credidit pater ipsum fuisse cum matre et ipsa putavit eum fuisse cum patre. Nam tam in peregrinacionibus quam in dacione legis precipiebatur ab amplexibus abstinere (ut patet Exod. XIX). Parentes autem Christi dantes exemplum aliis, tam eundo versus Jerusalem quam prima die sui reditus, istam regulam observarunt. Sed primo die reditus vel crastino percipientes Jesum deesse redierant, primum *requirentes inter cognatos et notos* utriusque sexus, ignorantes quod remansit in Jerusalem pro suis doctoribus instruendis. Sed post triduum invenerunt eum in templo, non in theatro vel foro ludentem sed in loco sancto oracioni et doctrine deputato *in medio doctorum audientem et interrogantem eos*, | ut iudex tam iuvenis ordinate ipsos instrueret et ecclesiam suam sequentem esse purgandam primitus a templo et sacerdotum erroribus doceret. *Stupebant autem omnes qui eum audierant super prudencia et responsis suis.* Nam ut prudens iudex secundum evangelium prius ipsos audierat et ubi defecerant interrogabat. Nec solum opposuit sed parate respondit in materia fidei, sicut Petrus ab eo didicit. Et patet regulariter in conversacione sua sequenti quod istum ordinem observabat. Et patet quam culpandi sunt doctores nostri qui nec prudenter audiunt nec interrogant nec respondent, sed confitentes suam ignaviam tanquam sacerdotes dampnantes Susannam per testes et iudices condempnant eciam Scripturam sacram. Et quesito ab illis quid in natura sua sit sacramentum altaris quod sensibiliter frangitur et tractatur, tanquam perfidi obmutescunt. Pater autem Joseph credens Christi divinitatem timuit ipsum arguere. Sed mater ex amore

Why Jesus was not missed.

His occupation.

Fol. 148a

Modern doctors refuse to say what the host is.

2. A in marg. sup. fol. 148c: Puer Jesus remansit in Jerusalem. Luce XIo. Hic tria notantur: status humilium quem exaltavit inclinata divinitas, ibi *puer*; salus debilium quos vulneravit propria iniquitas, ibi *Jesus*; mendicis (?) domicilium quod decoravit hospitis nobilitas; ibi *remansit in Jerusalem*. 6. A: fuisse deest; ib. A: tam in deest. 7. A: indicacione. 10. quam; A: quiri (sic). 12. A: puerum requirentes. 15, 16. A: inteatur. 17. A: deputate. 18. B in marg.: Nota; A: ipsos ut Judei tam. 19. A: esse purgandam primitus deest. 20. A: erroribus inchoaret. 23. B: eos; ib. A: deficerant. 28. C: imprudenter. 31. A: contempnat.

8. Exodi XIX, 15.

Digitized by Google

ferventi qui nescit dominium sed familiaritatem urbane per modum questionis interrogat causam, non quare Christus sic eos vexavit sed quod ad bonum posset fieri, quare Christus suis parentibus ita fecit. Et ad ostendendum eorum affeccionem anxiam contra regulas grammatice reserat veritatem: *Ecce,* inquit, *pater tuus et ego dolentes querebamus te.* Plus enim secundum racionem ponderavit quod Joseph preponeret quam quod pronomen demonstrandi alienam personam concipiens antea nominaret.

Mary's love too strong for grammar.

Et Christus interrogacionem ac modum loquendi matris sue autenticam conformi facesia de nesciencia eorum interrogat. *Nesciebatis,* inquit, *quia in hiis que patris mei sunt oportet me esse* plus et prius quam in aliquo ministerio creature. Ad hoc enim venit in mundum ut testimonium prudenter ac luculenter perhibeat veritati. Sed preponere causam mundanam cause Dei et edificacioni ecclesie sapit blasfemiam; quod utinam ex factis et verbis Christi ecclesiastici et prelati cognoscerent; *et ipsi non* tunc clare *intellexerunt verborum Christi sentenciam,* et hoc dici potest de effeminatis prelatis cesareis, quia tunc non sic assisterent negocio seculari. Verumptamen Christus docuit quod deputati ad hoc ut iuvenes vel mundani debent intendere ministerio corporali et in hoc obedire parentibus, cum humiliter completo priori ministerio *descendit* cum suis parentibus quibus in itinere erat subditus et venit *Nazareth. Mater* autem *eius conservabat omnia* hec saltem ad litteram, et ex ministracione quam *in corde suo* prudenter ipsa contulit, cognovit sentenciam et sic Jesus usque ad triginta annos profecit sapiencia, etate et gracia (ut notatur superius sermone quinto). Et credi oportet quod ab instanti sue concepcionis usque ad annos illos duodecim sic proficit, et iterum credi debet quod spiritus sanctus, ordinans hec scripta de Christi infancia ac puericia in evangelio suo exprimi et alia pretermitti, noluit ecclesiam suam cum talibus apocriphis quibus multi et magni attendunt nimis inaniter onerari.

Christ's playful reply.

We should not seek to know more of Christ's childhood than is told in the gospel.

1. BC: frequenti; A: que nescit divinum; ib. A: famuliaritatem. 4. A: quare deest. 8. A: poderavit. 9. A: concupiens. 12. A: autenticas. 16. A: et luculiariter perhibebat. 17. B in marg.: Causam mundanam cause Dei preponere blasphemia est. 18. A: quod utinam — ecclesiastici deest. 19. B: ecclesiastici et deest. 21. BC: de deest. 22. AB: cesariis. 24. A: invenies. 25. in deest. 29. BC: illustracione; A: qua. 31. AC: usque deest. 32. BC: sermone II. 34. A: proficit et certum.

Digitized by Google

Sufficeret enim hec doctrina de Christi puericia totam ecclesiam illustrare, regere et purgare.

Circa hoc evangelium dubitatur utrum secundum legem evangelii maior debet obedire minori, et videtur multis mundi sapientibus tam civilistis quam canonistis cum suis auctoribus quod sit repugnancia in adiecto, quia (ut ipsi concipiunt) de tanto quis debet esse inobediencior quanto maior; et ad hoc videntur sonare omnes privati ordines et pape diffinicio, I° Decretalium, de Maioritate et Obediencia, capitulo *Solite*. Contra quos contendunt fideles theologi per hoc quod Christus fuit obediens Baptiste (ut patet sermone proximo), tota Trinitas est obediens creature (ut patet Josue X°, 14), et Christus fuit subditus suis parentibus (ut patet hic Luc. II). Et certum est quod sicut *inter natos mulierum non surrexit maior Johanne Baptista,* sic Christus fuit infinitum maior quam Joseph vel Maria. Cum ergo Christus nichil fecit nisi ut debuit, patet quod maior debet esse minori subditus sive obediens. Quidquid enim fons religionis docuerit ut principium est tenendum. In ista materia videtur mihi sustinendum ut fides, (ut faciunt fideles theologi), quod maior obedire debet minori; et hoc sentenciant subtiliores, dicentes quod Deus concurrit in omni genere cause de quanto perfeccionem sapuerit. Et sic Deus sicut est summe bonus, de tanto est summe obediens. Ipse enim est obiectum cuilibet creature indigenciam suam audiens atque implens et apud illos qui non obaudiunt grammaticorum et scripture sentenciam; ista est obediencia maioris ad minorem. Christus autem sicut est nature duplicis, sic fuit dupliciter summe obediens. Audivit enim christianorum egenciam et supplevit, subdicio vero videtur | supra obedienciam sonare in ministerium subditorum, et sic Christus (ut dicit evangelium) *erat subditus suis parentibus;* nec dubium quin secundum multiplicem racionem obediens. Et illum gradum obediencie mandat

Doubt whether the greater ought to obey the less.

The faithful say he should, following Christ's example.

How God is obedient.

Fol. 149ᵃ

2. BC: purgare etc. 3. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. 5. A: modum sapientibus. 7. A: ut quando. 8. A: eciam ad hoc. 10. B in marg.: Nota de obediencia. 11. A in marg.: 1. 12. A in marg.: 2. 13. A in marg.: 3; B in marg.: Obediencia maiorum ad minores ubi exemplatur. 18. B: nisi deest. 20. A in marg.: Responsio. 22. BC: theologici. 23. B in marg.: Notandum; ib. A: dicentes deest. 24. C: genere esse. 26. Codd.: obiectum; subiectum? 29. B: istam. 31. A: audivit, audivit.

10. De Maioritate et Obediencia I, 33, 6.

Digitized by Google

apostolus servis, quando precipit quod *sint subditi suis dominis;* illam eciam subieccionem mandat Petrus cunctis fidelibus, quando precipit in nomine Veritatis quod *sint subiecti omni humane creature propter Deum.* Nam obediencia est generalior quam subdicio sive subieccio, cum ipsa Deo conveniat et non relique, eo quod inferioritatem vel imperfeccionem sapiunt non peccatum. Christus enim non habuit proprietatem peccati sed quia egenus fuit procreatus et nutritus a suis parentibus, ideo subtiliter dicitur quod *erat eis subditus,* quia aliter foret legi racionis contrarius capiens relevacionem et iuvamen ab ipsis non secundum illam naturam relevatam eis retribuens; quod tamen posset faciliter sine dissonancia Deo patri. Sicut enim non repugnavit maioritati sue quod succinctus lintheo lavit pedes apostolorum etiam Scariothis, sic non repugnat sed consonat quod sit obediens et subditus suis parentibus et singulis membris suis. Et sic ponitur pro maxima ut porismati isti infideli contraria quod de quanto quis est maior de tanto debet esse obediencior. Et cum inobediencia secundum totum genus suum sapit peccatum, patet quod nemo quantumcunque magnus fuerit debet esse inobediens alicui; sicut enim lapis et quodcunque irracionabile non est multum, sic nemo nec aliquid debet inobediens; cum obediencia sonat perfeccionem maximam et inobediencia generaliter aufugi debeat ut venenum; et sic papa ut est *servus servorum Dei* (sicut dicit), ita debet esse cunctis fidelibus obediens. Nec fictam mundanam obedienciam ab aliquo debet capere sed ipsam et mundanum honorem (ut fecit Christus) aufugere; et ista est sapientis Salomonis sentencia Eccl. III°, 20: *Quanto maior es, humilia te in omnibus,* et Christus filius suus dicit conformiter Luc. XIV°, 11: *Omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur.* Nec sunt descripciones canonistarum sive civilistarum isti sentencie contrarie audiende. Nemo

Obedience befits God, but not subjection.

Greatness a reason for obedience.

1. B: apostolis suis. 2. BC: eciam deest. 3. A: cunctis fidelibus deest; B in marg.: Discipuli Christi subici debent dominis temporalibus. 6. B: vel subieccio. 9. A: fuerit. 11. B: quod aliter; ib. A: dictamini racionis. 12. A: solum illam. 16. A: repungnat. 19. A: porismat; ib. A in marg.: Regula generalis; B in marg.: Quam preciosa est obediencia sancta et licita. 24. C: iniustum, sic. 25. debet; sc.: esse. 28. Codd.: domini sicut. 29. A: ipsam mundanum. 31. A: sapitatis. 32. Codd.: Prov. III.

1. I. Petri II, 18. 4. I. Petri II, 13.

Digitized by Google

enim fundat fidem suam sive sentenciam super fictas fabulas, que preter quam super patrem mendacii non fundantur, et ista sentencia destrueret ritus privati ordinis, obedienciam quam papa et prelati vendicant et diminueret obediencias gentiles culpabiles secularium dominorum. Et sic revivisceret Christi religio quam ipse docuit tam opere quam sermone. Ad tantum enim commiscetur cum pugillo religionis Christi ista gentilitas quod vix apparet eciam fidelibus, quomodo superior suo subdito debeat obedire. Quia iuxta regulam Christi superior debet ad spiritualem profectum cuiuscunque subditi sui attendere et mundanos honores et secularem obedienciam non pensare. Sed preter dubium istud scolasticum notari posset sensus moralis dulcior, quomodo pater putativus Jesu tanquam alter Joseph (qui interpretatur apposicio) et mater eius tanquam fidelis ipsum in mente nutriens secundum tradiciones ceremoniarum ex stulticia perdunt Jesum. Nam creditur quod prelati cesarei supra ordinacionem Christi membris suis appositi sunt ut Joseph patres domini. Creditur eciam quod inferiores prelati qui sunt superioribus coniugati sunt secundum modum loquendi evangelii mater Christi, cum Matth. XII°, 50 scribitur: *Omnis qui facit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse meus frater, soror et mater est.* Isti vero duo parentes secundum tradiciones seculi sunt in peregrinacione ista ficta plurimum separati. Sed Jesus despiciens istos ritus non ambulat cum altero parentum istorum sed remanet in Jerusalem tanquam puer parvulus, doctores simplices interrogans ac docens, sed dicti parentes consideracione carnali affecti, quomodo promoverent cognatos suos licet discolos et ditarent, non invenerunt Jesum inter amicos et cognatos suos sed oportet eos superius perscrutari, et prelati predestinati per legem consuetudinis et estimacionis a Jesu eis perdito desolati regressi sunt in Jerusalem per iter triduum in tradicionibus apocriphis occupati. Sed post tercium diem peracte penitencie lucescit in eis scintilla devocionis

Worldliness makes men forget how obedience is due.

Prelates falsely supposed to be fathers.

4. A: et deest. 6, 7. BC: quodipse docuit. 7. BC: ad deest. 13. A: istud deest. 14. C: notare. 14. A in marg.: Sensus moralis. 17. B in marg.: Quomodo et quid homines Jesum amittunt. 24. BC: ipse est. 30. BC: atque docens. 31. A: affectu. 32. Jesum; A: ibidem; Jesum deest. 33. A: amicos et deest.; ib. A: cognatos mundi amicos; ib. A: sed oportet deest; lacuna in cod. 36. B: animum introduccionibus. 38. A: sintilla.

Digitized by Google

et inveniunt Jesum in medio virtutum omnium quietatum. Sed adhuc sapientes mundum querunt, tamen cum moderamine, quomodo fecit eos in tanta anxietate ipsum querere, cum sibi sit facile a voluptate mundana ad beatitudinem ipsos facere transvolare, sed habentes principium durissimum a magistro optimo docentur quod, sicut Christus sic et ipsi primo et principaliter debent occupari in illis que | sunt magis placita deitati et postmodum sine tumultu cure temporalium quantum sunt necessaria debent affici, et sic ipsis purgatis a mundi erroribus et in conceptis devocionibus perseverantibus est Jesus eis subditus quousque in suam patriam, ymmo in Nazareth (que est unicio plenitudinis gracie) veniatur. Et patet ex sensu morali et facto probabili quod non omnes prelati mundo et carni ac legibus mundanis dediti sunt presciti, sed multi eorum relinquentes hec omnia sunt Maria et servantes in corde suo hanc speculativam habent Jesum in medio suarum virtutum ipsis secundum sapienciam et graciam in processu temporis prodessentem.

Fol. 149b

Some who seem worldly really possess Christ.

SERMO XI.

Nupcie facte sunt in Chana Galilee. Joh. II°, 1.

Marriage of Cana, supposed to have happened on Epiphany. John (Evangelist) probably the bridegroom.

Miraculum huius evangelii creditur esse causa tercia solempnizacionis festi Epiphanie et fuisse factum eodem die anno post baptizacionem domini revoluto; sed quomodocunque de hoc sit, creditur a magis probabili quod iste nupcie erant beati Johannis Evangeliste cum muliere nobis incognita (quam quidam fingunt fuisse Magdalene) desponsati, et sic die tercia a vocacione Philippi et Nathaneel (de qua Johannis I°) in oppido Galilee quod Chana dicitur hoc miraculum supponitur probabiliter esse factum. Et mater Jesu erat ibi tan-

1. B: invenerunt. 2. A: seculum querunt. 3. A: fecit deest. 4. A: voluntate. 6. B: dignissimum; A: et magistro. 7. A: ipsum. 9. B: divinitati; ib. A: cura. 10. A: afficius; ib. B: et deest. 11. A: inconceptus. 13. B: unccio. 17. BC: in corde suo deest. 19. A: ipsum. 20 A: prodescentem. 26. A in marg. sup. fol. 149b: Nupcie facte sunt in Cana Galilee etc. In hoc evangelio tria notantur: indissolubile vinculum in coniunccione nupciarum spiritualium: ibi *nupcie;* honorabile consorcium in congregacione convivarum nobilium: *vocatus est Jesus,* mirabile prodigium in transmutacione naturarum dissimilium: ibi *cum gustasset* etc. 29. A: de tercia.

Digitized by Google

quam ex confederacione cognacionis obligata existere in nupciis nepotis sui. Et Jesus cum discipulis suis ex familiaritate vocatus est ad illas nupcias. Ex quibus elicitur quod nupcie sunt licite et non peccata, cum non aliter summa Veritas illis nupciis a tam sancto proposito interesset. Elicitur secundo quod sicut Johannes vocatus est ad apostolatum ante carnalem copulam (ut dicit beatus Jeronymus), ita licet utrique coniugum intrare religionem vel statum sacerdocii, dum non sit aliunde obstaculum, antequam matrimonium carnali copula consummetur. Mater itaque Jesu de vino solicita, dum defecit quodammodo, conquesta est filio quem credidit per miracula statim apposuisse remedium. Sed facete ac modeste (ut in evangelio priori) per modum interrogacionis conqueritur: *Vinum,* inquit, *non habent.* Ubi patet tam logicis quam theologis quod non oportet ipsam commisisse mendacium, cum vini copiam secundum nupciarum sufficienciam tunc non habent. Sed Christus respondit matri sue extranee, quia non subtraxit ab illa naturam secundum quam faceret originaliter quecumque miracula, cum miracula sic fecit solum secundum naturam divinam a qua ipsa fuit extranea: *Nondum venit hora,* in qua pateretur secundum naturam quam ab ea assumpserat. Unde Joh. XX° et hic secundum beatum Augustinum ipsam nominat mulierem, vel (ut placet Crisostomo) sine huius repugnancia beata virgo ex pietate voluit prevenisse miraculum ante tempus debitum; nec ex hoc sequitur quod peccavit, cum solum modeste et condicionaliter voluit. Cum autem hoc fuit primum Christi miraculum debuit factum fuisse publicum et per consequens tempus ydoneum exspectatum, ideo non solum extranee sed instructive et racione preponderante dixit quod *nondum venit hora* operi huic conveniens nec sibi et matri sue fuit illud tunc pertinens. Ideo nominat ipsam tanquam mulierem extraneam, cum non ab ipsa habuit cognoscere plene tempus faciendi miracula, sed pocius oporteret expectare tempus

Lawfulness of marriage proved by Christ's presence,

Christ's reply marks that his power was not derived from his mother.

3. A: famulieritate. 5. A: et tam sancto; ib. A in marg.: 1. 6 A in marg.: 2. 14. A: tacite atque. 16. A: theoligis. 17. A: ipsam deest. 19 BC: quod non; ib. BC: contraxit naturam. 22, 23. A: Nondum enim. 25. BC: beatum deest; ib. A in marg.: Augustinus. 26. A: eius repugnancia. 28. A: debitum nichil; ib. A: sequi; ib. A: cum modeste; C: non solum. 30. C: vel publicum. 37. A: post faciendi.

24. Aug. Opp. tom. V, 291.

Digitized by Google

patencius, in quo Christus faceret dictum opus; unde mater Jesu non reputavit peticionem eius repulsam sed racionabiliter dilatam, cum Jesum perfecta fide cognoverat esse omnipotentem, omniscientem, et rectissime omnia operantem; et ideo committens totam operacionem recte operandi circumstanciam suo arbitrio, implicans suam condicionalem peticionem iam cessare *dixit ministris*: *Quodcunque dixerit vobis facite.* Et istud est securum et subtile consilium, quod utinam totus mundus non sic contempneret. Tunc enim nostri prelati et clerici, ymmo fratres peculiares huius domine non sic sophisticarent in operibus mandatis et consiliis Christi contrariis. Consequenter narratur quomodo *sex ydrie lapidee erant in loco* illarum nupciarum *posite* propter observanciam tradicionis pharisaice; laverant enim Judei sepe manus suas ac vasa propter tactum corporis satis mundi (ut patet Marc. VII°, 3, 4). Quelibet ergo istarum ydriarum aquaticarum impleta aqua propter istud officium *capiebat* de aqua *duas* | *vel tres metretas.* Fol. 149[c]

The waterpots were used to make the miracle manifest.

Est autem metreta mensura continens decem sextarios; et est sextarius secundum Isidorum XVI° Ethimologiarum mensura continens duas libras, et sic ex implecione ydriarum aqua et ex officio illorum vasorum quorum utrumque fuit patulum fuit miraculum evidencius.

Unde post conversionem aque in vinum voluit Jesus facete et racionabiliter quod architriclinus primo liquorem egregium iudicaret. Fuit autem architriclinus quasi rector synagoge, vocatus ad benedicendum et instruendum nuptos, quomodo se haberent in matrimonio secundum tradiciones seniorum. Est autem triclinium domus volte tercie in qua sunt lecti editorum, et erat locus pro carioribus ad comedendum dispositus. Architriclinus autem erat principalis in illo loco ipsius convivii. Et *ipse postquam gustavit vinum miraculose factum* excellens aliud poculum naturale dicit sponso in commendacionem fertilitatis convivii, quomodo alii mundani primo ponunt vinum melius ut serenatis sensibus iudicent

3. A: racionaliter. 10. BC: prelati ac. 13. BC: quod sex. 15. A: pharisante; lavant. 21. A: sexterus; ib. B in marg: Metreta ydriarum quantum continet; ib. A: Isiderum. 22. A: ex deest. 25. A: Jesus deest. 26. A: facite. 27. A: iudicant; ib. B in marg.: Architriclinus quid est. 30. A: triclinum. 31. B: lecti edicuorum; A: ediculorum. 33. A: ipsius deest. 34. A: factum deest. 37. BC: servatis sensibus.

21. Isidori Etymologiarum lib. XVI, cap. XXV. Ed. Venet. 1483, fol. 83[a].

Digitized by Google

liquoris fortitudinem et fiant ebrii, deinde postquam obtusum fuerit sensus iudicium, apponunt vinum deterius. In illo autem convivio fiebat ex fertilitate convivii e converso. Hoc ergo erat *inicium miraculorum* 5 que fecit dominus, et sic tam apostolos quam alios in fide ecclesie roboravit.

How the water became wine.

Circa hoc evangelium dubitatur a naturalibus et logicis quomodo aqua fieri posset vinum, cum sint corpora disparium specierum et oportet unum corrumpi 10 ad generacionem alterius. Sed supponendum est ut fides quod auctor nature in verbis istius miraculi docuit profundiorem philosophiam quam secta peripatetica attingebat; veritas quidem est quod quecunque materialis essencia potest per auctorem nature fieri qualis- 15 cumque; et sic in fundamento materiali non est specierum distinccio. Formam autem substancialem potest tam natura quam auctor nature ut sibi placet inducere et sic in locucione sequenti est duplex logica, ut Platonici considerantes profundius materialem essenciam 20 tamquam talem concedunt terram fore aquam et corpus cuiuscunque speciei posse fieri qualecumque; Aristotelici vero negantes materiam primam habere nomen vel intelleccionem substancie intelligunt quamcumque substanciam in sensu opposito, ut dicit materialem essen- 25 ciam taliter informatam; et sic negant aquam posse fieri vinum vel unum corpus posset fieri corpus alterius speciei. Cum autem in scriptura sacra secundum Augustinum sit omnis veritas, ipsa scriptura alludit sepe utrique sentencie et detegens equivocacionem que 30 plurimum stat in verbis concedit utrumque. Et profundus philosophus Johannes ex dictu spiritus sancti approbat sensum Platonicum, quia (ut refert Augustinus) invenit in libris Platonis totam sentenciam decem proposicionum theologicarum, quas Johannes in principio 35 sui evangelii inculcat: *In principio erat verbum.* Ideo non mirum si cum Platone tamquam profundiori phi-

Platonists to be rpreferred to Aistotelians.

6. BC: ecclesie deest. 7. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. 7, 8. C et a logicis. 11. A in marg.: Responsio; ib. C: verbis istis; B: istis correxit: istius. 12. BC: Quam ceca. 20. A: talem deest. 21. A in marg.: sensus philosophicus; B in marg.: Quomodo terra conceditur esse aqua. 24. BC: composito. 30. BC: utramque. 36. A: profundiore.

28. Augustini, II. De Doctrina Christiana cap. XLII. Opp. III, 1, 44; cf. Opp. II, 395, Ep. ad Vol. 32. Cf. Aug. Opp. VII, 199. 35. Joh. I, 1.

Digitized by Google

losopho teneat iste sanctus, et sic signanter et subtiliter ex instinctu spiritus sancti dicit aquam in ydriis factum vinum. Quamvis enim sit verum quod aqua sit facta vinum, sicut uxor Loth secundum corpus est facta statua salis, tamen secundum modum loquendi Aristo- 5 telis qui motum specificat a termino ad quem ut fine motus naturalis, signanter notatur miraculi huius perfeccio a termino ad quem, cum post aquam dicitur factum vinum. Faccio enim specificatur et contrahitur ad vinum tanquam terminum meliorem. Et sic quamvis 10 quelibet substancialis forma sit accidentalis materiali essencie, tamen forma accidentalis specificatur ad formam que specialiter accidit enti actu. Sed dimisso isto sensu philosophico attendendum est ad alium sensum misticum dulciorem. Nam hoc factum Christi enucleatum 15 profundius includit ut nucleum sensus misticos quos hic non sufficimus indagare, cum signat totum zelum trinitatis ad genus humanum quem Christus in incarnacione habuit, ut ipsum perficeret. Iste ergo nupcie signant mistice dispensacionem Christi factam in sua 20 incarnacione cum sancta ecclesia; et signanter dicuntur facte in Chana Galilee, quia Chana que interpretatur emulacio vel zelotipia signat zelum quem verbum Dei habuit ad sponsam suam ecclesiam; et Galilea que interpretatur rota volubilis, signat in ecclesia statum vie, 25 cum propter amorem quem habuit ad sanctam | ecclesiam fecit se cum ipsa ecclesia viatorem. Jesus autem fuit in ipsa desponsacione divinitus et mistice mater sua. Miraculum autem signat quomodo tradiciones legis veteris que servabantur in duris lapidibus et substancia 30 aquea infrigidante, et opprimente genus fidelium verse sunt *in iugum suave et onus leve* destructis legalibus; et hoc est maius miraculum quam fuit illud quo Christus aqueam substanciam fecit vinum. Nam hoc vinum specialiter calefacit, letificat et lene facit gignendo 35 bonos spiritus, ultra hoc quod facit aqua ceremoniarum condicionis opposite in veteri testamento (ut patet Act. XV). Senarius autem vasorum predicte aque est circulus annalis quo continue patres legis veteris fue-

Mystical meaning of the miracle.

Fol. 149[4]

1. C: et deest. 8. BC: cum prius. 9. B: factam vinum. 14. A in marg.: Sensus misticus. 17. A: hinc; ib. A: zelus: 18. A: quam Christus; ib. A: in deest. 19. A: proficeret. 22. A: facta. 25. B: signant. 28. A: disputacione. 35. A: spiritualiter; ib. A: gingnendo; C: gignendos. 36. BC.: quod deest; B: fecit. 37. BC: apposite. 39. C: animalis.

Digitized by Google

rant onerati. Et metrete predicte alique erant cerimonie laudabiles quas Moyses instituit et alique infames quas pharisei posterius invenerunt (ut patet Matthei XV). Architriclinus autem qui primo gustavit hoc vinum et laudavit est Christus, cum ipse sit principalis et caput tocius ecclesie. Nec obest quod ipse secundum naturam duplicem sit factor miraculi et gustator. Ipse autem vocat animam dicens sibi quomodo mundana gustacio est dulcis in principio sed in fine est *amara sicut absinthium*. Econtra est autem in istis nupciis. Ecclesia autem christiana convivatur in triclinio, quia a possessione temporalium elevatur, dicente apostolo quod *sua conversacio est in celo*, nec habuit Christus istam virtutem humanitus sed secundum naturam alciorem quam contraxerat de Maria. Sed ulterius dubitatur quomodo religiosis nostris sit licitum limphare per suas tradiciones adiectas vinum tam purum. Nec dubium (ut sepe dictum est) quod hoc sapit heresim manifestam. Nam regula quam pharisei nostri tradiderant est aqua peior et gravior quam aqua contenta in ydriis veteris testamenti, quia (ut naturales notant) una aqua reliqua est gravior hoc propter quod habundancius cum terrestri materia commiscetur. Nostre autem tradiciones plus sapiunt lucrum terrenum et spoliacionem populi quam tradiciones pharisaice antiquorum. Nec solum contentamur de sex ydriis sed profundamur secundum ampliores numeros imperfectos, ut patet de religiosis privati ordinis. Videtur ergo quod pincerne ecclesie qui propinant hanc vappam sic limphatam quin pocius aquam turbidam sic gravantem sine auctoritate Christi indubie sint blasfemi; et cum consenciens heresi sit in eadem dampnacione, videtur quod omnes privati ordines vel eorum pars plurior sit dampnabilis ex consensu. Cum enim sint sex species consensus: defendens et auctorizans, et iuvare per reprehensionem omittens, cum habeat interesse, est magis consenciens, videtur quod religiosi nostri culpabiles in hiis tribus consen-

Our Pharisees are worse than those of the old law;

3. C: que pharisei; A: preteriti invenerunt. 8. A: Gustor. 15. A in marg.: Dubium; B. in marg.: Questio. 19. A: regulant. 26. B in marg.: De apposicione tradicionum supra legem Christi. 31. A: cum deest. 35. Cf. Trialogum, pag. 307:

Consentit operans, defendens, consilium dans,
Ac auctorizans, non iuvans nec reprehendens.

10. Prov. V, 4. 13. Phil. III, 20.

Digitized by Google

sibus tamquam heretici sunt culpandi. Defendunt enim suos errores tam speculative quam practice; *speculative* in scolis et alibi contra fideles licet inaniter blaterantes; *practice* autem continuantes in sua perfidia contra legem domini et inferiores suos subditos ad conceptam maliciam exhortantes. Et quantum ad secundum gradum consensus patet quod maiores eorum venenosas tradiciones crebrius auctorizant, et inferiores omnes vel plurimi ex vecordia vel ignorancia seducti consenciunt. Et quantum ad tercium gradum consensus quo omittunt reprehendere vel iuvare, patet quod nimis generaliter consenciunt et sic summus iudex consciencie scrutans corda vel nullum vel paucos de istis religiosis fideles inveniet. Nec in isto peccato sumus nos seculares, licet exempti a tradicionibus pharisaicis, simpliciter expurgati, specialiter in hoc quod ex vecordia, amore vel timore amissionis temporalium omittimus in causa Dei veritatem ostendere et fratres nostros ab indurato crimine quo sordescit ecclesia emendare. Et sic per terrestres hereticos intra ecclesiam sic spissatos turbatur aqua doctrine ecclesie, quod doctrina evangelica que currit cum silencio est proscripta.

since they proscribe the gospel.

SERMO XII.

Cum descendisset Jesus de monte, secute sunt eum turbe multe. Matthei VIII°, 1.

Various reasons that led men to follow Christ.

In hoc evangelio narratur instructivum et doctrinale miraculum ad edificandum ecclesiam. Hec autem potestativa doctrina confirmata miraculis est evidencior populo quam foret demonstracio doctrinalis geometrica. Sequebantur autem Christum populi propter causas multiplices, ut hii ex devocione germinata ex eius conversacione sancta, hii ut edificentur ex eius doctrina, hii propter curiositatem audiendi nova et videndi miracula, pharisei | ut insidientur imponentes verbis et factis Fol. 150a

3. A: qua fideles; ib. A: blacterantes; BC: platernantes; ib. B in marg.: non est latyna. 4. A: presidia. 10. BC: consensus deest. 14. BC: seculares deest. 17. B: timore: correxit timoris. 29. BC: geometrica deest. 30. A: populi deest; ib. B in marg.: Diversi diversis ex causis Christum sequebantur. 31. B: geminata. 32. BC: hii — doctrina deest. 33. BC: videndum. 34. A: et imponentes.

25. Cf. Wyclif's Sermons ed. Arnold. I, 89—92.

Digitized by Google

Christi calumpniam, infirmi ut curentur, et quidam plebei ut corporaliter pascantur per Christum supplentem suam penuriam. Exempla autem omnium istorum quinque in processu evangelii satis patent. *Et ecce leprosus* 5 confessus est humiliter Christi potenciam infinitam. Sed de sua dignitate dubitans et sciens Christum solum illi quem dignificat carismata sua tribuere: *Domine,* inquit, *si vis, potes me mundare.* Et confessio talis est disposicio necessaria in superbis qui intelliguntur com- 10 muniter in leprosis. *Et extendens Jesus manum tetigit eum, dicens* quod potestati sue infinite non potest in capacibus deesse volucio. *Sis,* inquit, *mundatus;* ubi notantur tria ecclesie: primo misericors omnivolencia Salvatoris: *Volo,* inquit, *ut misericorditer expurgeris.* Et 15 efficax execucio sue potencie volitive, quando imperando leproso loquitur: *Sis mundatus.*

Lessons from Christ's treatment of the leper.

His will to save.

Nec est putandum quod extendendo manum leprosum tetigit sine causa. Nam tactus manus Christi signat quod eius humanitas fuit organum sue divinitatis in 20 faciendis miraculis, et non principale agens. Notat eciam hic tactus Christi quod non est ex lege prohibitum tangere leprosum illi qui ex tactu non incurreret infeccionem, sed tribueret illi qui tangitur sanitatem. Sic enim Helias et Eliseus tangunt mortuum quem suscitant 25 III° Reg. XVII et IV° Reg. IV°. Et sic manus Christi extencio est ab eterna sua voluntate prompta et misericors in facto complecio, hoc est, precepit latum mandatum Dei, et sic edocemur per manus extencionem prius in nobis facere secundum latum mandatum Dei, secundo 30 in factis singulis recte velle, et tercio excludendo ocium voluntatis facto implere volitum. Christus enim precipit mundato *nulli dicere;* quod potest multipliciter sane intelligi: primo quod nemini dicat ante complecionem legis Levit. XIV; secundo ut prelati et facientes que- 35 cunque bona doceantur fugere inanem gloriam et adulacionis oleum de hiis quibus benefaciunt. Tercia autem via dicit quod precepcio negativa intelligit quod non

Why he touched the leper.

1, 2. A: quidem plebei corporaliter. 3. A: omni istorum. 5. C: professus; ib. A: penam infinitam. 8. A: communio talis. 11. C: potencie sue. 12. B: volicio. 15. A: volutive. 19. A: humanitus; ib. BC: sue deest; BC: deitatis; ib. B in marg.: Tactus manuum Christi quid signat. 21. BC: in tactus; ib. A: legi prohibitum. 22. BC. incurret; B: incurreret; correxit: incurret. 27. BC: hoc enim latum mandatum Dei, edocemur. 31. BC: Christus autem. 35. B in marg.: Non revelare beneficia Christi quomodo intelligitur. 34. A: secundo ut dicit.

Digitized by Google

dicat miraculum faciendo scandalum alicui nec pompando in se ipso nec dando exemplum male concipiendi de Domino.

The law was not yet abrogated.

Sed quia nondum cessarunt legalia, ideo precipit Christus ut *ostendat se sacerdotibus offerendo munus quod Moyses dari preceperat* leprosis Levitici XIV. Et notant multi quod licet peccata subditorum eciam ante confessionem crebrius sint deleta, tamen peccator debet humiliter presbitero penitere, vel (ut notetur pertinencius) peccator debet post peccati delecionem presbiterum saniorem consulere et medicinam conservativam ne recidivet accipere. Tunc enim ostendit se sacerdoti et toti populo, quando efficaciter indicat vitam sanctam, vel activam notatam per duos pullos columbarum vel contemplativam plus unite notatam per par turturum; nec pausat Christus benefaciendo Judeis, sed figurando ecclesiam futuram in gentibus benefacit cum hoc gentilibus, ut patet de isto centurione fideli. *Centurio* autem iste gentilis positus per Romanos ad custodiendum Capharnaum, que fuit metropolis Galilee, rogavit Jesum primo per Judeos sui generis (ut patet Luc. VII°, 3). Et cum per internuncios didicisset Christum velle venire, rogavit eum in via in persona propria reverenter, et (ut quidam dicunt) hoc fecit ex devocione et humilitate, quia noluit vexare Dominum. Ideo prohibuit eum intrare domum suam, cum scivit Judeos abhominari communicare cum gentibus intrando domos eorum vel comedendo. Et isti sensui de humilitate militis gentilis videtur textum alludere.

Shewing to the priest typifies confession.

Jesus autem cognoscens fidem centurionis de sua divinitate non doluit de eius perfidia sicut de defectu fidei *reguli* Johannis IV°, 46 *rogantis eum descendere,* prius quam suus filius moriatur sed familiariter ut fideli locutus est quod veniret ad servum eius paraliticum et curaret; quod sepe fit ad sensum misticum, quando inferiores gentiles qui in fide fluctuant ut paralitici ex visitacione Domini sunt curati. Sed centurio credens

6. A: pro leprosis; ib. B in marg.: De confessione presbytero facienda. 9. B: patensius. 11. C: seniorem. 12. A: toto. 16. C: pensat; ib. B: signando ecclesiam. 23. A: cum in via; B: in via persona. 24. B: hic fecit. 26. A: Iudeas; C: abominare. 31. BC: deitate; ib. A: sicut defectu; ib. A in marg. sup. fol. 150ª: *Puer meus iacet in domo paraliticus.* Matthei VIII. Hic notantur quatuor: Puer placens sibi in stulticia, ibi *puer*; piger iacens in sua pigricia, ibi *iacet;* error latens in consciencia, ibi *in domo*; languor parens vel patens cum impotencia, ibi *paraliticus.* 33. A: famuliariter. 34. A: quod velleret. 35, 36. A: quando in flores.

Digitized by Google

Christi divinitatem et cognoscens suam inferioritatem confitetur *se esse indignum ut Christus intret suum tugurium. Sed* satis est si placeat immensitati sue mesericordie quod (quantumcunque distiterit corporaliter) 5 *dicat verbo et puer* ad eius imperium statim *sanabitur;* quod deducit per locum a maiori. Nam ipse centurio constitutus sub presidis et cesaris potestate mandat Fol. servis quantumcunque | disparitер voluntatem suam per- 150b ficere et statim faciunt. Igitur multo magis imperator 10 tocius universitatis create ubique presens secundum deitatem potest cuicunque creature sue precipere et parebit. Nam infinitum distant istum centurionem sub potestate humana secundum seculares leges constitui et Deum secundum excellenciam nature sue et infinite potencie 15 toti seculo imperare. Audiens autem Jesus confessionem tante fidei gentilis militis miratus est et suis sequentibus dixit *se non tantam fidem in Israel invenisse.*

Objection: Christ could not marvel, since he knew beforehand.

Contra que verba instant inscii, primo per hoc quod miracio novi non cadit nisi super prius incognito. 20 Cum ergo eternaliter cognovit omnia quomodo est miratus?

Answer: There are different kinds of wondering as of knowledge.

Sed solucio huius est quod, sicut in Christo sunt quinque noticie, sic sunt multe maneries admirandi; sicut ergo profecit experimentali noticia, sic secundum 25 illam noticiam de taliter prius incognito est miratus. Sed secundo arguunt quod Jesus in hac extasi dixit falsum, cum illam eandem fidem invenit in Israel et maiorem fidem in matre sua ac eius discipulis.

How Christ had not found so great faith in Israel.

Sed hic dicitur quod per Israel intelligitur genus 30 Jacob et non locus quem ipsum genus inhabitat. Et per invencionem intelligitur scrutinium Christo humanitus et non ipsum quod prius scrutatus est divinitus, et ut pertinenter oportet intelligi, non invenit humanitus tantam fidem in toto genere Jacob. In 35 beata autem virgine et in suis apostolis quos prius elegit et illustravit divinitus novit divinitus fidem maiorem sed non invenit humanitus; vel aliter potest intelligi quod iste centurio gerit typum tocius ecclesie

3. A: tegurium. 7. A: presedis. 8. A: servus. 9. A: statum; ib. BC: Ergo. 13. B: constituti. 14. A: potestate. 18. A in marg.: 1; C: hoc deest; B: hoc in marg. addit. 19. BC: novi deest. 20. B in marg.: Christum mirari quomodo intelligitur. 22. A: consolucio; A in marg.: Responsio. 26. A in marg.: 2; A: ex tali dixit. 29. A in marg.: Responsio; A: hinc; B: sicut dicitur. B in marg: Nota, inveni tantam fidem in Israel quomodo intelligitur. 31. A: intelligit scuritium. 37. B: Secundo in marg.

Digitized by Google

gencium et per quantitatem fidei intelligitur multitudo eorum que multum excedit numerum Judeorum. Ideo pertinenter dicit Jesus quod ab omni posicionis differencia extra Judeam de gentibus convertentur et *requiescent cum patriarchis legis veteris* in ecclesia triumphante: *Filii autem* generis Christi scilicet *gentis Judaice* propter peccatum gravius et maiorem ingratitudinem *eicientur in tenebras exteriores* que sunt carencia celestis luminis in inferno. Ille autem sunt tenebre exteriores propter causas multiplices: primo propter tenebras peccatorum que sunt carencia luminis gracie; que cum insunt anime sunt tenebre interiores, secundo quia tenebrati in inferno sunt extra omnem spem redempcionis vel gracie, et per consequens sue tenebre sunt exteriores magis quam tenebre viatorum. Locus tamen inferni est quoad mundum infimus. Ideo tenebre inferni dicuntur exteriores secundum aliam racionem; ibi erit dolor perpetuus ex pena essenciali et accidentali. Pena autem accidentalis per fletum exprimitur, non quod erit resolucio continua corporalium lacrimarum a cerebro, quia, cum dampnati non bibent ibidem nec habebunt novam materiam ministratam sed ignem excessivum continuum, cessarent tales lacrime infra breve. Sed notato toto dolore tam intrinseco quam extrinseco facto impleto corporeo, ut est cerebri ac oculorum perturbacio ac meror, animi suspenso fluxu lacrimarum corporeo, oportet priorem partem que plene in dolorem sonuerit per fletum intelligi. Et cum ille dolor innovatur (ut placet aliquibus), signanter per illum pena accidentalis exprimitur. Stridor autem dencium propter proprietatem oppositam penam essencialem signat, cum stridor sit sine motu solidi membri compressio. Impossibile est enim, ut ait Augustinus tercio De Libero Arbitrio XXIV, quod quis peccet in Deum criminaliter, nisi de tanto sit sibi deaccepcior. Et sic illud peccatum perpetuum volucioni Dei eterne

What outer darkness is.

Pains of hell accidental, i. e. weeping,

and essencial i. e. gnashing of teeth.

9. A: celestiis. 11. B in marg. 1. 12. A: anime — tenebrati deest. 15. B in marg.: 2; A: magis deest. 16. Codd.: intimus. 16, 17. C: tenebre exteriores. 19. A: perfectum exprimitur. 20. A: resolucio consciencia. 21. B in marg.: Quare tenebre exteriores dampnacio dicitur et que sunt pene dampnatorum. 26. A: suppenso; B in marg.: Fletus dampnatorum qualis erit. 28. BC: que pure; C: dolore. 32. B: cum stridore sic. 33. B: oppressio; B in marg.: Stridor dencium in inferno; ib. BC: enim deest; A in marg.: Augustinus. 34. B: et XXIV. 36. A: idem; C: volicioni.

5. Matthaei VIII, 11: *recumbent cum Abraham et Israel et Jacob.* 29. Aug. Opp. tom. I, p. 639.

Digitized by Google

oppositum signanter vocatur stridor dencium; et finaliter dixit Jesus illi fideli militi quod correspondenter ad fidem suam debet miraculose sibi fieri; quod est factum.

5 Circa hoc evangelium dubitatur quomodo iste centurio figurat gentes, cum pari evidencia posset scriptura moralizari ad sensus contrarios; ymmo si sensus moralis scripture sit sensu litterali speciosior, videtur quod sit magis autenticus et in argumentis 10 plus fidem faciens; quod confunderet et scrutinium veritatis et contradiceret sanctis doctoribus.

How far it is allowed to 'moralize' Scripture.

Hic dicitur quod moralizacio scripture debet capi cum moderamine et non presumi nisi dum secure posset elici ex alia scriptura vel eadem. Et sic concedi 15 debet quod videlicet in argumentis est preciosius in hortacionibus quam sensus alius literalis quem sagaciter moralizat. Sensus tamen aliquis | litteralis est dulcissimus, sapientissimus et tanquam preciosissimus amplectendus; cum autem Deus sit omnipotens, omni- 20 sciens et cuncta futura ordinans, patet quod quamcunque veritatem moralem vel aliam quis elicuerit ex scriptura, Spiritus Sanctus scripture sue ordinat istum sensum, et sic non directe vel per se est sensus moralis autenticus quanto talis, quia tunc omnis sensus 25 moralis foret autenticus et cuiuslibet doctoris moralizacio eque autentica ut scriptura. Cum ergo Spiritus Sanctus ultra philosophos onerat legem suam multiformi sentencia, patet quod quamcunque veram sentenciam quis ex fide scripture sciret elicere, hec est indubie 30 sensus eius. Cui ergo veritati obesset quod dictus centurio quem Dominus sic commendat ecclesiam gencium figuraret, cum quilibet figurat quodlibet sive signat?

Fol. 150a

The literal sense is the best.

Et patet quod scriptura non debet moralizari ad 35 sensus contrarios sed sensus satis dispares et veros. Et quomodo sensus moralis fidem faciet, patet ex dictis. Hoc enim facit virtute scripture alterius in qua moralizata sentencia est fundanda, et sic intelligi potest

5. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. 6, 7. A: scripture posset. 8. BC: preciosior. 10. BC: et deest. 12. A in marg.: Responsio; B in marg.: Solucio. Unde capi debet scripture moralizacio. 15. C: pretensius. 22. B in marg.: Omnis veritas scripture a Spiritu Sancto est. 23. A: non deest. 24. BC: quanto — autenticus deest. 26. A: in scriptura. 29. A: scire elicere, hoc. 31. A: que Dominus. 32. A: figurat quilibet. 33. B: significat. 35. A: dispersos.

Digitized by Google

All truth is in Scripture.

Augustinus, dicens quod *in fertilitate scripture quelibet veritas est inclusa.* Nam in illo Luc. XXI, 25: *Erunt signa in sole et luna* intelligitur quidquid veritatis quadripartitum Ptolomei vel alia astronomia intelligit (ut innuitur Sermone II°). Et ultra ad hoc potest intelligi cursus et status ecclesie usque ad diem iudicii, ita quod per solem et lunam intelligantur papa et imperator, ut ipse papa intelligit; et per stellas intelligantur prelati et alii brachii utriusque. In ipsis autem sunt signa falsitatis et perfidie, cum desunt a debito implendi voluntatem sui domini Jesu Christi, ut hii in persona sua implendo quod ipse iusserit, et hii per potestatem terrenam defendendo legem Domini ad quod potestatem ipse dederat.

Et hec indubie est causa ruine et defectus multiplicis in ecclesia subditorum; quod fides scripture notat, cum expressit hoc triplex signum celeste, sic adiungit *et in terris pressura gencium.* Nam per defectum regiminis mare huius seculi, hoc est, vulgaris communitas confuse clamat. Et deficiente humore caritatis et gracie arescunt homines atque timent, quia secundum fidem expectant de regnante peccato durum iudicium; verumtamen propter hanc iustam severitatem non debet iustorum vultus decidere. Sed debent ut in primo adventu caput suum gaudenter erigere, quoniam appropinquat eorum redempcio. Et Psalmo LVII°, 11 scribitur: *Letabitur iustus, cum viderit vindictam.*

The knowledge given to us is mingled with ignorance,

Unde triplex notatur a sanctis ignorancia commixta cum noticia fidei, ut de finali iudicio ex fide clare cognoscimus quod oportet ipsum in suo tempore advenire. Cum humilis adventus Christi et eius conversacio foret irracionabilis nisi in finali adventu poneret racionem cum servis, ostendendo mundo quomodo tam fideles quam proditores in meditullio temporis, quo profectus est statim in celum secundum libram iustis-

1. A in marg.: Augustinus. 4. A: Tolomei; B in marg.: *Erunt signa in sole* quomodo intelligitur. ib. C: alia deest; A: alternomia. 6. A: ad deest. 8. A: et deest. 9. B: prelati alii utriusque brachii; C: utriusque brachii alii. 11. A: implendo. 12. BC: inserit. 15. A: cause. 18. BC: pro defectu. 21. B: quod. 21, 22. A: expectantis. 24. A: ut deest. 25. A: gaudenter deest. 26. A: Numerus Psalmi deest. 27. A in marg.: triplex ignorancia cum noticia fidei 1; B in marg.: Ignorancia Triplex eorum que scimus ex scriptura. 29. A: hoc ex fide. 31. A: ac eius adversacio; B: ac et in cod. 33. A: quod tam. 34. A: medutillio. 35. A: perfectus est.

1. Cf. Trialogum pag. 240; Aug. Opp. IX, 98. 7. Cf. Extravag. Comm. lib. I, tit. VIII, cap. I *Unam sanctam.*

Digitized by Google

simam premiabit, et sic ex fide sumus certissimi quod tempore suo est dies iudicii; sed quando et quam distanter ab hoc instanti oportet nos secundum doctrinam evangelii ignorare (ut patet Matth. XXIV° et in sermone V° in fine). Unde stulti et curiosi qui circa hoc se vane sollicitant sunt racionabiliter increpandi. In cuius signum Deus cecavit eorum noticiam, ut patet de abbate Joachim et aliis qui circa istam materiam inaniter intromittunt. Salubris enim est hec nesciencia commixta cum hac fidei noticia, ut fideles instancius vigilarent.

as concerning 1. the last judgment;

Secunda fides commixta cum hac nesciencia est de morte, ut quilibet homo debet esse certus quod pro suo tempore morietur, sed qua hora et quam distanter ab hoc instanti debet esse sibi incognitum; cuius causa est priori consimilis, et ideo in vulgo dicitur quod nihil est cercius nec quicquam incercius morte nostra; nam certi sumus de ista confusa noticia quod pro nostro tempore moriemur et incerti de ista distincta noticia quod adequato tempore moriemur. Nec sunt audiendi infames heretici quod non tempus et quecunque durans substancia distinguitur aut quod non est distinccio inter confusam noticiam et distinctam vel quod mors non distinguetur ab homine morituro. Tales enim infames et stulti impediunt catholicos scripture conformiter veritatem fidei declarare.

2. our own death;

Tercium in quo oportet hanc fidei noticiam et nescienciam commisceri est spes de nostra beatitudine, nam nemo nostrum scit modo utrum beatificabitur vel dampnabitur, sicut nescit de sua finali perseverancia si manebit. | Ex fide tamen noscit certissime quod si usque ad finem manebit in fide formata caritate salvabitur, et talis condicio in viatore cui non fit revelacio implicatur, ut quilibet debet sperare suam beatitudinem, sed non scire vel credere; debet tamen habere spem commixtam fidei, ut quod si manet in finali predicta perseverancia salvus erit.

Fol. 150d

3. our hope of bliss.

6. A: inane; A: culpandi. 7. C: cecat. 10. C: hec. AB in marg.: 2. 15. A: sibi deest. 16. A: priori consiliis; C: similis; BC: ideo deest. 18. A: quod uno. 21. A: insanes. 22. A: dura; BC: distinguuntur. 24. A: mortuo. A: insanes stulticie. 27. AB in marg.: 3; BC: Tercia in quo. 31. A: Et ex fide. 32. A: manet; BC: in finem. 33. AB: non sit.

8. De Joachimo, abbate de Curatio in Calabria, ord. Cist. fundat. monast. Florensis, cf. Fabricii Biblioth. Lat. med. et infimae aetatis IV, p. 328.

Digitized by Google

Et debet reputare atque proponere quod ita faciet, et sic spes resultat ex duobus actibus adeo variatis; et patet in parte quomodo hii duo habitus theologici distinguuntur. Non enim sequitur: spes Petri est quod ipse salvabitur, ergo fides, quia sic presciti haberent fidem falsissimam. Habent autem omnes tales spem horalem cum desperacione permixtam, cum oportet eos finaliter desperare. Et patet quod sicut non sequitur: Petrus sperat eventum talem, ergo fide credit, sic econtra non sequitur: Petrus fide credit eventum huiusmodi, ergo sperat. Spes enim non est nisi de bonis futuris, sed fides tam de bonis quam de malis presentibus, preteritis et futuris, et sic actus fidei et spei sunt disparis speciei; et sic humilis theologus non erubescit concedere quod idem sit simul scitum ab ipso et ignoratum, dubium vel nescitum, sed secundum gradum disparem noticie vel disparem racionem.

Distinction between faith and hope.

SERMO XIII.

Ascendente Jesu in naviculam secuti sunt eum discipuli eius. Matthei VIII°, 23.

In isto evangelio docetur ecclesia salubriter et compendiose quomodo Deo debeat ministrare. Causa autem quare Christus sic ascendit in naviculam multiplex assignatur. Primo ut discipuli sui capta opportunitate interponendi corpoream quietem pacifice recreentur (ut patet Marc. VI°). Secundo ut doceat nos apte orare, utendo quiete debita et vacare oracioni et devocioni, ut sic hauriamus doctrinam, quam post populo effundamus; unde Luce VI°, 12 dicitur quod *Jesus erat pernoctans in oracione.* Et tercio docetur ecclesia fugere applausus populi, sicut et Christus fecit (Johannis VI). Nec sine racione Christo dormiente factus est motus maris insolitus, sed totum hoc est divinitus ordinatum, ut discipuli connavigantes

Why Christ went up into a ship.

1. B: reputari; C: preponere. 2. A: resistat. 5. B in marg. (black ink): Non sequitur: spes Petri est quod salvabitur, ergo fides. 7. BC: permixta. 8. B in marg.: Cave. 9. A: talem deest. 11. A: Sperans est. 12. A: quam malis. 13. C: futuris sic. 17. racionem etc. in codd. 22. A: quem debeat. 23. B in marg.: In naviculam quare Christus ascendit causa multiplex. 24. A: assignantur. ib. A in marg.: 1. 25. A: imponendi. 26. A in marg.: 2. ib. A: in marg. sup. fol. 150d: *Ascendente Jesu in naviculam* et cet. Tipus dominice passionis, ibi *ascendit Jesus,* ordo debite subieccionis, ibi *secuti sunt eum,* opus utilis ministracionis monstratur, ibi *discipuli eius.* 27. BC: et sic. 30. A in marg.: 3. 32. A: Nichil sine.

19. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 92.

Digitized by Google

confirmentur in fide divinitatis Christi ex viso miraculo, et ex dormicione sua vera et non ficta humanitas ostendatur, et tercio ut doceat nos ipsum rogare in tempore necessitatis ac quod ob defectum fidei solum-
5 modo formidamus. Illa enim est precisa causa quare Dominus dormit nobis. Ideo discipulis suscitantibus Jesum atque dicentibus: *Domine salva nos, perimus,* signanter adicit: *Quid timidi estis modice fidei?*

Tempest was divinely ordained to strengthen the apostles' faith.

Erant autem quidam eorum fidei modice, credendo
10 pure eius humanitatem vel nimis remisse eius divinitatem. Nam si perfecte crederent ipsum esse Deum, novissent eum eque posse fecisse miracula dormiendo sicut vigilando, cum non sensualitate sed divinitate que non potest sopiri fecit miracula. Et patet responsio
15 ad illam questionem Psalm. XLIII°, 23: *Exsurge, quare obdormis, Domine.* Deus enim non dormit hominibus nisi propter defectum fidei quoad ipsum. Sed sicut virgam vigilantem continue erigit suis fidelibus castigandis, sic manus adiutrices vigilanter dirigit in
20 ipsum credentibus.

Defect of faith caused their fear,

Et patet quod apostoli non debuerunt timere in Christi presencia, cum debent scire nullam creaturam posse contra eius beneplacitum simpliciter, nec ipsum posse deficere in se sperantibus, et videbit in meditate,
25 patet quod impossibile est quemquam peccare nisi defectus fidei vel eius modicitas sit in causa. Nam si quis peccaverit, vel fides in ipso deficit vel vacillat, quia impossibile est quemquam peccare nisi bonum sibi intenderit, sed impossibile est quod ut sic bonum
30 sibi eveniat, ergo in quantum peccat in fide deficit.

as it causes all sin.

Similiter, in quantum quis peccat, deformat voluntatem suam voluntati divine, et in quantum peccat apparet sibi voluntatem suam voluntati divine conformari, cum impossibile sit homini quicquam facere
35 nisi appareat sibi bonum, ergo in quantum quis peccat credit implicite quod est omnino in fide deficere.

Similiter, nemo faceret opus aliquid propter quod foret racionabiliter a Deo culpabilis, nisi in fide deficeret;

2. B in marg.: Christus quare dormivit. 5. C: sompno formidamus. 9. BC: autem deest. 10. C: minus remisse. 12. A: mirabilia. 15. A: conclusionem. Psalm. sequitur lacuna. B in marg.: Deus quomodo dormire dicitur. 24. BC: et videbit in meditate deest; ib. codd. in meditat; modicitatem? ib. B in marg.: Nemo peccat nisi de quanto in fide deficit vel vacillat. 26. A in marg.: Nota tres raciones. 28. A: quicquam; A in marg.: 1. 30. A in marg.: 2. 31. B: diformat. 33. A: voluntati domini. 37. A in marg.: 3. BC: sicut nemo; ib. A: aliquid.

Digitized by Google

sed sic facit quilibet peccans, ergo quilibet peccans in fide deficit. Et hinc Jesus Christus tam crebro reprobat defectum fidei. Nam Matthei XIV°, 31 dicit Petro: *Modice fidei quare dubitasti?* Et Matthei XVII, 19 dicit Jesus discipulis quod *propter incredulitatem suam non potuerunt demonium illud eicere. Si,* inquit, *habueritis fidem ut granum synapis, dicetis monti huic transi hinc, et transibit, et nichil impossibile erit vobis.* Et Marci IX°, 22: *Si credis, omnia possibilia sunt credenti.* Et patet quam stulte | quidam obiciunt quod iuxta hoc temptarent Deum et nichil aufugerent, cum ex plenitudine fidei salvarentur. Nam homines ut sic fantasiant peccant, et per consequens in fide deficiunt. Ideo rogarent Dominum cum apostolis Luce XVII°, 5 quod *adaugeat illis fidem.* Nam quicunque sine auctorizacione Dei quidquam presumpserit, primo in fide deficit, ideo non mirum si deficiat in opere consequenti. Faciat ergo homo beneplacito Dei in toto conformiter et non vagabitur circa temptaciones inutiles, sed quidquid a Deo poposcerit obtinebit. Si enim cum istis paribus a petito deficeret, vel ipse a dignitate vel Deus in potestate deficeret. Si primum detur, cum non potest indignificari nisi propter peccatum, patet quod primum deficeret. Si secundum detur, imponitur Deo blasphemia, scilicet quod omnipotens deficit in potestate. Et iuxta hanc fidem precipit Christus apostolis indubie non irracionabiliter Matthei VI°, 25: *Ne,* inquit, *solliciti sitis anime vestre quid manducetis neque corpori vestro quid induamini?* Et sequitur: *Nolite solliciti esse in crastinum, crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi.* Et patet quod fratres peccando in monstruositate suorum conventuum ut sic peccant ac in fide vacillant quoad regulam primitivam. Et patet quod habens fidem sufficientem more Christi vel innocencium viveret, vel instar apostolorum post missionem Spiritus Sancti. Et ita sicut in fide non deficeret, ita nec in peticione quam ex instinctu spiritus postularet; et patet quomodo defectus

We are not to tempt God.

Who prays truly in faith will obtain what he asks.

Fol. 151a

2. A: hic Jesus; BC: Jesus deest. 6. A: nunc demonium. 8. B in marg.: Efficacia fidei quanta facit. 9. A in marg.: Obleccio. 11. BC: dominum et. 17. B in marg.: Ad impetrandum postulata quid debet homo facere. 20. C: poscerit. ib. A: peribis appetito. 30. C: enim deest:. 32. A: et sic peccavit. 36. B: deficere; ib. A: quam eciam. 37. BC: patet quod.

20. Hebr. XI, 1: *Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.*

Digitized by Google

peticionis implete originatur primo ex defectu vel modicitate fidei in petente. Scutum autem fidei nunc extenuatur, nunc perforatur, et nunc ex defectu caritatis indebite applicatur, unde expergefacta fide in Christi 5 apostolis imperavit vento et mari, et facta est tranquilitas magna; proporcionaliter autem credendum est fieri in succedentibus membris suis; porro homines mundani mirabuntur in christianis hanc fidem habentibus, in hoc quod venti verbalium impugnacionum et 10 mare illatarum tribulacionum eis obedient. Ex istis patet quod infidelitas sacerdotum Christi est causa, quare non instant importune, constanter atque intrepide in defensione meritoria cause sue. *Fides* enim *est fundamentum vel substancia cuicunque alii virtuti morali,* 15 ut dicit apostolus ad Hebreos XI°. Nec orabit quis debite nisi fidem habuerit sic formatam. Ideo Jacobi I°, 6 precipitur quod *homo postulet in fide nichil hesitans;* qui autem postulat irracionabile voluntati divine difformiter, *similis est fluctui maris qui a vento movetur,* 20 quia vivens et operans in omnibus suis agilibus inconstanter.

Faith gives courage.

Circa istum sermonem et novem sequentes (ut mandatus sum a quodam devoto layco) propono compendiose dicere sentenciam mandatorum; sicut enim vir- 25 tutes theologice et alie virtutes morales singule connectuntur, sic secundum testimonium beati Jacobi est de denario mandatorum: *Qui offendit,* inquit, *in uno factus est omnium reus.* Ex quo patet quod mandatorum materia se extendit ad omnia que ab aliquo christiano 30 racionaliter sunt agenda, quia Psalmo CXVIII, 36 Deo dicitur: *latum mandatum tuum nimis.* Constat autem duas esse tabulas mandatorum quarum prima tria mandata continens docet quomodo Deus pre omnibus est amandus. Et secunda septem continens docet quomodo 35 proximus effectualiter est amandus. Primum ergo mandatum prime tabule mandat Exodi XX, 3—6: *Non,*

This and next nine sermons to be devoted to the commandments.

2. B in marg.: Scutum fidei nunc attenuatur, nunc perforatur, nunc indebite applicatur. 4. A: experlecta fide vix; in Christi deest. 7. A: membris pro homines. 9, 10. A: et maius 11. A: et causa. 18. A: irracionale; B: irracionale extinct. ib. B: non voluntati. 20. A: motibus suis. 22. B in marg.: Questio. 23. BC: sum deest. 25. B in marg.: Quomodo multa sunt connexa sicut virtutes. 30. BC: racionaliter deest. 31. B: de eo dicitur; A: dicitur Deo. 35, 36. A: in marg.: Primum mandatum (B: Dei).

2. Comp. Tract of Faith, Hope and Charity; Engl. Works of Wyclif ed. by Matthew p. 348. 26. Ep. Jacob. II, 10.

Digitized by Google

First commandment,

inquit, *habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem que est in celo desuper, et que in terra deorsum, nec eorum que sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea neque coles; ego enim sum Dominus Deus tuus, fortis ȝelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in terciam et quartam generacionem eorum qui oderunt me, et faciens misericordiam in millia hiis qui diligunt me et custodiunt precepta mea.* Ubi patet ex alibi diffuse expositis quod oportet omnem salvandum servare ordinate et principaliter hoc mandatum; ipsum enim correspondet quodammodo Deo patri. Contra hoc mandatum faciunt multi stolide adorantes ymagines ac ostiam consecratam; ymmo breviter in prevaricacione huius precepti irreciuntur singuli criminosi. Pro quo supponendum est quod omne quod homo supra singula alia in affeccione preponderat, constituit Deum suum; patet ex modo loquendi scripture et racione Dei, verumptamen creature vel vanitates sic ab homine constitute | sunt dii, reputative dii alieni atque falsissimi, ideo signanter vocat lex Exodi XX° ipsos *deos alienos et fabricam sculptilem* quam ydola~~tra~~ facit sibi.

broken by those who adore images or the host.

What man most loves he makes his God.

Fol. 151b

Et patet quod sicut sunt tria genera peccatorum secundum triplicitatem generis spirituum hostium, scilicet mundi, carnis atque diaboli, sic sunt tres maneries peccatorum solvencium hoc mandatum. Nam maculatus peccato mundi, cum sit avarus secundum apostolum Eph. V°, 5 est ydolatra. *Omnis*, inquit, *avarus quod est ydolorum servitus non habebit hereditatem in regno Christi et Dei.* Vocat enim apostolus avarum more philosophorum et sapiencium qui scripturam collegerant formaliter abstractive, illud quo homo formaliter fit avarus, et ipsa avaricia secundum descripcionem predictam est ydolorum servitus, cum omnis talis preponderat temporalia supra Deum. Secunda maneries infringencium hoc mandatum sunt carnales qui ex suis concupiscenciis convincuntur. Et de illis loquitur apostolus ad Philippenses III°, 18: *Multi*, inquit, *ambulant quos sepe dicebam vobis (nunc autem et flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est.* Gulosi namque et luxuriosi prepon-

1. Thus covetousness is idolatry;

2. and gluttons have their belly for God.

12. B in marg.: Qui sunt transgressores decalogi et presertim primi mandati 13. C: et ostium. 19. A: constituente. 21. BC: XX deest. 24. C: sensibilium hostium. 25. C: et diaboli. 28. A in marg.: 1. 34. A: sua Deum cum. 35. A in marg.: 2; B in marg.: Secundo gulosi et luxuriosi. 38. A: sepe deest.

Digitized by Google

derant in affeccione sua desiderium ventris sui. Tercium genus ydolatrarum solvencium hoc mandatum sunt illi qui superbia et peccato diabolico maculantur. Et ista maneries est rethe diaboli plus subtile.

3. The proud are idolaters.

5 Et sunt omnes illi qui mundanam gloriam vel honores proprios gloria celesti vel honore Domini plus affectant, aut colunt plus homines mundo potentes quam mandata decalogi. Et isto peccato sunt omnes superbi ut Lucifer, primi parentes et alii eis similes maculati. Unde diabolus, 10 temptando Christum Matthei IV°, 9 adiciens temptacionem subtilissimam quam maxime affectavit, tercio optavit *se ipsum adorari* a Christo sub optentu terreni dominii. Et in isto peccato maculantur omnes qui mundum sapiunt vel sunt aliquo genere criminis irretiti.

Of images and their adoration.

15 Quantum ad ymagines, patet quod sapiunt ydolatriam, si non adoracione vicaria sed adoracione Dei ydemptica adorantur. Quod cum sepe contingit in laicis, patet quod securum foret, ut in lege veteri, quod omnes tales ymagines sint delete. Debent enim christiani 20 minus Judeis signis attendere et in Christo qui sursum est voluntatem suam suspendere. Sicut enim nostri dicunt quod non adorant ymagines nisi adoracione vicaria sanctum cuius est ymago principaliter adoranda, sic dixerunt gentiles ydolatre sua ydola adorantes. 25 Cum itaque affeccio hominis sit vaga et parvo vento diaboli ducibilis in errorem, videtur securum esse subduci tales ymagines propter periculum primum mandatum decalogi dissolvendi. Laici enim appropriate adorant suas ymagines quibus singulariter sunt affecti 30 et plus cecantur in aliis quam quod tales ymagines sint naturaliter talis sanctus. Ideo cum nec Christus nec apostoli nec scriptura eorum tales ymagines coluerunt, videtur multis quod sit temeraria presumpcio, sapiens tam in curatis quam in artificibus avariciam, 35 quod sit tam variarum ymaginum copia introducta.

It would be safer to destroy them, as under the old law.

1. A: sua deest. 3. A in marg.: 3; B in marg.: Tercio superbi. 10. B: adiciendo. 11. B: affectant. 14. BC: mundum deest. 17. AB in marg.: Nota pro (B: de) imaginibus; B: Ymagines utrum sunt adorande. 21. A in marg.: Nota. 23. sanctum; C in marg.: scilicet eum; ib. A: in principio adorando. 26, 27. A: seduci. 30, 31. A: imagines sint deest. 32. A in marg.: Conclusio.

21. Cf. Wyclif; De Mandatis CXV (M.S.): Quod si dicis quod non adoras illam nisi in nomine sancti cuius est similitudo, revera sic dixerunt infideles tempore veteris testamenti. (Matthew) . . . 30. ibid.: Et sic uni ymagini plus affecti quam alteri adorant ymagines, quod indubie est idolatria.

Digitized by Google

Yet properly used they may be the books of the unlearned.

Scio tamen quod populus plene instructus per curatos idoneos, qui nimis deficiunt, posset facere quod tales sculpture sint libri utiles laicorum. Sed tam in clero quam in laicis capitur occasio infideliter ydola (que nichil sunt secundum apostolum) venerandi. Error eciam nimis gravis quo fraudantur pauperes regnicole et vulgares est quod nimis sumptuose atque superflue congregantur circa tales ymagines et sepulcra aurum, argentum et lapides preciosi cum quibus nedum pauperes regnorum sed ipsa regna abstracta ruinis poterunt elevari. Et ad tantum pharisei nostri exaltant ista iocalia, sicut sumptuosas basilicas, quod dicunt propter eorum sanctitatem abstraccionem non esse licitam, ymmo neminem posse in sumptuositate talium racionis limitem preterire.

Money wasted in adorning images and tombs.

The religious orders say the host is merely an accident.

Quantum ad hostiam consecratam, patet ex sepe dictis quomodo blasphemi et ydolatre in ista materia sunt divisi. Nam religiosi nostri qui abhorrent quod panem consecrent sed accidencia, defendunt pertinaciter quod ipsum sacramentum (sic tractatum ab ipsis sensibiliter) sit accidens ab eis incognitum in nullo simpliciter subiectatum. Et revera papa Innocencius et eius discipuli possent cicius facere multos fideles credere quod ipsum sacramentum sit caput asini vel quecunque alia substancia nominanda. Est igitur ipsum sacramentum verus panis, factus virtute verborum Domini corpus Christi; et sic cum hec locucio secundum Augustinum *Hoc est corpus meum* sit figurativa, patet quod ipsum sacramentum sit adorandum vicarie | Fol. 151a paulo supra imagines ab homine fabricatas. Communitas autem laicorum putat quod panis ille sit idemptice corpus Christi, nec audent fratres errorem istum abstergere, tum quia ignorant quid secundum naturam sit illud sensibile sacramentum, tum eciam quia timent sibi quod perderent lucrum temporalium atque famam, et sic ut infideles heretici incidunt in prevaricacionem primi mandati, et sic idem foret purgare ecclesiam ab hac infideli prevaricancia et facere eam penitus sine ruga quod solius Dei est reservatum ad statum in patria.

The laity think it the identical body of Christ.

2. A: Conclusio. 4. A: in deest; C: infidelitatis. 6. A: fundantur. 7. B in marg.: Contra sumptuosas ymaginum impensas. 10. regna; A: sequitur lacuna; abstracta deest. A: nimis poterunt relevare; B poterunt; in marg.: petunt. 15. A in marg.: Nota pro Eucharistia; B in marg.: Hostia(!) in altari diversi diversimode adorant. De hostia consecrata. 18. A: consecrant; B: et defendunt. 27. A. in marg.: Quid est sacramentum altaris; B in marg.: Sacramentum quid est. 28. B: victarie. 30. AC: autem deest. B in marg.: Hic sis cautus (man. recent.). 33. A: idem sensibile. 37. B: ipsam penitus. 38. B: patria etc.

4. 5. I. Cor. VIII. 4.

Digitized by Google

SERMO XIV.

Simile est regnum celorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Matthei XIII°, 24.

Parable of the tares.

Hoc regnum celorum est in predicacione secundum essenciam rex regum, dominus Jesus Christus. Iste autem ad litteram est verus homo, quia habitu inventus ut homo, et sic secundum divinitatem est similis homini; semen autem est fides que constituit filios regni et in predicacione secundum essenciam est ipsi filii, ut dicit Dominus in eodem evangelio. Hoc autem semen est bonum, quia veritas exsuperans falsitatem, et secundum racionem seminalem filiorum ecclesie gignitivum. Sicut autem in semine oportet dare virtutem informativam de cuius quiditate contendunt philosophi, ita preter hanc fidem oportet dare primam virtutem informativam que est Dei virtus, dominus Jesus Christus. Nam preter illas veritates in mente cognitas et habitus fidei et actus nisi ipse fuerit illapsus et mentem irradians, christianus non gignitur fidelis.

The man is Jesus Christ.

The field is the world.

Ager autem (ut dicit Veritas) est mundus qui ad sensum alium potest dici ecclesia; sic enim dicit evangelium Johannis XII, 19 quod *totus mundus post eum abiit.* Et Johannis I°, 10 *mundus eum non cognovit,* ubi non foret pertinens loqui de mundo nisi de universitate hominum. Hoc autem semen fidei seminavit Dominus in hoc agro ad edificandum sibi ecclesiam, sic quod homines habentes prius esse naturale viciatum et perditum facti sunt filii Dei per graciam huius seminis sic immissi, dormicio hominum est negligens desidia prelatorum vel ut placet aliis, est eciam speculacio contemplativorum; nam talis ebrietas facit ecclesiasticos licet paucos a cura sui regiminis ociari. Inimicus homo est ipse diabolus qui *terram comedit cunctis diebus vite*

The sleep is either sloth of prelates or contemplation.

2. B: in marg.: 14. 2, 3. A: bonum semum. 3. A in marg.: Nota. 4. B: est enim; A: secundum essencia. 6. A: habitu et inventus et ut homo; B: et inventus. 7. BC: deitatem; ib. A in marg. sup. fol. 151ᵃ: *Non bonum semen seminasti* Matthei XIII. Bonum semen est tipus pietatis, verbum veritatis, passio salvatoris, pena peccatoris; primum semen mundatur a paleis, non extollatur favoribus, secundum purgatum a zizaniis ne involvatur erroribus, tercium moritur in suppliciis, dum seminatur doloribus, quartum metitur in tristiciis, dum irrigatur meroribus. 9. BC: Dominus deest. 12. A: gingnitivum. 19. A: infidelium; B in fidelis; C. in fidelis. 20. A: quod ad. 21, 22. A: evangelio. 22. C: Johannis deest. 29. BC: diffidia negligens. 30. A: ut deest.

3. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 95.

Digitized by Google

The enemy is the devil.

sue Genesis III°, 14; qui ab exordio ex innata invidia fuit inimicus humano generi; ex superbia namque sua dedignabatur hominem stare in statu suo primevo, cum ipse homine superior a superiori statu suo primevo ceciderat.

His method of attack

Iste homo *superseminavit zizanniam,* primo quando in terram mundam primorum parentum in fide instructam supervenit, seminando mendacia (ut patet Gen. III); et hoc fecit callide, incipiendo a muliere in viri absencia existente. Primo eciam interrogat questionem, ut sciat si habeat in ea disposicionem ad ulterius seducendum et, percipiendo ipsam in fide dubiam, *ne forte,* inquit, *moriamur,* ipse tanquam mendacium in abstracto fuit simpliciter negative contrarius veritati. *Nequaquam,* inquit, *moriemini.* Et predictus inimicus homo instanter seminat zizaniam tam ante incarnacionem quam post Christi resurreccionem propter antiquam invidiam, observatque calliditatem primevam in qualibet temptacione humana. Primo, inquam, aggreditur sensualitatem ut

1. by sensuality

feminam et proponit sibi per modum questionis quomodo in delectacione sensuali sine racionis limite sit licite delectandum, et ad hoc superaddit racionem sophisticam sic arguens: Delectacio sensualis tam in obiecto quam in subiecto ordinatur a Deo, ipsam ergo exequi non potest peccatum sapere, cum bona creatura Dei ex hoc aliter et multipliciter ad perficiendum opus Domini confortatur. Et sensualitas a racione tamquam viro frustrata verbis diaboli respondet ambigue quod Deus precepit ne sensualitas gradu aliquo delectetur, nisi ut est obediencior racioni; at diabolus pollicens fortitudinem hominis, ut ex sensualitate plus Deo subserviat, instigat ultra racionem, ut sensus delectacionem suscipiat, et sic racio tanquam vir consentit crimini.

2. by making light of sin and self indulgence

Sed super ista diabolus addidit excusaciones plurimas in peccatis. Dicit enim quod concesso excessum delectacionis esse peccatum, adhuc est solummodo veniale

3. A: hodie stare. 4. A: homini; ib. A: ipse est; ib. A: a statu suo ceciderat. 7. A: priorum; ib. A: instructa. 10. A: existencia; ib. BC: primo deest. 11. A: in deest. 15. A: morior. 16. C: quam — resurreccionem deest. 20. A: per medium. 21. A: dileccione sensibili. 22. A: delectandus. 23. A in marg.: Argumentum diaboli; B in marg.: Modus quo temptat diabolus in omni peccato; ib. A: sensibilis. 24. B: in deest; ib. A: ipsum. 25. B: non potest est; C: non posse esse. 26. A: et deest; B: multiplicatur. 3 . A: et diabolus B: polliciens. 36. A in marg.: 1.

Digitized by Google

et sic faciliter dignum venia, nec sine peccato veniali possumus vivere in hac vita, et cum possumus venialiter peccare depascendo iumentum in maiori abstinencia, gravius peccaremus. Et sic melius est levius excedere limites racionis quam creaturam quam Deus ad servicium suum condidit illo modo | destruere. Et in illa perplexitate qua sensus est dubius racioni illuditur et consentit, et talis ordo temptandi est in omni genere peccatorum; et sic scola diaboli introducit nomen peccati venialis et mortalis, ac tante cecavit ecclesiam quod nescit distinguere inter illa. Concedi itaque debet ipsi diabolo quod peccare contingit de usibilibus nimis superflue sumendo ac eciam nimis parce. Ad quod oportet quod racio et exemplum captum a Christo et suo evangelio sit iudex cum inspiracione Dei que non potest sine peccato priori deficere. Pars tamen securior videtur abstinencia, sicut paciencia est securior quam insultus. Ideo in hoc extremo plures deficiunt quam priori.

and exaggerating the evils of abstinence.

Fol. 151[d]

Terms 'venial' and 'mortal' come of the devil.

Cum autem crevisset fides sic toxico inimici commixta et fecit multa opera bona de genere, tunc apparuerunt fructus zizannie, cum multa mala de genere cum bonis palliatis ypocrisi sint commixta. Servi vero qui de ista zizannia Domino conqueruntur sunt sancti et doctores sequentes, qui istam discrasiam humani generis percipiunt ex instinctu diaboli introductam. Et multi tam seculares quam ecclesiastici seducti sunt in isto quod generaliter tales hereses sunt ex cunctis suppositis destruende. Et licet Christus dicat *non,* sed quod hoc est finali iudicio reservandum, tamen scola diaboli ad tantum cecavit mentes hominum superborum quod ipsi ex causa multiplici accipiunt super se ad internicionem Dei iniuriam vindicandam. Et isto porismate diaboli stabilito ad tantum cecavit animas prelatorum, quod nesciunt distinguere inter catholicum atque hereticum, sicut nesciunt distinguere inter peccatum

Men think they ought to destroy heretics

but they cannot tell truth from heresy.

2. BC: cum deest. 5. A: creatura. 7. A: prolixitate. 9. AB: introduxit. 10. A: venalis. 11. A: Concedit. 12. A: diaboli; ib. C: contigit. 16. B: priore. 17. A: videtur — securior deest. 19. A: sic coyco. 20. BC: et deest. 23. A: quod de; ib. A: Domino deest. 27. A: ex cuntis; C: extinctis. 30. A: ad deest. 32. A: ad internicioni; BC: ad perinternicionem. ib. B in marg.: Contra illos qui abiciunt iudicium legis Dei. 35. A: et hereticum. ib. A: distinguere deest.

3. Cf. Select English Works vol. III. pag. 155: hit may falle to a man that he synnes in abstinence, when he fedes not his horse that schulde bere hym to serve his soule. (Matthew.)

Digitized by Google

veniale hominis et mortale, ymmo *bonum dicunt malum* et econtra, sicut Ysaie V° capitulo prophetatur. Et sic frequenter per verba sophistica patris sui fingendo zizannia eradicant et triticum. Et sic ubi evangelium Christi Matthei XIII et XVIII precipit in medicinam talium quantumlibet perversorum quod *sint sicut ethnici et publicani* et non ut corporaliter occidantur, scola diaboli introducta dicit ita evangelio Christi contrarie; quod indubie est scola regis superbie.

Non enim permittunt quod lex Christi iudicet sentenciam si sit vera, sed ipsimet tamquam sacerdotes qui Christum occiderant iudicant falsitatis testimonio partem suam et sic per leges iniquas iudicant fideles plurimos sue superbie vel avaricie resistentes; verumptamen consilium beate virginis et per consequens tocius curie celestis est istud, *quodcunque dixerit vobis Jesus facite.* Ipse autem dicit quod non vult ut tales hereticos occisione corporis eradicent, ne forte ex cecitate diaboli eradicent *et triticum,* sicut granum frumenti a sapiencioribus sacerdotibus est occisum. Sed *sinite,* ait Jesus, *utraque crescere usque ad messem, et in tempore finalis iudicii* Christus iudex inpeccabilis dicet angelis ut zizannia colligant in fasciculos, cum dampnandi *ligati manibus et pedibus* (ut patet Matthei XXII, 13) *in exteriores tenebras sint proiecti. Triticum* autem predestinatorum sunt *in horreum* beatitudinis *congregandi* (ut patet Matthei III°, 12); sicut enim zizannia per accidens prodest tritico, cum partes eius colligat et facit contra tempestates constancius simul stare ac in principio zizanniam sibi assimilat et eradicacio plus noceret tritico conculcato eius radices et culmos sepius destruendo: sic pravi rarenter seminati inter bonos faciunt per accidens ad sui meritum et ad forciorem caritatis colliganciam ac exercicium in virtute et per consequens eorum extinccio contereret actus virtutis, qui ex tribulacione concrescunt.

Christ tells us to let both grow to gether till the harvest.

4. A: sic deest. 5. C: Matthei XIII et XVIII deest; A: XIX. 6. B: sunt. 7. B: ut deest. 10. A: permittunt ut. 11. A: sacerdos. B in marg.: Nota. 13. C: philosophos sue. 17. B in marg.: Nota consilium optimum (in black ink). 19. A: eraidicent. 20. A: sacerdotibus deest. 22. A: iudii. 23. B: zizanniam. 24. C: Matth. VIII. 25. Triticum autem; hic verbum excidisse videtur: anime predestinatorum. 27. Codd. Matth. 25. 28. A: prodere. 29. B in marg.: Mali occasionaliter prosunt bonis et quomodo. 31. C: cumulos. 33. A: formacionem. 35. A: contincciо. ib. A: ex deest.

2. Is. V, 20

Digitized by Google

Conceditur tamen quod licet secularibus eradicare zizanniam consultis theologis, hoc tamen debet fieri moderamine legis Dei. Nam pauci vel nulli sciunt utrum plus prodesset ecclesie quod tales peccatores forent superstites quam quod corporaliter occidantur. Ideo cum sit mandatum Dei et consilium Christi non illos occidere, patet quod foret presumpta Dei temptacio et consilii Christi reliccio leges novas statuere et ipsos ex institucione humana occidere. Hoc enim foret regaliam Deo propriam usurpare, et sic a tempore quo fuit seculare dominium a sacerdotibus cesareis usurpatum invaluit in clero homicidium, quia illud monstruosum dominium, cum cessat in prelatis evangelizacio, oportet per homicidium diabolicum roborari. Ideo (ut fingunt) non restat remedium quomodo inimicos crucis Christi delerent nisi ipsos corporaliter occidendo. Sunt enim ab evangelizacione et oracione vivaci simpliciter alieni, et sic de ore proprio iudicandi sunt morte perpetua condempnandi. Vel inimicus homo potest intelligi Antichristus qui cum suis discipulis supra legem Christi superseminat zizanniam multiplici discordia irretitam, et illas tradiciones hominum oportet usque ad diem iudicii remanere et tunc inventores huius legis zizannice sunt perpetuo comburendi.

Seculars may root out heresy, but must keep within God's law.

Persecution the result of worldliness in priests.

Fol. 152a Sed mussitant quidam quomodo racio | ut vir potest sensualitati ut femine consentire. Hic tamen oportet distinguere inter actum, habitum et subiectum: Subiectum autem racionis est intellectus agens vel essencia anime, actus autem est raciocinacio et habitus disposicio ad actum huiusmodi inductiva. Cum autem substancia anime sit peccabilis ut malus angelus, habitus bonus potest in ea sopiri et actus racionis simpliciter potest tolli. Et ita sensualitas racionem exsuperat, quando vel actum vel habitum sic extinguit; non sic quod maneat actus racionis cum delectacione et actu sensus, sed cum in eodem subiecto sensus et racio subiectantur ipsum subiectum ex fragilitate

It is doubted how reason can consent to sensuality.

Reason does not consent but is thrust aside.

1. B: Contenditur; in marg.: conceditur. 2. A: fieri deest. 4. BC: prodest. 5. A: superstitos quam corporaliter. 6. A: manifestum Dei. 10. B: Dei. 11. A: Cesaris. 12, 13. A: oportet idem monstruosum. 14. A: quod homicidium. 16. A: deberent. 18. BC: vindicandi. 20. B in marg.: Inimicus homo quis est; ib. B: super legem; C: sic legem. 21. A: supraseminant; C: supraseminavit. 23. BC: zizannie. 25. A: misitant; ib. B in marg.: Dubium. 27, 28. B in marg.: Subiectum, actus et habitus racionis quid est. 32, 33. B: racio simpliciter. 34. BC: quando vel habitum; A: quando deest; ib. B in marg.: Quando sensualitas exsuperat racionem.

Digitized by Google

sua actum racionis omittens in delectacione sensibili quietatur.

2nd commandment.

Et potest ex hoc evangelio elici observancia secundi mandati que appropriatur quodammodo verbo Dei. Nam Exodo XX°, 7 scribitur: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum;* in qua negacione includitur triplex negacio vane assumpcionis nominis Dei nostri: primo in iuramento sensibili, secundo in nominacione ministerii Domini Dei nostri, et tercio in trinitate imaginis anime nostre facte ad similitudinem trinitatis.

Three ways of taking God's name in vain:

1. Swearing without good cause.

Quoad primum quod est magis sensibile, patet quod secundum doctrinam Christi Matthei V°, 34: *Non debemus omnino iurare.* Ille autem iurat omnino qui sine causa laudabili et necessaria accipit superflue nomen Dei, ut faciunt hii qui ex consuetudine, superbia vel contemptu assumunt nomina grandia Salvatoris. Et idem est iudicium licet levius de iurantibus quantumcunque abiecto nomine creature. Nec valet sua excusacio quod faciunt hoc propter devocionem ad nomen Dei memorandum vel propter fidem gignendam fratribus, quia aliter nemo crederet verbis suis, quia primi nominando Deum superflue memorantur Dominum; sed criminaliter in contemptum, cum ipse sit verbum quod magis odit superfluum. Quoad secundos patet quod nulli sunt magis fratres suos indebite conculcantes nec aliqui minus credibiles propter mendacia vel quoad superbiam in qua iurant pompatice plus vecordes. Ideo secundum doctrinam Domini Jeremie IV°, 2: *Iurabis, vivit Dominus in veritate, in iudicio et iusticia.* In veritate quidem, quia in nullo casu debet iurari vel dici mendacium, et in iudicio, quando coram superiori iudice es necessitatus iurare in testimonium veritatis. Et sic tercio iurabis non conductus pro pecunia vel invidia inimici sed propter iusticiam ecclesie declarandam. Nec est spes sic iuranti superflue in nomine Dei sui quod contra hostes spirituales in necessitate iurabitur; verumtamen illo nomine quecunque sacramenta accipimus et quotidie nos signamus et nomen nostri ac proximi tam verbo quam opere conservamus.

Swearing before a judge is lawful.

1. A: sensibilis. 3. A in marg.: Secundum mandatum. 9. BC: Domini deest; B in marg.: Declaracio mandati secundi tabule prime. 11. A in marg.: 1. 13. B: omnino deest; ib. A in marg.: Utrum liceat iurare et qui iurando et quando peccant. 15. A: hii et cetera hii quoniam. 17. BC: licet ficcio mala. 19, 20. A: nomen Domini. 23. AB: criminantur. 24. A: quoad deos patet nulli. 29. B.: in iusticia iurare. 33. A: iurabilis; ib. A pro ecclesia. 37. BC: sacra. 38. A: et nostri; BC: ac Christi. 39. C: servamus.

Digitized by Google

Quoad secundam maneriem in vanum accipiencium nomen Dei, patet quod quicunque acceperit nomen fidelis vel nomen christiani, nomen presbiteri vel curati vel alicuius alterius Dei ministerii et non complet in opere talis nominis racionem, in vanum accipit nomen Dei. Et in istam vanitatem incidit totus mundus, ut specialiter patet de sacerdotibus et nomine prelatis qui legi Domini, quam opere et verbo defenderent et per quam rarenter viarent, in vita et ministerio multipliciter adversantur. Et sic est de culpa cuiuslibet christiani.

2. We offend in professing to be God's ministers, when we neglect our ministry.

Et quoad terciam maneriem nomen Dei cassancium, patet ex Genesis primo capitulo, quomodo homo interior factus est ad ymaginem et similitudinem trinitatis; ad ymaginem quippe, ut in essencia sua sit trinus, scilicet memoria, racio et voluntas; ad similitudinem ut in virtute triplici sit depictus et specialiter observancia triplicis mandati prime tabule, ut sit in accidentali similitudine correspondencia trinitati. Et patet in radice quomodo in essenciali nomine multi nimis vane accipiunt nomen Dei; et patet quomodo inimicus homo ut quilibet prescitus superseminat zizanniam in prevaricacione huius mandati secundi, cum seminat super anima, que est ad naturalem ymaginem Dei, deformem similitudinem patris mendacii. Nec est mediocre peccatum tam preciosam Dei ymaginem taliter deformare, cum ut sic oportet arma Domini deturpare.

3. In defacing the likeness of God in our soul.

SERMO XV.

Simile est regnum celorum homini patrifamilias. Matth. XX°, 1.

Hoc regnum celorum est filius Dei (ut supra), de quanto est caput tocius ecclesie; sic enim regnum in predicacione secundum essenciam vocatur nunc rex et nunc incola regni. Iste autem est paterfamilias optimus tocius domus ecclesie. Exiit autem quinque vicibus ad conducendum operarios pro edificacione ecclesie mili-

The Kingdom of Heaven is the son of God.

1. A in marg.: 2; ib. A: manerium. 2. C: accipit. 3. A: vel christiani. 4. B: cuiuscumque. 7. A: de deest. 8. A: quamvis opere; ib. A: defenderent et regularentur in vita. 11. A in marg.: 3; ib. cassancium; A: gap in MS. 12. A: quomodo quomodo. 15. A: et ad; B: in deest; ib. B in marg.: quomodo homo factus est ad ymaginem et similitudinem trinitatis. 16. A: triplici deputatus. 17. A: triplicis deest. 23. A: Dei imaginem deiformem. 26. A: deturpare etc. 28. A in marg. sup. et inf.: Sermo XV; B: Sermo XV; C: Dominica in Septuagesima; ib. homini deest. 31. A: sic enim est. 32. A: vocatus. 33. A: incole; B: loci regni.

Digitized by Google

The vineyard is the Church.

tantis que secundum quandam proprietatem vocatur vinea pro ista via fructifera; cuius vitis in medio (a qua pullulant omnes palmites) est dominus Jesus Christus (ut patet Joh. XV°, 1). Iste autem paterfamilias perpetuo residet in domo ecclesie triumphantis que post confirmacionem angelorum non fructificavit sed mansit ut domus perpetuis lignis ac lapidibus stabilita. | Fol. 152b

The first call is to the patriarchs before the flood.

Primo ergo *mane exiit* in suis ministris *ad operarios vinee conducendum,* quia in prima etate mundi precepit angelis; et ipse in persona propria primo movit ut patres illius etatis seculi meritorie ad fructificacionem ecclesie operentur (ut patet de Adam, Sedh, Enoch et ceteris).

The penny is bliss.

Convencio autem *que facta est cum operariis* pro mercede est *ex denario diurno,* qui est beatitudo qua fideles domini premiantur. Et est in denario triplex convenienicia propter quam taliter nominatur. Prima est metalli constancia que signat permanenciam perpetuam beatorum. Secunda est denarii circulacio que infinitatem beatitudinis signat et cum hoc replicacionem a creatore in creaturas et reditum in id ipsum iuxta illud Psalmi IV°, 9: *In pace in id ipsum dormiam et requiescam.* Imago autem denarii et eius in splendenti metallo superscripcio attestatur intuicionem claram deitatis, et ex alio latere Christi humanitatis sanctitatem propter meritum sancte crucis.

The second call to the patriarchs from Noah to Abraham.

In secunda autem etate egressus est et vidit plurimos ociantes quos expergefecit nedum per inspiracionem internam sed per ortacionem angelicam, ut patet de Noe, Eber, Thare et Abraham in secunda etate seculi fideliter itinerantibus.

The third and fourth from Abraham to David, and from David to the captivity.

Iterum autem exiit circa terciam et quartam etatem seculi et fecit similiter, ut patet de fidelibus ab Abraham usque ad David et a David usque ad transmigracionem Babylonis. Tempus autem a transmigracione Babylonis

2. BC: ista vita; C: vita vita. 4. C: autem deest. 7. B: perpetua; C: perpetuus. 10. A: post movit. 13. Codd.: cum deest. Addidi. 14. Codd.: de denario. Correxi; ib. B: qui deest; C: que. 14, 15. BC: fidelis diu. 15. A in marg.: denarius; B in marg.: per denarium. 16. A in marg.: 1; ib. in metalli. 18. A in marg.: 2. 19. BC: significat. 18, 19. A: in firmitate beatitudinis. 22, 23. A: descripcio. 24. A: sanctitatem deest; B: propter — crucis deest; C: propter exaltationem. 26. A in marg sup. fol. 156b: *Quid hic statis tota die ociosi.* Matth. XX. Hic notantur quatuor: morosa expectacio: *statis*; temporis ammissio: *tota die*; operis remissio: *ociosi.* Quatuor autem reddunt operarium ociosum, scilicet negligencia que opera dissipat, ignorancia que mentem obnubilat, impotencia que vires adnichilat, diffidencia que premium non exspectat. ib. BC: In tercia 29. B: Chare; A: Charer. 31. A in marg.: CD; ib. Codd.: quintam. 33. A: a deest; ib. A: autem usque. 34. BC: Babylonis deest.

Digitized by Google

usque ad Christi adventum tamquam sterile evangelium pretermittit; tunc enim sacerdotes ex avaricia facientes populum ociari pessime exercebant ecclesiam, vel (ut placet aliis) licet in habitabili Hebreorum sit continue prope equinoccium et sic quasi duodecim hore diei artificialis, tamen evangelium pretermittit tribus vicibus unam horam et duabus mediis vicibus duas horas, quia populus quasi in medio temporis vel amplius est a divino ministerio evagatus. Et hec racio quare una etas ecclesie pretermittitur. Quando autem fideles erant prope statum innocencie, prope adventum solis iusticie et prope diem iudicii, intercipitur solummodo una dies.

The time from the captivity to Christ is omitted for its badness, as the priests then ruled.

Circa undecimam vero exibat humanitus et ortatus est populum ociantem ut laboret fideliter, ut fecerunt antea patriarche. Et nota quod varii varie intelligunt hos quinque exitus, ut hii intelligunt per eos quinque etates seculi ante incarnacionem Christi, hii quinque etates cuiuscunque persone humane, quarum quelibet ad laborem meritorium instigatur. Mihi autem videtur sine horum repugnancia quod intelligantur quinque etates ecclesie, etate sacerdotali ante incarnacionem Domini pretermissa. Et nota quod hora tercia et sexta solummodo intercise sunt due hore sed in horis aliis solummodo una hora. Quod quidam estimant propter prevaricacionem magis notabilem legis Dei. Nam in tercia etate vel hora tercia lex Dei ad tantum contempnitur quod despecto iudicum regimine pecierunt sibi gentiliter dari regem (ut patet I Reg. VIII tempore Samuelis). In quarta autem hora vel etate despexerant legem Dei, acceptando Roboam filium Salomonis, et neutra pars fuit sine grandi culpa propter quam fuit Dei visitacio differenda. In quinta autem etate seculi in qua regnaverant sacerdotes, licet prima fuerit mala, secunda peior, ista tamen tamquam signum tercium magorum Pharaonis pessimum non meruit aliquo exitu patrisfamilias confortari. Nam Judas Macchabeus et omnes fratres sui mundum et honores mundanos sapuerant (ut patet II Macchabeorum), et finaliter generacio hec pessima sanctum sanctorum extinxerat. Exitus autem in hora undecima factus per Christi incarnacionem est ecclesie mili-

In the eleventh hour Christ came in his manhood.

Different opinions as to the five calls.

3. A: excertebant. 3—12. A: vel ut — una dies deest. 4. Codd.: habitabile. 7. Codd.: horam duas horas. 13. A in marg.: E; B in marg: Nota; ib. A: humanitas. 15. A in marg.: 1. 17. A in marg: 2. 18. A: in quarum qualibet. 23. A: interisse sunt. 28. A: VIII deest. 29. BC: legem Dei deest. 38. A: pessime. 39. C: extinxerant. 40. BC: pro Christi incarnacione.

Digitized by Google

Christ remains with his Church,

tanti continuus, cum ipse promittit se esse nobiscum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi. Et sic pro suo exitu relinquitur solummodo una hora, et ita cum racio merendi sit modo planior, signanter committitur pro hora duodecima quod stant in foro merendi quoad meritum ociosi. Nam illa via est forum quo fideles beatitudinem sunt mercati et signanter mortificata religione Christi per falsos sacerdotes dicit populus in hora undecima pro tota die ocians quod nemo ipsos conduxit. Quia ad tantum extincta est pro illo tempore christiana religio quod ut ethnici divertentes ad seculum non sapiunt fideliter premium beatitudinis per quam

until his godhead summons his manhood to judgment.

populus ad meritum incitatur. Completa autem hora duodecima et facto tempore serotino deitas que est dominus huius vinee dicit Christi humanitati que ad edificacionem sponse sue procuravit fideliter quod in adventu finali vocet operarios et reddat illis mercedem quam operando in vinea sua meruerant. Incipit autem Christus a novissimis, quia ab apostolis venientibus hora undecima; quibus Matthei XIX°, 28 promittitur quod illi *qui secuti sunt Christum* in moribus *sedebunt super sedes duodecim, totum residuum Israel iudicantes*. Omnes autem pro quacunque istarum quinque horarum fideliter laborantes acceperunt predictos denarios qui quoad mercedem beatitudinis singulis tantum valent. Sed venientes prima hora diei arbitrati sunt quod plus quam denarium accepissent, quia illi qui secundum diuturniorem periodum sine exemplo priori tante fideliter laborarunt plus mercedis pro suo die acciperent; aliter enim parificati minus merentibus in mercede indiscrecionem | in iudice implicarent. Fol. 152a

The murmuring against the goodman.

Et hic videtur multiformis perplexitas cum predestinati vel in finali iudicio vel post videntur contra Deum murmurare. Quidam autem credunt istud murmur pro tempore viancium processisse ut quod gens Judaica que primo atque diucius laboravit in dicta vinea amplius meruisset (ut patet in epistola ad Romanos XVI°, 6, 12, Act. VI°, X°, XI° atque XV°). Sed cum totum hoc pre-

1. BC: ipse deest. 4, 5. B: obmittitur. 6. BC: via deest. 8. A: religioni; ib. A: populos. 13. BC: hora deest. 14. A: seretino. 15. B: quomodo ad. 16. A: procurat. 22. A: residuum vel iudicantes. 24. A: acciperunt. 27. C: quod illi. 28. C: sine Christo; B: Christo. 30. A: scilicet mercede in descrecionem. 32. A in marg.: Dubium. 33. A: contra Dominum; B in marg.: Murmur illud contra patremfamilias quando fiet. 34. BC: autem deest. 36. B: predicta; ib. A: ampleus. 37. Codd.: XVI, 6, 12 deest. 38. A: Act. VI, X vero atque; B: n'; Cno' rectius legendum esse videtur: XI°.

Digitized by Google

mium sit pure ex gracia, non fit alicui iniuria. Apparet autem beato Gregorio quod cum venisset post completum meritum premiandi, quod dictum murmur erit in die iudicii, quia post quinque horas in quibus solum ecclesia viabit ad meritum. Et ita licet tempus etatis ultime fuerit diuturnum, breve tamen est et modicum propter Antichristi versucias quoad tempus merencium. Illi autem qui ponunt hos quinque exitus ante incarnacionem Domini terminari, possunt pertinenter asserere quod dictum murmur factum est post ascencionem et ante diem iudicii. Sed alia via dicens pertinencius quod novissima hora terminat totum tempus viacionis usque ad diem iudicii aliter debet intelligere. Ideo (ut placet beato Gregorio) dicta murmuracio est cogitacionis interna admiracio, et totum residuum est revolucio admiracionis in animo exclusa circumstancia peccati sicut iram et furorem Deo tribuimus; et eadem est ars colandi unum de Domino et reliquum de beatis. Sic ergo tota hec disputacio hic narrata est beatorum consideracio narrativa; et Dei responsio est declaracio sue iusticie ac misericordie sine merito condigno. Cum enim Deus dat unicuique viatori bona naturalia ac bona fortune que in infinitum excedunt meritum quo apud Deum vel hominem mereretur, patet quod super hec dando bona gracie et finaliter mercedem glorie nedum non facit iniuriam sed retribucionem pure et simpliciter graciosam.

All the blessed shall receive the reward of glory.

Denarius itaque signatus pro mercede cunctos beatos finaliter quietabit. Aliqui tamen beacius intensive et alii minus beati erunt in dicto denario quietati. Et sic considerando calliditates diaboli et status ac circumstancias novissimorum merencium que retardant, patet quod predestinati tempore gracie in brevi tempore cum Christi iuvamine amplius meruerunt quam predestinati longe maioris periodi, licet minus in comparacione ad

1, 2. A: apparet a bea Gregorii (sic). 5, 6. C: etatis utile. 7. C: versuciam. 9. BC: pertinenter deest. 14. A: Gregorius. 15. A in marg.: Gregorius. 19. A: ergo deest; ib. A: bonorum. 21. A: de condigno. 23. A: fortune; sequitur lacuna; ib.: que in deest; C: in deest. 24. A: supra. 25. A: bona deest. 26. A: non deest. 27. BC: gloriosam. 28. A: per mercedem; ib. BC: cunctos homines. 29. BC: et deest. 31. A: ac status. 33. A: cum deest; A in marg.: Nota de merito predestinatorum utriusque testamenti.

2, 14. Cf. Gregorii in Evangelia lib. I. Homil. C. XIX. Opp. I. 1552.

Digitized by Google

suam periodum actualiter peccaverunt. Nec implicatur ex hoc textu quod beatorum intencio sit perversa, sed per modum responsionis queritur an predestinatorum consideracio debet esse perversa ex retribucione Domini graciosa. Et sic quilibet predestinatus debet esse finaliter in dacione dicti denarii quietatus. Et sic erunt primi tempore novissimi in mercede et sine huius circulacionis repugnancia econverso.

Quamvis autem de statu beatitudinis et predestinacionis posset pertinenter circa hoc evangelium dubitari, tamen plus valens ad nostrum meritum et statum ecclesie videtur de prelatorum officio ac eorum negligencia dubitare. Vinea enim (ut dicitur Isa. V°) est ecclesia viatorum in qua prelati precipue debent ad correccionem vini letificantis ecclesiam laborare. Sed nedum versa est ex eorum negligencia in labruscas sed in caules melancolicas, pusillum gregem fidelium in terrestres temptaciones et carnales culpabiliter involventes. Nec solum prelati irreciuntur hoc crimine sed spuria vitulamina, ut ordines privati que sunt ut monstra in corpore matris ecclesie. Nam (ut dictum est alibi) fratres non solum rapiunt temporalia de secularibus dominis subditis et prelatis sed, seminando semen vel per se vel per accidens infectum, totam ecclesiam discrasiant. Cum enim ex Veritatis testimonio Luce XXI° *erunt signa in sole et luna et stellis,* ipsa autem moventur regulariter ut olim et secundum philosophorum principia *idem in quantum idem semper agit idem,* patet ex dictis sermonis secundi quod tota huius perturbacionis variacio causatur ex culpa hominum qua materialis massa sublunarium variatur. Et cum fratres laborare debeant manibus (ut patet alibi), liquet quod huius masse terrestris indisposicio, ut gencium perturbaciones ac homicidia, cultus terre quo germinarent eius fructifera, et breviter tota inproporcionabilitas qua ultra statum priorem turbatur ecclesia ex fratrum negligencia est causata. Quid (rogo) si agriculture isti mendicantes validi sicut tenentur ex fide scripture, et specia-

Negligence of prelates.

Mischief of private orders.

The friars would be better employed in husbandry.

1. C: multiplicatur. 7. A: in deest. 9. A in marg.: Contra prelatos; B in marg.: Arguit prepositos negligentes. 14. AB: corcionem; C: contricionem. 16. A: malencolicas. 17. B: terrestris. 18. A in marg.: Contra privatos ordines. 24. C: ecclesiant. 25. A: et in stellis. 28. BC: tota deest. 32. A: terrestres indisponunt gencium. 35. A: et ex. 36. B in marg.: Quid faciunt secte introducte male merendo et quomodo tenentur manibus laborare.

27. Vide supra pag. 9.

Digitized by Google

liter quando ociantur in opere minus laudabili instanter intenderent? Quomodo non foret terra nunc sterilis magis herbosa ac produccioni astrorum plus proporcionata et undique utilitati ecclesie plus consona?
5 Tunc enim terra que iam est plus sterilis plus in vegetabilibus salubriter exspiraret. Et ita iuxta sentenciam Christi Luce XI. omnis superfluitas in alimentis vel tegumentis hominis facit influenciam celestem minus
Fol. 152[d] validam et per consequens totam | habitabilem con-
10 fusione plenam et unam gentem bellis, pestilenciis, et aliis terre motibus alteram comprimentem. Et sic patet quomodo tercium mandatum prime tabule alludit huic sentencie. Nam Exodi XX°, 8 scribitur: *Memento ut diem Sabbati sanctifices.* Sex enim diebus ad similitu-
15 dinem operacionis divine licet homini seculariter operari, sed septimo die debet ad similitudinem Dei contemplacioni intendere, conversacioni spirituali ad utilitatem spiritus precipue operari; nec sufficit homini in persona sua istud monitum observare nisi in filiis et in familia
20 et in aliis que sunt sub suo regimine hoc observet. Supposita autem veritate quietis Dei que non debet in toto regimini hominis conformari, nota ulterius quod sicut Judei diem septimum pro sabbato observarunt, sic christiani diem octavum vel diem dominicum.
25 Oportet enim in hac cerimonia christicolas variare, specialiter cum precipua causa quietis in sabbato fuit quies domini in sepulcro. Que cum preteriit nec alium exspectamus, necesse est ut aliam sabbati observanciam variata cerimonia observemus. Sed cum die dominico
30 que fuit prima dies qua Deus mundum condidit resurrexit et spiritum sanctum misit, signanter in illo die est sabbatizacio christicolis facienda. Et quarto cum illo die (ut fideliter creditur ex scriptura) Deus seculum iudicabit et omnes beatificandos in sedibus celestibus
35 collocabit. Ipsa enim erit sabbatizacio in qua tota ecclesia finaliter requiescit. Habito itaque quod erit sabbatizacio fidelis in hac die dominica, superest videre quomodo erit ista sabbatizacio a fidelibus observata.

3rd commendment. How to be observed.

Change from Saturday to Sunday.

5. A: plus deest. 6. BC: extirparet. 7. BC: Luce XXI; ib. BC: et alimentis; B corr. ex alimentis. 11. A: metibus; ib. A in marg.: tercium mandatum; B in marg.: Exposicio mandati tertii decalogi. 16. A: sed septimo—operari deest. 18. A: hic sufficit. 19. A: filiis in. 23. A: septimam . . . octavam . . dominicum. 25. A: Sed enim. 28. A: aliam sabbati aliam; ib. B in marg.: Que Deus die dominico fecit et facit. 29. A in marg.: Nota. 36. BC: finaliter deest.

Digitized by Google

Nec dubium quin sabbatizacio que est ab operibus servilibus, hoc est, actibus peccati observacio sit maxime attendenda. Et sic quamvis precepta negativa semper obligant et pro semper, precepta autem affirmativa cuiusmodi est solum tercium mandatum prime tabule et primum mandatum secunde tabule semper obligant, non pro semper, latificando tamen istud mandatum ad hunc sensum et semper obligat et pro semper.

Logical objection: As the Sabbath is not continuous it cannot be continuously binding.

Sed contra istud instant logici quod iuxta sepedicta ex testimonio beati Jacobi *idem est in unum mandatum offendere et in cuncta.* Cum ergo observancia sabbati non semper obligat, videtur quod eius omissio pro tempore quo non obligat non ad cunctorum prevaricanciam reos ligat.

Answer: it is always binding for its proper time.

Sed hic notandum quod observancia sabbati non obligat christianum ut ipsam perficiat nisi pro tempore quo est hoc sabbatum. Cum ergo interpolatim currit hoc sabbatum, videtur quod semper debet esse huius observancia, non pro semper. Semper (inquam) est huius observancia, quando fidelis habet firmum propositum sabbatizacionem illam pro tempore pro quo venerit observare, sed observat pro illo tempore, quando in illo tempore preservat se ab opere manuali. Quod quia non facit nisi dum illud tempus accurrerit, ideo signanter dicit fides scripture: *Memento ut diem sabbati sanctifices.* Cum autem tempus sit opus Deo proprium, videtur quod non ad alium sensum quisquam ipsum sanctificat nisi ut sanctum Deo in illo tempore se ipsum reddit. Quod quia fit sepe congruencius in opere manuali quam pausando ab illo opere, ideo sine crimine videtur christianum posse pro illo die opera corporalia exercere. Et hoc patet de operibus preparancium generi humano vescencia et alia que non possent congrue et complete in alio tempore preparari. Sed ille videtur nimis parum celestia bona sapere qui non aptat sibi unum diem in

5. A: est deest. 6. C: et primum — tabule deest; B in marg.: Quando et ad quantum affirmativa precepta obligant et ad quantum negativa. 9. AB in marg.: Obiecciio. 15. A in marg.: Responsio; B in marg.: Nota. 16. A: ipsum. 21. BC: tempore quo. 23. A: observat se ab opere mali. 26. A: dum autem. 27. B in marg.: Quid est tempus sanctificare. 28. BC: ipso tempore. 30. B in marg.: Sabbatizans que opera licet facere. 35. C: unum deest.

10. Ep. II°, 10: *Quicunque .... offendat ... in uno, factus est omnium reus.*

Digitized by Google

sabbato quo plus quam aliis diebus celestia contempletur. Et patet quod sicut accedentes ad ecclesiam et invidentes fratribus vel non celestia contemplantes dissolvunt sabbatum, sic habentes scintillam devocionis usque ad nonam et post nonam viventes in scurillitatibus, in gulis et aliis actibus inmodestis, plus culpabiliter dissolvunt sabbatum quam agrestes in operibus corporalibus sive ruralibus sive domesticis occupati. Si autem sit persona sic discrasiata, que plus observaret se a crimine et adhereret devocioni caritatis priori sic opera manualia faciendo, videtur michi, quomodocunque sit dictum a satrapis signa infidelium observantibus, quod melius foret sibi operi tali privatim intendere quam ecclesiam modo quo dicitur visitare. Sed quia hoc testaretur super operarii indisposicione et daret malum exemplum ecclesie, ideo dicit prelatus quod non debet hoc sinere sed ad recciorem vitam instruere; nec in hoc contendo si faciat quod ortatur. Et patet quomodo prelati debent ad rectam operacionem in vinea atque continuam continenciam exhortari. |

Work does not break the Sabbath so much as wickedness.

Fol. 153a

SERMO XVI.

Exiit qui seminat seminare semen suum. Luce VIIIo, 5. Hec est prima septem parabolarum quas Christus locutus est Matthei XIIIo, 3 ad edificacionem ecclesie. Iuvat autem semper unam personam vel aliam ad discendum nova vel iuvandum memoriam, quod Christus sic parabolice est locutus. Semper enim disponit Christus sermonem secundum aptitudinem auditorii, ut nunc velando secreta a populo et nunc iuvando memoriam, reserando veritatem mundo absconditam in sua parabola. Sicut enim inter tres animas scilicet vegetativam, sensitivam et intellectivam vegetativa est prima, sicut inter tres potencias vegetativas scilicet informativam, augmen-

Christ's use of parable.

2. B in marg.: Qui violant sabbatum. 9. AC: sic deest; ib. A observare. 10. A: et adderet. 11. A: michi quod quocunque; C: quandocunque. 12. Codd. signia. 13. A: que melius. 15. C: operi. 17. BC: sed — instruere deest. 18. BC: quod deest. 20. A: ad continenciam; B: etc 21. A in marg. sup.: Sermo XVI.; C: In Sexagesima. 22. A in marg. sup.: *Exiit qui seminat* Luce VIII. Bonus agrico(la) in seminando considerat tria semini pertinencia, scilicet qualitatem, quantitatem et utilitatem, primo ad eligendum qualitatem cum diligencia, secundo ad providendum quantitatem cum habundancia, tercio ad expectandum utilitatem cum paciencia. 26. A: discendam; ib. A: iuvandum materiam sic parabolice; B: pabologice. 28. A: auditori. 29. A: nunc viva. 31. BC: enim deest. 33. A: vegetativa.

Digitized by Google

The first informing agent in the church is the seed of faith i. e. the word of God.

tativam et nutritivam informativa precedit in ordine, sic in corpore ecclesie videtur quod prima eius informacio debet esse in semine fidei quod est verbum Dei. Ideo ista parabola est a curatis et a cunctis fidelibus principaliter attendenda. Nam virtus in hoc semine primo informat filios Dei in fide, ut veniant plene ad patriam. Inter quatuor autem saciones quas Christus hic exprimit quarta est solummodo laude digna. Quoad quiditatem autem huius verbi patet quod ipsum est personaliter verbum Dei, et ideo apostolus elegit predicare in populo dominum Jesum Christum, non tragedias sive comedias, non lucrum temporalium quesitum vel laudes hominum sed ipsum dominum Jesum Christum.

Seed falling by the wayside;

Quamvis autem hoc semen sit substancialiter verbum Dei, est tamen secundum racionem multipliciter variatum. In prima autem quatuor sacionum *semen cecidit secus viam*. Quia sunt enim nonnulli sic triti et indurati temptacione diaboli quod verbum Dei non capit in illis sed statim evacuatur cautela diaboli qui propter agilitatem et subtilitatem vocatur volucer celi.

on the rock;

Secunda maneries seminandi est *supra petram*, hoc est, cor quomodolibet induratum, sed racione commixcionis materie petrose crescit ad tempus, natum tamen aruit in processu, quia non habebat humorem gracie secundum quam fructificaret bonis operibus. Oportet enim humilitatem ex fragilitate carnis conceptam fructiferam terram seminabilem temperare.

among thorns.

Tercia maneries terre sic sate est verbum Dei quod *cecidit inter spinas*, ut quando sit predicacio in mundi sollicitudine, diviciis et carnis voluptatibus occupatis. Et exorte tales spine suffocant fructum verbi. Unde secundum beatum Gregorium mundi *divicie hinc sunt spine, quia cogitacionum suarum punccionibus mentem lacerant, et cum usque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant*. Est autem inconstancia in hiis spinis, quia ad horam stantes cum homine sunt fragiles et

2. A: quod primarius informacio. 4. A: et cunctis. 7. A: raciones. 8. A: exprimitur. 9. BC: autem deest. 10. B: persona. 11. A: non tragedias — Christum deest. 14. B: autem deest. 15. A: secundum racionem secundum. 17. A: enim nulli; ib. C: sic ceci. 21. A in marg.: 2. 23. A: peciose. 25. A: fortificaret. 28. A in marg.: 3. 29. A: quando fit. 30. A: voluntatibus; ib. B in marg.: Divicie qualiter spinis comparantur. 34. A: inflictus; B: cruentantur.

32. Gregorii in Evangelia, lib. I. Hom. XV. Opp. tom. I, pag. 1488.

Digitized by Google

caduce. Nec dicant nisi sophistice sicut faciunt vere divicie que mentem habundare faciunt in virtute.

In good ground.

Quartum autem genus serendi est dictum *semen in terra bona,* hoc est, in anima temperata per graciam
5 seminare. Cum autem sint tres hostes hominis, scilicet mundus, diabolus et caro, patet quod horum trium indisposicio indisponit terram nostram, ut in centuplum fructificet, hoc est, ut terra nostra beatitudinem de congruo mereatur. Centenarius enim, sexagenarius et
10 trigenarius sunt numeri signantes universitatem beatitudinis et possunt notari in qualibet specie virtutis predestinati; sed sicut omne vicium est spiritualis fornicacio, sic omnis virtus est castitas spiritualis; unde dicunt doctores communiter quod castitati coniugali
15 debetur fructus tricesimus, castitati viduali fructus sexagesimus et castitati virginali fructus centesimus. Laureolas autem ascribimus solum martyribus, doctoribus atque virginibus. Et tales tres gradus possumus in virtute qualibet assignare.

Five virtues needed in the soil of our hearts.

20 Terra autem cordis nostri debet esse bona virtute quintuplici. Debet enim loco soliditatis terre habere fidei constanciam, loco continuacionis devocionem vel pietatem, loco frigiditatis miticiam passiones iracundie extinguentem, loco siccitatis temperanciam carnis
25 ingluviem exsiccantem, loco gravitatis veram humilitatem, ne elevetur in superbam temptacionem diabolicam; et quia ista doctrina maxime est notanda, ideo dicit *qui habet aures audiendi audiat.* Hoc enim verbum secundum sanctos attestatur super saluberrima veritate;
30 carioribus autem Christi *datum est clarius cognoscere ministerium regni Dei, ceteris autem in parabolis.* Cuius una est causa in penam peccati, ut videntes sensibilitatem oculariter non videant sentencie subtilitatem intellectualiter, unde sentenciam huius parabole propter
35 eius preciositatem dignatus est Dominus per se ipsum exponere. Nec debet quicquam esse fideli carius verbo

5. A: tres deest. 7. A: cestuplum. 8, 9. A: Deus congruo. 14. A: quod deest. 15. A: debentur; ib. A in marg.: Triplex castitas; ib. A: fructus triginta; ib. A: sexaginta. 20. A: bona esse. 21. A: quintiplici; ib. BC: terris; B: terre honoris; ib. B in marg.: Terra humani cordis quintupliciter debet esse bona virtutibus fertilis. 26. A: in superbiam temptacione diabolica. 29. A: saluberiam. 32. A: una in causa est; B: causa est. 33. A: subtilitate. 35. A: eius preconscitatem; ib. B in marg.: Nota. Quare Christus suis patenter, ceteris in parabolis loquebatur, et quante excellencie est verbum Dei.

30. Matthaei. XIII°, 11.

Digitized by Google

Preaching God's word is the most perfect work.

Dei, nec est opus creature perfeccius quam digna seminacio huius verbi; nam cum hoc verbum sit cibus quo homo interior pascitur, ut crescat in filium Dei secundum altitudinem quodammodo infinitam, patet quam preciosa debet esse | huius cibi accepcio. Unde Luce XI°, 27 Christus preponderans audicionem huius verbi super cognacionem carnalem respondit mulieri ipsum laudanti tam in matre quam in se ipso: *Beatus,* inquit, *venter qui te portavit et ubera que suxisti: Quin ymmo,* ait, *beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud.* Nec est eucaristie consecracio vel alicuius sacramenti ministracio dignior quam talis evangelizacio, ut patet tam ex auctoris opere quam effectu; Christus enim evangelizando eucaristie confeccionem et sacramenta alia secundarie inculcavit. Fol. 153b

Above the making of the Eucharist.

Iterum, eucaristie confeccio non facit nisi panem esse sacramentaliter corpus Christi, evangelizacio vero facit naturam digniorem, quia animam humanam esse quoddammodo ipsum Christum. Ex hoc eciam triplex cognacio Christi contrahitur (ut patet Matthei XIII), et ideo Lincolniensis pulcre declarat quod *opus evangelizandi excedit omne opus alchymicum; nam per ipsum natura longe perfeccio, metallo imperfecto purgatur a scoria plus nociva et in rem perfecciorem convertitur.*

God specially aids preaching.

Iterum, inter omnes acciones creature racionalis Deus specialiter assistit evangelizacioni et quodammodo supernaturaliter ac miraculose facit miraculum prenotandum; plus enim vel tantum est iustificare ipsum sicut creare mundum.

God's word is greater than any creature.

Iterum, si dignitas verbi divini attenditur, patet quod ipsum intellectum formaliter habet maiorem constanciam ac necessitatem quam aliqua creatura; nam sine veritate huiusmodi non poterit mundus esse, ideo Luce XXI°, 33 dicit Dominus: *Celum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.*

1. A in marg.: Nota pro predicacione. 2. A: cibet; A in marg.: 1. 6. Codd.: Luce X. 11. alicuius: A: alitus (!). 13. B: affectu. 14. A: eucaristie correccionem. 16. A in marg. 2; ib. BC: Item, eukaristie. 17. C: corporis; ib. A: vere. 18. BC: facit deest. 18. A: quam animam; B in marg.: Quante efficacie sit verbum, diligenter nota. 21. B: Linconensis; C in marg.: Lincoliensis. 22. A: excidit de opus. 23. A: perfeccioni. 24. A: nocivam. 25. A in marg.: 3. 30. A in marg.: 4; ib. BC: Item. 32. A: nam deest. 33. AC: ideo deest.

6. Lucae XI°, 28.

Digitized by Google

Iterum, si opus generacionis naturalis sit ultimate laudabile, multo magis opus generacionis spiritualis ad quod oportet Deum tam miraculose concurrere. Nam mater ecclesia que ex hoc opere parcialiter procreatur et sponsa Christi quam tam preeminenter inhabitat, attestantur super perfeccione evangelizacionis supra quodcunque opus aliud creature, et hinc apostolus cum suis discipulis non audebat sibi ascribere instrumentaliter imperfecte opus evangelizandi. *An experimentum,* inquit, *queritis eius qui in me loquitur dominus Jesus Christus.* Si itaque materia prima secundum philosophos appetit formam sicut mulier virum, quanto magis simplex christianus appeteret isto celesti lumine, scilicet verbo Dei informari, et cum ipsum sit cibus anime delicatissimus, patet quod casus appetitus hominis ab hoc cibo super morte periculosissima contestatur; qui enim oderit istud verbum est prope mortem secundam, ut diabolus, vel in illa; causa autem quare hoc verbum non est in nobis efficax sicut olim, est partim auditorii perversitas et partim evangelizantis iniquitas. Sicut enim in accione naturali passi indisposicio impedit accionem, sic in accione hac supernaturali, ut patet de Judeis et Christo et generaliter de evangelizando populo indurato. Immo auditorii iniquitas redundat quandoque in impedienciam predicantis; unde Ezechielis III°, 26 sic scribitur: *Linguam tuam adherere faciam palato tuo et eris mutus nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans* est.

Preaching is a spiritual begetting.

Et quantum ad vicium predicantis, patet quod nimis crebrescit evangelizacionis infeccio ex pravitate symoniaca, cum vix unum invenies quin preponderanter predicat propter laudem seculi vel lucrum commodi temporalis. Nec dubium quin illa intencio caritatem inficit predicantis. Et hec racio quare evangelizacio hodie tantum contempnitur. Deficit enim caritas et observancia primi mandati secunde tabule. Nam Exodi XX°, 12 sic scribitur: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longevus super terram.* Quod mandatum potest de triplici parente intelligi, primo de patre et

4th Commandment.

1. A in marg.: 5; ib. C: Item. 2, 3. BC: ad quam. 5. C: preeminentis. 6. B: attestatur. 11. A: Si XIII. 13. A: illo; ib. A: verbo Domini; ib. B in marg.: Quante appetere debent simplices verbum Dei. 16. C: odit. 18. B in marg.: Quare verbum Dei non tantum nunc proficit sicut olim. 24. A: in deest. 28. A: vicium quin preponderanter predicantis. 30. A: inveni. 35. A in marg.: Quartum mandatum. 37. A in marg.: 1.

9. II. Cor. XIII°, 3.

Digitized by Google

matre corporali quos filius debet naturaliter honorare.

Three kinds of of parents: 1. natural;

Sicut enim Deus est naturaliter super omnia diligendus, sic affeccione naturali parentes sunt principaliter diligendi, quia sicut nonnisi per Deum, sic nisi per ipsos (ut dicit Sapiens) filius non fuisset. Ideo iusticia Dei exigit quod filius in isto parente honorem retribuens habeat vite longitudinem ut plurimum tam in beatitudine quam in vita hac. Consistit autem honor iste non precipue in decapuciacione, in declinacione vel aliis nutibus secundum hominem introductis, sed reverenter dando parentibus in casu quo egeant subsidium ac ministerium temporale; sed precipue posito quod egeant ministerio virtutum in via Domini et posito quod sint mortui ministrando illis suffragium spirituale.

2. prelates;

Secunda maneries parentum est prelatus secum conversans | cum suis ovibus quas gubernat. Illum autem patrem spiritualem debes honorare, non ministrando temporalia nisi per accidens sed precipue ipsum in cura regiminis adiuvando. Hec enim est racio quare tam prepositi quam sue ecclesie tam a Deo quam homine sunt accepti. Divicie vero seculi ac honor mundanus copiosius communiter accidunt Antichristo. Ideo sepe filius talis parentis accommodando sibi vel accumulando mundana stercora ipsum turpiter dehonorat; unde officium talis regiminis tam subditi quam prelati propter causas multiplices debent scire. Oves autem talis prelati debent diligi tam corripiendo quam corrigendo quam eciam in necessitatis articulo relevando secundum regulas caritatis in quibus prelatus debet oves suas frequenter instruere. Et sic dilataretur caritas per totam ecclesiam.

Fol. 153a

3. Christ's manhood and his Church.

Tercia autem maneries parentum quos filius debet excellencius honorare sunt Christi humanitas et universalis ecclesia vel (ut placet aliquibus) mater sua. Christus enim est humanitus propinquior deitati, et ideo cum sit parens spiritualis cuilibet adoptato filio est amplius venerandus. Et per idem ecclesia cum racionem habuerit magis boni. Sed Maria mater Domini videtur ex hoc specialiter honoranda, cum ipsa fuit archa fidei et vir-

7. A: habeant. 8. A: quam hac; B in marg.: Quomodo debemus parentes honorare. 9. A: decapitacione. 11. BC: egeant deest. 11, 12. A: ac ministerium deest. 15. A in marg.: 2; B in marg.: Quomodo spirituales fratres debemus honorare; ib. Codd: sunt prelatus. 22. A: alius talis. 23. A: accommodando sibi deest. 31. A in marg.: 3; ib. C: Tercia vero. 38. BC: veneranda.

4, 5. Ecclesiastici VII, 30.

Digitized by Google

tutum in sancto sabbato Christo mortuo, et plus quam privati prelati habet racionem gignendi christicolas in virtute; sicut enim est mater misericordie, sic est mater aliarum virtutum que in filiis Dei spiritualiter pro-
5 creantur. Ideo (ut dicit apostolus) *saluta sepius hanc Mariam.* Nam credi debet tamquam probabile quod quicquid boni virtutis humano generi Christus immiserit, ipsum secundum racionem passivi principii conveniens est Marie.

How Mary is to be honoured.

10 Et patet quomodo totum peccatum regnans in seculo ex prevaricancia huius precepti exoritur. Nemo enim offendit in Deum nisi in hoc mandatum et alia cuncta offenderit, nec est huius mandati vel aliorum observancia nimis difficilis, cum servata in quolibet scola
15 virtutum est eo ipso generalis observancia mandatorum. Et ad tenendum illam viam debet racio naturalis concludere, cum nemo se ipsum diligit immo odit, nisi de quanto illam viam servaverit. Et revera si Christo vis facere reverenciam, sue ecclesie vel Marie, oportet quod
20 te exercites in virtute.

All sin springs from breaking this commendment.

Et hoc sufficit generaliter ad quamlibet observanciam mandatorum. Et si vis Christum vel matrem suam diligere, scias quod de tanto illos diligis atque placas de quanto declinas a malo et facis bonum virtutis.
25 Quod cum sit facilius quam scola diaboli, patet quante sunt homines increpandi qui dimittunt hanc viam compendiosam atque fructiferam et innituntur scole dispendiose, laboriose et finaliter dampnose. Unde si non haberem fidem preter rudimenta communia et
30 semitam racionis, viam scole Christi appeterem ac viam Antichristi aufugerem, quia didici tamquam certum principium quod scola peccati est laboriosa, racioni contraria et maxime sumptuosa, scola autem veritatis est condicionis contrarie, cum secundum partem eius
35 magis odibilem relinquit Deo honores et disponit se ad pacienciam, retribucionem immensam pro futuro seculo expectando; et cum racione cognoscimus perfecciora esse remociora a sensibilibus ac sensibilia

Love to Christ and his mother is shown by virtue.

1. A': in sancto deest; B in marg.: Quomodo Maria mater Christi est honoranda et quare. ib. A: postquam. 3. A: est et. 4. 5. A: procurantur. 13. A: offendent. 23. BC: eos diligis. 24. BC: si declinas. ib. A: facias. 25. A: sit deest. 28. AC: dispendiose deest. 29. A: communionis. 37. B: secundum racionem perfecciora; A habet lacunam. 38. A: esse remosius a sensibus.

5. Rom. XVI°, 6.

Digitized by Google

sensui presencia inperfectissima, scintillam habemus celestis luminis, quod lex Christi sit vera et lex sibi contraria nimis falsa.

SERMO XVII.

Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos et ait illis. Luce XVIII°, 31.

The lesson of this gospel is for all christians.

Doctrina huius evangelii nedum spectat principaliter ad prelatos sed redundat in singulos christianos. Debet enim christianus et pastor precipue pro ovibus suis cuncta que possidet, eciam corpus suum tribuere, quia ex fide debet cognoscere quod dans omnia ista in caritate debet a Deo retribucionem habundantem accipere. *Assumpsit* (inquam) *Jesus duodecim discipulos suos et ait illis* qualiter in loco sollempniori a suo genere pacietur. Competit enim pastori precipue quod animet suos discipulos quomodo debent similiter militare. Et hec racio quare Christus tam signanter et publice predixit suis discipulis tam improbam passionem. *Ecce*, inquit, *ascendimus Jerosolymam*, non coacti vel violencia tracti sed spontanea voluntate, *et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis.* Quamvis enim omnia que evenient de necessitate evenient, necessariora tamen sunt que Deus prius intendit, et sic cum scripta sua ad intra exarat specialius per prophetas, oportet illa omnia principalius consummari. *Tradetur enim Christus gentibus* ex voluntate eterna cui fuit summe obediens, *et illudetur et flagellabitur et conspuetur*, | ut patet ex processu evangelii in eventu dominice passionis. Cum enim voluit incorporare gentes in suam ecclesiam, oportuit quod ab

Christ foretold his passion to animate his followers.

Fol. 153[4]

1. A: sensu. 4. A in marg.: Dominica Quinquagesime. Sermo XVII. 5. A in marg.: sup. (singul. partes in marg. abscise sunt): *Respice* Luce XVIII; respice o peccator exterius que possedisti, quia mundum cum contentis; respice interius quid accepisti, quia dona cum sacramentis; respice inferius quid meruisti, quia infernum cum tormentis; respice superius quid amisisti, quia celum cum ornamentis; respice quid promisisti, quia fidem Deo et obedienciam; quid commisisti, quia culpam voluntariam; quid meruisti, quia penam perpetuam; quid amisisti, quia graciam et gloriam. Cecus sanatus debet respicere celum ut gaudeat de hereditate recuperata. Hic nisi aspiciebat etc. infernum ut timeat Matth. X^mo .... etc. *eum* etc. mundum ut fugiat Nahum III., *qui viderit te* etc. mandata ut impleat Eccl. I° *Salutare sacrificium* etc. Prov. III. paternum ut imitetur etc. *magnum gaudium* etc. Se ipsum ut humilietur se pro te Michee VI° *humiliacio tua* etc. 7. A: spectat specialiter. 10. C: et corpus. 12. C: habundatem. 15. C: precipue ut; A: precipuo. 20. Codd.: cum consummabuntur. 22. BC: necessitate eveniunt; ib. AB: necessaria. 23. BC: scriptura sua. 25. A: specialius consummari. 28. A: Cum itaque voluit incorporari.

4 Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold. Vol. I, p. 106—108.

Digitized by Google

eis et pro eis quodammodo paciatur. Et sicut persecucio gencium erat in Christo patencior, sic modo gencium ecclesia est mundo clarior. Gencium autem et Judeorum crimina portavit Dominus secundum vaticinium Ysaie.
5 Primo autem facta est Christo verbalis illusio, quia primo facta est homini per diabolum verbalis temptacio, sed post hec verba secuntur verbera, sicut diabolus post verba illusoria seminavit mendacia, et tercio commissa sunt crimina tamquam conspuicio lubrica, humanum
10 genus in radice turpancia. Oportuit enim quod Christi passio correspondeat proporcionaliter temptacioni primi hominis facte per ipsum diabolum. *Et post hanc flagellacionem occident Christum* finaliter, sicut homo descendens ab Jerusalem in Jericho et in latrones incidens
15 relictus fuerat semivivus. Sed nota quod homo iste descenderat de Jerusalem, sed Jesus econtra ascendit, quia fuit in modo vivendi contrarius primo Adam. Sed ad consolandum discipulos Christus prenunciat quomodo ipse *resurget* statim post mortem; et sic primus Adam
20 post lapsum statim penituit et habuit arras quomodo suo tempore fuerat redimendus. Aliter enim minus quam nostri doctores intelligeret verba Dei Gen. III°, 15 dicta serpenti: *Inimicicias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius, ipsa conteret caput tuum.* Si enim
25 femineus sexus fragilior et in peccato prior ac incitativior superabit diabolum, multo magis sexus masculinus condicionis opposite. Nec est diaboli completa superacio, nisi fuerit per virtutem peccato suo oppositam prede sue spoliacio ac ad dignitatem pristinam hominis lapsi
30 restitucio.

The degrees of Christ's passion.

Sed sicut apostoli vite carnali dediti nichil de hac passione Christi tunc intellexerant, sic filii carnales generis humani non illum redempcionis ordinem in lege veteri conceperunt. *Factum est autem, cum Jesus appro-*
35 *pinquaret Jericho, cecus quidam sedebat secus viam mendicans.* Cum autem non sit fas fideli credere quod iste eventus huius ceci mendicantis atque clamantis ex indifferencia fuit factus, oportet fidelem rimari in lumine

The blind man who sat by the wayside,

7. A: hec verba — post deest; C: secuntur et. 9. C: conspacio. 12. A: facte deest. 12. 13. Lucae l. c.: *et postquam flagellaverint occident eum.* 13. A: homo deest; B in marg.: Ascensio Christi in Jerusalem contraria descensui humani generis ab Jerusalem. 15. A: fuerat semen unius. 18. A: consolandum Christi. 21. A: nimis; sequitur lacuna. 22. A: intelligerent. 23. A: serpentis et; B: serpenti in. 28. 29. A: pride sue. 29. BC: ad deest. 32. BC: Christi deest. 33. A: in legi. 34. BC: ut cum. 35. B in marg.: Cecus mendicans quid significat. 36. A: Quando autem non. 36. 37. A: isti eventus.

Digitized by Google

a symbol of the apostles, who did not understand what Christ told them.

Domini quid figurat. Cum autem apostoli factum Christi eis narratum minus cognoverant, quod figurat ignorantiam humani generis de Messia, signanter iste cecus quoad lumen intelligencie signat ignorantes huius misterii in genere humano qui fuerant per Dominum lumine fidei illustrati. Et quamvis ista noticia in lege veteri paulative illuxerat, tamen transeunte Jesu per Jericho, hoc est, per iter viacionis volubilis, tamquam luna fidelibus prius cecatis magis sapuerat. Jericho enim (que interpretatur luna vel odor) alludit huic sentencie. Christus enim gessit proprietatem et nomen omnium prophetarum.

Christ was the antitype of all the prophets.

Sicut enim fuit Jacob (qui interpretatur supplantator, quia supplantavit diabolum, signatum per Esau), sic fuit odor agri pleni cui benedixit Dominus (ut dicitur Gen. XXVIII°); cuius odorem in parte senserant patriarche et magis fideles pro lege gracie. Ipse enim est plantacio rose in Jericho cuius odorem senserat iste cecus. Nec refert sive unus fuerat (ut dicit hoc evangelium) sive duo (ut dicitur Matth. XX). Nam secundum logicos: *Si duo ceci ibi fuerant, tunc et unus.* Et secundum theologos *duo ceci sunt unus cecus personaliter*, sicut duo genera hominum scilicet Judei et gentes loco duorum primorum parentum odorem senserant Jesu nostri. Odor enim qui est fama vel expiracio sapide veritatis fuit ab inicio de Jesu cum celesti moderamine expiratus; unde Apostolus II^a Cor. II°, 15: *Christi*, inquit, *bonus odor sumus Deo.* Nam tempore legis gracie Deus de membris Christi copiosius odoravit. Iste ergo cecus cum didicisset per noticiam bonam de genere et devocionem remissam quod Dominus pertransisset, clamavit instanter quod Jesus filius David misereatur sui relevando eius miseriam; unde Chrisostomus Omelia XIX: *Non habet*, inquit, *super terram quod amet qui bonum celeste in veritate gustaverit.* Sicut enim qui preciosum manducaverit cibum ei postmodum esca communis ingrata videtur, sic qui semel dulcedinem Christi bene

2, 3. BC: ignorancia. 4, 5. A: ministerii. 5. C: per Deum; A: hoc lumine. 6. A: fidei deest. 7. A: tamen deest. 8. A: volibilis. 10. B in marg.: Jericho quid significat iuxta interpretacionem. 15. A: Gen. II: BC. XXIX. 17. A: odorem deest; A in marg.: Nota. 20. C: et deest. 23. C: senserunt; A in marg.: odor. 24. A: lapide. 29. A: dedicisset. 31. A: miseriatur sui reservando. 32. A in marg.: Chrisostomus: A: XXIX. 33. A: qui amet. 35. A. postmodum; est superscript.

32. Chrysostomi Opp. (ed. Parisina altera) tom. V, pag. 168.

Digitized by Google

gustaverit terrenorum bonorum de cetero non multum sentit saporem. Quis enim non desideret ipsum quem adhuc ceci fide viderant et gustarunt? Ipse enim est *plantacio rose in Jericho* Eccl. XXIV, 18 sanctitatis rusticia
5 candida et passionis sanguine rubicunda que antequam inspiciatur odoratur. *Sed qui preibant*, frustrati a doctrina Christi, ut eis apparuit ex ceci clamore, *ipsum increpa-* The blind man represents the Gentiles.
Fol. 154a *verant ut taceret. Ipse autem* plus animatus ex odoris fragrancia | *clamabat validius* id quod prius. Credidit
10 enim ipsum esse verum Messiam venturum in mundum nedum ad salvandum Judeos sed gentes. Et cum David rex figurans Christum sit homo mitissimus ac in armis potestatis regalis validissimus, vocat eum signanter filium David. Cui nominacioni Christus nec annuens non negat
15 communiter petenti suffragium, cum instar David fuit simul potentissimus ac misericordissimus. Et patet quod Christus *habet cibum manducare* de gentibus *quem eius apostoli non noverunt.* Ideo supersedens ad tempus de apostolorum instruccione quod fuit eius stacio, iussit
20 ministris suis ut angelis atque hominibus et specialiter sancto Paulo adducere sibi gentes ac interna consideracione movens ipsas *quid vellent quod prius ipsis faceret, responderunt: Domine ut fideliter videamus.* Sicut enim intellectus est prior affectu ipsum dirigens in petitum,
25 sic fides inter omnes virtutes est cunctis substancia subiectum illuminans ad virtualiter procedendum. *Ideo cecus* post illuminacionem Christum constanter *sequitur Deum laudans;* quod patet impletum ad sensum misticum, postquam gentes ad Dominum sunt converse. *Et omnis*
30 *plebs* tam Judaica quam gentilis *ut vidit* istam conversionem graciosam ex indifferencia *laudat Deum.* Verumtamen in ista parabola non debet intelligi ad sensum misticum quod gentiles prius habeant fidem, devocionem vel bonum aliquod, antequam ipsam Dominus inspiravit;
35 sicut enim odorabile ad magnam distanciam alterat sensum olfactus, antequam ille sensus ipsum percepit,

1. A: gustavit; ib. A: de ceco; ib. B in marg.: Degustantes vere Christum in terrenis minime delectantur. 4. B: sanctitatis iusticia. 9. C: flagrancia; ib. A: clama || clamabat; ib. A: validus. 10. A: verbum Messiam. 12. A: rex deest; ib. A: in deest. 14. A: Cui nominacio nec. 20. C: et hominibus. 22. C: ipsos . . . eis faceret. 24. B: impetitum. 25. A: substanciam illuminans; ib. B in marg.: Fides est fundamentum ad agendum virtualiter. 27. A: cecus deest. 29. BC: ad Deum. 30. B: vidit deest. 31. ex; sic in codd. 34. C: inspiraverit. 35. A in marg.: Nota.

17. Joh. IV°, 32.

Digitized by Google

All good works are due to Christ's prevenience.

sic Christus diu disponit et mollificat infideles, antequam ipsi perceperint motum suum. Oportet enim in omni operacione boni prevencioni Christi tribuere primatum, cum ipse sit primus et novissimus sine cuius preagencia impossibile est creaturam aliquam operari. Et patet quomodo ex evangelio isto instruimur non timere temporale obprobrium atque penam, sic quod bonum prestancius ut bonum virtutis gracie et beatitudinis preponamus. Tunc enim non sumus illuminati cum hoc ceco, sequentes Christum, magnificantes debite Deum nostrum.

5th commandment against manslaughter.

Et ex hoc evangelio instruimur pertinenter cavere homicidium et per consequens secundum mandatum secunde tabule observare. Diabolus enim qui fuit homicida ab inicio, fecit in Christo et in membris suis totam tolleranciam huius pene. Et cum occisio vel homicidium equivocatur ad multa, suppono quod accipiatur in proposito pro iniusto homicidio fratris nostri. Et tunc potest racionabilitas huius precepti faciliter demonstrari. Nam totum mandatum secunde tabule docet finaliter quomodo debemus proximum nostrum diligere. Sed nichil est magis contrarium dileccioni tali quam fratris nostri iniusta occisio, ergo debemus ab illa generaliter precavere. Unde inter omnia peccata hoc est innaturalius et blasphemius; innaturalius quia iuxta Sapientem Eccl. XIII, 19: *Omne animal diligit sibi simile;* unde ad dileccionem individui speciei consimilis movet porcorum proprietas et sexus femineus pro defendencia sui fetus. Occisio autem secundum leges hominum est periculosa plurimum et perplexa, cum oportet ipsos fateri quod lex sua occidit plurimos et non conformiter legi Dei. Cum ergo principium fidei debet esse fidelibus quod in omni operacione hominis, ubi est a voluntate divina difformitas, est peccatum, patet quod nemo presumeret fratrem suum occidere nisi ex caritate et casu quo hoc sibi fuerit revelatum. Evangelium enim Matthei XVIII et Luce IX docet quomodo peccatores quos debemus magis odire ut maximos inimicos non debemus occidere sed post ternam correpcionem eorum communicanciam declinare.

Difficulties as to capital punishment.

1. C: disposuit. 2. C: perceperunt. 8, 9. BC: postponamus. 11. C: particulariter; B: corr.: pertinenter. 12. A in marg.: Quintum mandatum. 13. BC: enim deest. 13, 14. A: homicidia. 14. BC: in Christo deest; ib. BC: et membris. 15. B in marg.: Non occides: declaracio istius mandati. 24. BC: atque blasphemius. 26. A: individue. 27. A: feminius. 36. B: Matthei deest.

Digitized by Google

Nec scimus quod est eis utilius atque ecclesie sic occidi quam tamquam ethnicos declinari. Et cum ignoramus voluntatem Dei in talibus nec legem Dei habemus que occisionem talem autenticet, patet quomodo in tali homicidio latet presumpta blasphemia. Nam proprium est Deo animam creare et secundum disposicionem soli Deo cognitam ipsam corpori copulare et alias secundum indisposicionem sibi soli cognitam a corpore separare. Occidens ergo sic presumptuose assumit vindicacionem atque noticiam que Deo est propria. Ideo inter quatuor peccata ad Deum clamancia homicidium est primum atque precipuum. Nam Genesis IV°, 10 legitur quomodo Dominus dixit ad Caym: *En, sanguis fratris tui clamat* Fol. 154b *ad me de terra;* unde in Secretis Aristoteles | commonet Alexandrum ut caveat ab effusione sanguinis hominum. *Quando,* inquit, *creatura interficit hominem sibi similem, virtutes celorum clamabunt ad Deum dicentes: Domine, servus tuus vult esse tibi similis.* Et hec creditur racio quare signa in terra, in mari, in fluctibus ex effusione humani sanguinis nedum dicunt vindictam futuram in occisoribus sed commovent aquas et aerem, causando pestilencias et alios eventus insolitos, diem finalis iudicii figurantes (ut patet Luce XXI). Est autem triplex homicidium increpandum (ut patet Sermone VIII): Homicidium a manu, a lingua et mente; ymmo cum homicidium causatur ex inmisericordi subtraccione iuvaminis, patet ut quicunque est immunis ab homicidio, est immunis simpliciter a peccato. Et sic, si homicidium facit irregularem presbyterum, patet quanti sacerdotes et prelati specialiter sunt irregulares, cum a primo usque ad ultimum omnes subtrahunt spirituale suffragium nequiter occidendo. Et hec occisio causat apud Deum irregularitatem magis culpabilem quam occisio corporalis. Et patet quomodo manus utriusque brachii ecclesie plene sunt sanguine. Omne namque genus peccatorum sunt rei in isto crimine, ut superbi manibus occidendo,

It is assuming the prerogative of God.

Priests not doing their duty are guilty of spiritual homicide;

2. B in marg.: Nota de occisione. 12. C: et precipuum; A in marg.: Creare. 13. BC: ad deest. 14. A: in De Secretis secrete; BC: de in secretis Aristotelis; ib. A: commovit; A in marg.: Aristoteles. 16. A: Cum, inquit. 17. A in marg.: Nota pro homicidio. 18. A: hec deest. 19. A: et mari et fluctibus. 20. A: vidictam; ib. BC: in deest. 21. BC: causando deest. 24. A: ut deest; patet igitur; sequitur lacuna; B in marg.: Homicidium per totum. Homicidium triplex inculpandum et increpandum. 26. 27. A: in vanis patet quod. 29. A: irregularitas.

14. Hic locus apocryphus esse videtur.

Digitized by Google

invidi in animo odiendo, iracundi lingua vel manu percuciendo, accidi spirituale suffragium subtrahendo, avari a nutrimento corporis communiter defraudando, gulosi sustentacionem fratris culpabiliter consumendo, et luxuriosi, cum secundum Aristotelem bestie tempore coitus sunt feroces alios occidendo. Et (ut breviter dicam) cum totum genus viancium sit una persona, cuius cuiuslibet hominis culpa redundat quodammodo in totum corpus et inficit partem occisam, patet quod nullus criminosus potest a peccato homicidii excusari, et specialiter clerus est in isto crimine magis reus, cum occidit spiritualiter sibi subditos; quod est infinitum deterius quam occisio corporalis. Stat enim corporaliter occisum, ut patet de martyribus statissime advolare, sed occisus in anima morte secunda irremediabiliter est necatus. Unde in corporali occisione potest homo esse minister et adiutor Domini, sed in spirituali occisione necesse est ut fiat consors dyaboli. Et patet quam increpandi sunt clerici, notantes cronicam Constantini, dicentis quod *non accusaret sacerdotes fornicarios sed pocius pallio suo tegeret sacerdotem actualiter fornicantem.* Notant enim dictum apocrifum vel falsum vel stolidum atque turpe et non notant quomodo Phinees ex fide scripture Israelitam et Moabitam coeuntes insimul perforavit (ut patet Psalmo CV° 30 et Numeri XXV^to^); et hoc secundum fidem reputatum est ei ad iusticiam, sed stulticiam Constantini non legimus nec suadere scimus valere sibi ad meritum sed ad dampnacionem perpetuam prescitorum. De occisione vero lubricorum et sodomitice peccancium est in hoc loco racionabiliter omittendum, unum tamen notandum quod remissius erit terre Sodomorum in die iudicii quam tali spiritualiter occidenti. Et specialiter illi qui extinguit verbum Domini et occidit in concipientibus Dominum Jesum Christum. Ipsi enim sunt nedum

which is much worse than corporal.

1. A: lingua — percuciendo deest. 6. A in marg.: Nota quod totum genus viancium est una persona. 11. A: est deest; ib. A: occidi. 14. BC: stantissime. 18. A in marg.: Nota summe. 21. A fornicantes: ib. A: Noverant; B in marg.: Constantinus pocius pallio tegeret sacerdotem fornicantem quam accusaret. 23. A: noverant; ib. A: Finies. 24, 25. A: Psalmo; sequitur lacuna; BC: et Numeri XXV deest; A: XXV; sequitur lacuna. 27. BC: non legimus deest. 28. B: prescitarum. 31. A: notando; AB in marg.: Nota.

20. Hunc locum in Decreto sic invenies: Si invenirem clericum vel religiosum cum muliere turpiter agentem, ipsum ne ab aliis videretur, mea clamide cooperirem. Cf. et Martini Oppaviensis Chronicon M.M. Germaniae hist. SS. XXII°, 451.

Digitized by Google

cum Scarioth Domini traditores sed ipsius cum sacerdotibus et gentibus occisores. Ideo liberet nos Dominus ab occisione sacerdotum; ipsi enim post nactum dominium sunt multipliciter homicide.

5

SERMO XVIII.

Ductus est Jesus in desertum a spiritu. Matthei IV°, 1.

Christ's sufferings from fasting and temptation.

Hoc evangelium narrat triplicem penalitatem quam Dominus pro relevacione humani generis erat passus, scilicet ieiunium suum eximium, esuriem suam penalem
10 et a diabolo triplicem temptacionem. Nec dubium quin omnes circumstancie bonificantes meritum concurrebant. Nam baptizato Domino a Johanne statim peciit desertum post hoc eximium sacramentum, docens quod ut quis recipit a Deo ampliora carismata, plus debet in opere
15 ad edificacionem ecclesie agitari; nec a quocunque excitatus est hoc facere sed a spiritu sancto indubie, quia sicut scriptura nominando Dominum absolute intelligit Dominum dominorum, sic in proposito intelligit Spiritum Sanctum, nominando simpliciter spiritum.

20 Triplex autem ponitur causa quare Spiritus Sanctus ipsum duxerat in desertum. Prima ut sequestratus a mundo roget devocius pro sua ecclesia, secunda ut temptacio eius a diabolo supplantato sit evidencior, et tercia ut forma penitencie abstinendo ab actibus
25 mundanis ac ab actibus carnis et quibuscunque ad peccatum excitantibus sit nobis nocior, cum precipua pars penitencie sit ab illecebris abstinere. Nec licet
Fol. fideli discredere quin tota Christi conversacio quadra-
154ᵃ ginta diebus | sui ieiunii in deserto fuit sancte ecclesie

3. BC: a homicidio. 4. B: homicide etc. 5. A in marg.: Dominica prima Quadragesime. AB in marg.: XVIII. 6. A in marg.: *Ductus est Jesus in desertum a spiritu, ut temptaretur a diabolo,* Matthei IV. Hic tria notantur, primo ductus vel exitus voluntarius; ibi *ductus est Jesus a spiritu,* scilicet proprio. Secundo locus solitarius; ibi: *desertum* . . . actus necessarius, *ut temptaretur a diabolo.* In primo notatur divine mansuetudinis humilitas, in secundo mundane . . . . litudinis sterilitas, in tercio humane temptacionis utilitas . . . . tribus fuit Christus temptatus: In immoderate . . . ditate epulan . . . , in inordinata cupiditate posside . . . . et in elata van . . . gloriandi; contra tria sunt opponen . . . carnis maceracio; carnem edomat . . . . rum distribucio que pro . . . . communicat, cordis . . . . tricio que men . . . . humiliat. 11. A: meritum continebant. 13. BC: ut deest. 15, 16. BC: exhortatus est. 20. B in marg.: Spiritus Sanctus quare Christum duxit in desertum causa triplex. 21. A in marg.: 1. 22. BC: de mundo; A in marg.: 2. 24. A in marg.: 3. 25. C: ac ab carnis. 27. A: illicebris. 29. BC: sancta ecclesie.

5. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 109—112.

Digitized by Google

sue proficiens et undique cedens christianis ad spirituale commodum et exemplum. Jeiunavit autem solum quadraginta diebus sed sine cibo et potu simpliciter (ut patet Luce IV°, 1), quia per hoc Deus mussitacionem diaboli moderavit, ut propter excessum sui ieiunii supra Moysen et Helyam non ipsum esse Messyam, Deum et hominem probabili coniectura convinceret. Moyses enim ieiunavit quadraginta diebus (ut patet Exodi XXIV et XXXIV) et Helyas iterum quadraginta diebus (ut patet III Reg. XIX), sed Christus utroque penalius, quia in vivaciori etate fuit in deserto cum bestiis (ut dicitur Marci I, 13). Moyses enim fuit in monte cum Domino, et Helias, quid in fortitudine cibi prioris, quid in occupacione incussi timoris et quid in ebetacione digerentis caloris, non habuit tantam penam, ut habuit Dominus ieiunando, et istam subtilitatem ignoravit diabolus. Quod autem completo ieiunio Dominus esuriit tam acute, dedit diabolo evidenciam contra alias evidencias quod fuit purus homo. Nam sceptri ablacio, ebdomadarum complecio et partus ex virgine cum aliis signis sanctitatis dederunt evidencias diabolo quod Christus fuit verus Deus et homo, cuius incarnacio in lege veteri est promissa (ut patet Genesis XLIX°, Danielis IX° et sepe alibi in prophetis) et supra hec omnia Spiritus Sancti testificacio in baptizacione Domini a Johanne.

Christ's fast more painful than those of Moses and Elijah.

The temptation was triple;

Temptavit autem hic stultificatus sophista Christum temptacione triplici propter ista: Et primo de gula ad quam credidit Christum esse ex esurie magis pronum. Inmiscuit tamen meandros alios magis eius versuciam colorantes. *Si filius Dei es*, inquit, *dic ut lapides isti panes fiant*, ubi immiscuit temptacionem superbie et gravavit propositum peccati gule, cum inordinata assumpcio cibi communis culpam famelici magis gravat. Et in evidenciam quod ista extollencia fuit Christo possibilis allegavit (ut patet de facto Dei multiplici in lege veteri). Sed Christus volens diabolum in cautela propria superare respondit conformiter per scripturam Deuteronomii VIII, 5: *Non in solo pane vivit homo, sed*

I. to gluttony,

1. BC: et deest; ib. A undique sedens. 3. A in marg.: Jeiunium Christi; ib. B in marg.: Quadraginta diebus Christus quare ieiunavit; ib. BC: vel potu; ib. C: simpliciter deest. 7. A in marg.: Moyses. 9. A in marg.: Helias. 10. BC: sic Christus. 10, 11. A: quia vivacius. 12. BC: Moyses autem. 14. A: ebitacione; B: ebetate; C: etate; ib. A: digenerentis. 19. A: septri. 21. BC: fuerat. 23. A: XLIX et IX desunt. 26. C: autem deest. 27. A in marg.: Triplex temptacio Christi 1; B in marg.: Triplici temptacione Christum temptavit satanas propter ista. 30. A: iste. 33. B: magis generat. 34. BC: In evidencia.

Digitized by Google

in omni verbo quod procedit de ore Dei. Cum ergo verbum Dei sit pastus interioris hominis et pane materiali prestancius (ut patet ex dictis), patet cecitas evidencie diaboli quod Christus superbiendo faceret istud propter
5 suam esuriem; cum racio necessitat quod pastus anime qui non potuit Christo deficere, fuerat magis placens, et postponere magis bonum pro minus bono foret in Christo nimis culpabile. Cum enim cibus spiritualis eciam pascit corpus, mitigando vel nutriendo calorem
10 naturalem ne consumat humidum radicale, ut patet de Moyse quadraginta diebus pasto per verba Domini melius quam cibo corporali (ut patet Exodi XXIV et XXXIIII°), patet nuditas argumenti diaboli quod Christus hoc faceret propter esuriem extinguendam.

15 Secundo diabolus temptavit Christum deferendo eum per Jerusalem et statuendo eum super deambulatoria templi, et hec temptacio direccius tendebat ut diabolus Christum faceret superbire. Nam homo delatus, ac si volaret super tam solempnem civitatem et post in loco
20 tam solempni, sicut fuit pinnaculum templi, per se descenderet, exhinc a probabili superbiret. Et hic sensus videtur ex textu elici, cum diabolus Christum assumpsit in sanctam civitatem et eum statuit supra templi pinnaculum. Si enim permissus est habere super corpus
25 Christi tantam potenciam, ut ipsum de terris elevet, verisimile est quod in evidenciam sue temptacionis per locum talem veheret ubi evidencius superbiret. Ideo ista preposicio insignat circumstanciam superioritatis quoad civitatem Jerusalem. Sed putatur a probabili quod
30 Dominus percussit populum civitatis acrisia, quod non viderent delacionem Christi per illam, quia aliter foret eius delacio plus famosa. Et in hoc docet mitigacionem temptacionis diaboli, ne membris Christi tantum noceat ut intendit. Et allegavit diabolus scripturam Psalmi
35 LXXXX[i], 11 de Messia, quomodo *Deus angelis suis mandavit ut tollant ipsum in manibus, ne forte offendat ad lapidem pedem suum.* Nec mirum cum permisit malum angelum ipsum per tantum spacium sic deferre. Sed Christus respondit sibi per scripturam Deuteronomii
40 VI[to], 16: *Scriptum est, non temptabis Dominum, Deum tuum.* Ad quid ergo oportuit Christum in aere se ipsum

II. to pride.

It is thought that Christ was not seen to be carried through the air.

2. A: Dei deest. 6. C: potest. 13, 14. BC: hec fecerat. 15. A in marg.: 2. 16. C: statuendo super. 20. B: solempni; in marg.: sublimi. 22. A: supersignat. 29, 30. C: quod Deus. 36. BC: forte deest. 37. BC: mirum quod. 38. A: spacii. 40. AB: Scriptum est deest.

Digitized by Google

deprimere, quando per gradus leviter descendere potuit paulative; tunc enim generaliter quis temptat Deum, quando querit experimentum de Dei virtute sine inevitabili necessitate, unde | racionabiliter probacio ferri candentis et monomachie cum eis similibus ab ecclesia prohibetur. Cum ergo christianus debet continue factis edificatoriis occupari, quid prodest incantacionibus vel experimentis attendere? Revera nichil, sicut multa studia curiosa nisi ut filii Belial superbe magnificent nomen suum.

Ordeal and trial by battle rightly forbidden.

Fol. 154[a]

III. to avarice.

Tercio temptavit diabolus Christum de avaricia immiscendo cautelose superbiam atque blasfemiam, dum assumpsit eum in montem excelsum valde et verbis ac nutibus ostendit illi amenitatem et gloriam omnium regnorum nostre habitabilis, false promittens quod dare non potuit et condicionem blasfemam adiunxit: *Hec omnia*, inquit, *tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Et cum scriptura sacra non sit sibi ipsi contraria, Satan deficiens in hoc tercio signo, scripturam non allegavit pro sua sentencia roboranda, sed Christus docens quomodo homo debet in causa propria iniurias tollerare, sed in causa Dei que directe sapit blasphemiam insanire, diabolum propter expressionem huius similitudinis, acucius reprobavit. *Vade*, inquit, *satana;* nam perantea potuit dyabolus credidisse Christum fuisse deceptum et cum ipso tamquam homine pertractasse; sed vocando eum *Satanam* innuit eius noticiam et diaboli versuciam voluntati Domini adversantem. Sed quia Dei est supplere defectum in diabolo apparentem, allegat Christus scripturam Deuteronomii VI° dicentem quod *solus Deus est latria adorandus.* Modica ergo foret Christo in ope evidencia propter ficticias horum regnorum coram ipso Sathan cadere et ipsum ydolatria, cum non sit alius cultus pertinencior, adorare. Et in ista gloriosa victoria diabolus superatus, quid pre confusione, quid divino iudicio, descenderat ad infernum, et angeli qui prius elongabantur ut diabolus illuderetur et victoria Christi foret prestancior, accesserunt ministrantes sibi ut summo Domino finaliter serviendo.

3. AB: in deest; B in marg.: Quando quis dicitur temptare Deum et contra incantaciones. 6. BC: continue deest. 11. A in marg.: 3. 11, 12. BC: in miscendo. 15. BC: terre habitabilis. 16. BC: et deest; A: condicioni blasphemiam adiunxerit. 20. B in marg.: Homo tolerare debet iniurias proprias, non autem Dei. 24. C: per ante. 25. A: Christus credidisse; C: disseptum. 26. C: contrectasse. 27. A: eis noticiam. 31. A: Christo inopi. 37. C: ut et.

Digitized by Google

Cum autem quecunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, in ista temptacione Christi triplici specialiter singule sillabe sunt notande, ut ex facto Christi quo superavit diabolum notemus fidelius quomodo eius temptacio est proporcionabiliter superanda. Nemo enim membrorum Christi sive diaboli temptatur inicialiter sive finaliter nisi in aliquo horum trium.

Our temptations are the same as Christ's.

Nec patet fidelibus temptantis resistencia nisi faciant Christo similiter convincendo diabolum ex scriptura. Unde inter omnes instinctus diaboli in illis Antichristi discipulis secta sua plus evidet, qui nituntur auctoritatem scripture destruere et eius allegacionem ex defamacione falsitatis supprimere. Dicunt enim membra diaboli in nostro tempore quod scriptura sacra est in pluri parte falsissima; quod presumere diabolus non audebat, quando contra Christum temptacionem callidissimam exercebat. Allegavit enim scripturam sed secundum infamem numerum, ut noverat Christum velle. Sed Christus qui est plenum vestigium trinitatis ex allegacione scripture in loco triplici diabolum confundebat. Antichristi vero discipuli ad hoc laborant sollicite, ut scriptura sacra propter sue falsitatis patenciam nullociens allegetur. Et istud indubie ultra satane rabiem nunc per Antichristi discipulos est temptatum. Christus enim tacendo asseruit lapides de possibili fore panes, et diabolus allegando hanc legem Domini tacendo alias docet illam esse magis autenticam et per eam esse diaboli versuciam obdurandam. Nec dubium quin virtute huius responsionis Christi triplicis sunt omnes insultus temptacionis diaboli superandi. Compleamus ergo quod in hac trina responsione Christi includitur et ligato diabolo possidebimus de ipso gloriosam victoriam; quando enim temptamur ab incitamentis carnalibus, teneamus in memoria actuali quomodo delectacio spiritualis est melior et non confundamur ceca temptacione diaboli ut meliori postposito deterius eligamus. Et quoad secundam temptacionem

We too should meet the tempter with scripture, in spite of Antichrist's disciples;

and so we can overcome temptations I. of the flesh.

1. BC: quecunque deest. 8. A: resistancia. 12. A in marg.: Nota pro veritate scripture sacre; B in marg.: Dicentes scripturam sacram alicubi esse falsam plus presumunt quam diabolus. 14. AB: in deest. 19. Cf. Eccl. 4. 31. 20. A: confundebat. ib. A in marg.: inf.:

Os Dei dicitur { sacra scriptura Ysaie XXX° os *meum non* etc.
predicator Jeremie III° *si separandus* etc.
filius Dei Canticorum I° *osculetur me* etc.

26. A: tacendo deest. 27. A: versuam obtinandas. 29, 30. A: superande. 31. A in marg.: Nota consilium. 32. A in marg.: 1. 35. A: melius postposito deteriori: A in marg.: 2. 36. A: et quomodo de secunda temptacione.

Digitized by Google

II. of pride, quando de superbia vel status altitudine incitamur, recolamus recenter quomodo tenendo securam partem et postponendo periculum est diaboli temptacio fugienda.

III. of avarice. Et quoad terciam temptacionem de superba avaricia cogitemus recencius quomodo contra deitatis preceptum est quemcunque hominem et specialiter ecclesiasticum iniquitatis mammona pregravari, sed quilibet contentetur in affluencia temporalium que sunt necessaria ad ministerium sibi debitum adimplendum. Nam sive reges sive magnates sive prelati debent in isto moderamine contentari, et licet totus mundus in isto triplici responso Christi deviet, cum aliter nemo in aliquo crimine irretitur, clerici tamen specialius in ista tempta | cione Fol. 155a tercia superantur; nam cadentes adorant diabolum, ut possessione superflua ac impertinenti ad eorum officium sint ditati, cum non dicunt Antichristo false distribuenti prebendas ecclesiasticas et alias dignitates: *Vade satana non temptabis Dominum Deum tuum*, sed pocius adorant eum et sibi serviunt plus quam Deo. Nec est similitudo diaboli et Antichristi sic distribuendi dignitates ecclesiasticas valde impertinens, cum diabolus de regnis sibi distantibus atque incognitis pretendebat se habere noticiam, sed plus Antichristus blasphemat in pretendendo se habere omnium beneficiorum ecclesiasticorum noticiam.

Avarice is the special temptation of the clergy.

They worship Antichrist when he has prebends and dignities to distribute;

Secundo sicut diabolus mentitus est se daturum Christo omnia illa regna, si perficiat ydolatriam quam affectat, sic Antichristus plus mentitus est secundum leges quas false statuit quod conferret dignitates huiusmodi, sic tamen quod dimissa lege Christi serviant sibi et pro arris conferant primos fructus.

and offer first fruits as a pledge of their service.

Et tercio diabolus contentatus est quod Christus ipsum latenter adoret et serviat, sed Antichristus vendicat quod sibi patencius secundum leges falsissimas toti mundo cognitas infidelius serviatur. Et ex isto patet quam spissim sextum mandatum decalogi est solutum. Nam Exodi XX° hoc mandatum exprimitur in hoc verbo:

Antichrist requires more public service than did the devil.

1. A: status in similitudine. 3. BC: Dei temptacio. 4. A: superba deest; BC: ex superba. 5. A: divinitatis. 7. A: iniquitatis mammona per; sequitur lacuna. 10. B in marg.: Nota quod prelati debent in affluencia temporalium necessaria ad suum ministerium contentari contradicit sibi in multis; ib. B in marg.: Nota. 16. B in marg.: Adorantes Antichristum propter beneficiorum adepcionem. 17. A: ecclesias dignitates. 18. B: Deum cum; ib. A in marg.: 1. 22. C: in distantibus. 26. A in marg.: 2. 29. AB: huius, sic. 35. A: ex isto claret; ib. A in marg.: Sextum mandatum. 37. A: mandatum deest.

Digitized by Google

Non mechaberis. Et cum Christus debet esse sponsus tocius ecclesie et cuiuslibet membri sui, patet quod quilibet qui offendit in mandatum aliquod, de tanto est mechus spiritualis (ut sepe explicat scriptura prophetica). Aliter enim luxuriantes fornicacione simplici haberent excusacionem in prevaricacione huius mandati, cum ut false defenditur, non precipitur nisi corporaliter non mechari. Apostolus tamen ad Ephesos V° dicit quod *omnis fornicator aut avarus non habet hereditatem in regno Christi et Dei*, hoc est, omnis qui istis criminibus est finaliter irretitus; unde triplex mechacio est signata, scilicet corporalis, spiritualis vel mixta corporalis. Quatuor modis potest contingere, ut quando vir coniugatus alienam coniugatam cognoscit, vel aliam non coniugatam, tercio quando uxor coniugata ad incitacionem suam alieno coniugato supponitur quod est turpissimum, sed quarto quando homini non coniugato gratis supponitur. Nec caret huius mandati prevaricacio obvia racionis, cum nemo diligit illum proximum coniugatum cuius parte, hoc est, uxore abutitur isto modo. Et idem iudicatur conformiter de uxore. Loquendo autem spiritualiter quicunque homo mechatur cum ipso diabolo, cum in aliquo eius temptacionis triplicis sibi consenserit modo dicto. Mixtim autem tam corporaliter quam spiritualiter mechatur quilibet qui corporaliter est mechatus. Et est dampnum mechie nimis sensibile, cum ex illa patenter oriuntur pugne, hereditaciones false et coniugaciones que in dehonoracionibus parentum naturalium illegaliter sunt exorte. Maxime autem nocet spiritualis mechia, quando sponsus ecclesie Christus dimittitur et diabolo adheretur. Unde secundum Lincolniensem sic est in ista mechia, sicut foret abiecte sponse cum sponso ditissimo, castissimo et pulcherrimo accumbenti que meretricando cum adultero turpissimo clam eum in lectum introduceret et dimisso sponso pulcro predicto hoc turpe monstrum amplexata fuerit impudice. Sic est de omni existente in gracia secundum presentem iusticiam qui dimissis legibus Christi cautelas diaboli imitatur. Ideo

6th commandment.

Various forms of adultery.

Spiritual adultery the most harmful.

1. B in marg.: Non mechaberis. Mandatum sextum declaratur et quomodo violatur. 8. C: ad deest. 12. B in marg.: Forncacio triplex legitur et quot modis quelibet illarum habet (rectius: potest) fieri. 17. A: non deest. 21. 22. BC: quicunque autem. 23. BC: aliqua. 24. A: vel dicto. 27. A: pungere. 30. A: Christus deest. 32. BC: obiecte. 33. C et deest; B: occumbenti.

Digitized by Google

non mirum si propter istam mechiam sponsus ecclesie sit multipliciter offensus.

Materiam autem exortacionis potest evangelizans secundum pertinenciam auditorii dilatare.

SERMO XIX.

Egressus Jesus secessit in partes Tyri et Sydonis. Matthei XV°, 21.

The story of the woman of Canaan.

Quantum ad sensum literalem huius evangelii est plana litera, cum Tyrus et Sydon, licet in primis fuerint civitates terre promissionis prope montem Libani, quia tamen Judei non suffecerunt omnes gentes de terra promissionis expellere, ideo ista terra inhabitata est tempore Domini per gentiles. Nec ergo mulier egressa de finibus illis venit primo ad domum locutura cum Christo (ut patet Marci VII°), sed quia non audivit ipsam ibidem, secuta est eum in via rogans ipsum instancius sanare filiam suam que male a demonio vexabatur. Sed Christus non obstantibus discipulorum rogacionibus differebat implecionem peticionis huius gentilis femine. Et subdidit racionem, quia *non est missus* a Deo *nisi ad curandum egrotos domus Israel*, quod est ad literam satis verum. Et non obstante quod Christus vere implicat *gentilem populum esse canem*, ipsa tamen | assercionem Christi concedens superaddidit quod *canes saturari debent de micis dominorum cadentibus.* Et Christus propter intellectum misticum huius verbi parabolici votum huius femine statim implet. Sed pro sensu mistico morali et allegorico est notandum quod hec mulier moraliter figurat animam a Dei coniugio alienam, cui est pernecessarium post instinctum Domini pro sanacione sua et sue filie exorare, intelligendo moraliter per hanc feminam anime seducte substanciam et per eius filiam opera sua bona de genere, que quantum ad racionem

Fol. 155b

Its mystical meaning.

2. BC: multipliciter deest. 3. Codd.: evangelicus. 5. A in marg.: Dominica secunda Quadragesime. 9. A: fuerit. 11. A: tam; ib. A: sufficierunt. 12. BC: illa. 13. A: Nec est. 15. A: Matth. I. 17. A in marg.: sup. fol. 155a: *Filia mea male a demonio vexatur* Matthei XV. Filia Dei est anima humana, que male a Domino vexatur, dum subiugatur animarum tortoribus, dum sauciatur culparum vulneribus, dum deputatur penarum carceribus. 18. BC: rogati deferebat. 19. BC: peticionis deest. 21. A: egrotos. 24. A: superaddit. 25. A in marg.: Sensus moralis. 29. B in marg.: Mulier cuius filia liberata est a Deo animam signat. 30. BC: necessarium; A: instictum. 32. A: eius.

5. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 113.

Digitized by Google

meriti a multis demonibus sunt vexata; diabolus enim dicit quod opera illa pro salute nostra sufficiunt; ymmo quando illudit menti, profundius dicit quod pro habenda maiori mercede ipsum sufficit adorare. Sed consciencia ex naturali instinctu isti sentencie contradicens rogat Deum instancius, non obstante satraparum iudicio quod vivat et agat voluntati Dei conformiter et non in erroribus demonii seducatur.

Danger of trusting to our good works.

Christus autem defert peticionem ad devocionem et meritum acuendum. Ex quo patet quod debemus perseverare orantes, et si deficimus a petito vel si sustinemus opprobria propter spem mercedis future que sperantibus simpliciter non defertur. Sic enim hec mulier gentilis comparata cani propter vehemenciam fidei dixit quod gentiles tamquam canes respectu Judeorum (ut patet I Reg. XVII, 43) aliquid participabunt de eorum cibo spirituali, ut catelli *edent de micis dominorum*. Christus autem licet fuit apostolus principaliter Judeorum ad confirmandas promissiones quas fecerat patriarchis (et meminit apostolus ad Romanos XV°, 8: *Dico*, inquit, *Jesum Christum ministrum fuisse circumcisionis ad confirmandas promissiones patrum)*, tamen rarenter predicavit vel fecit miracula in gentibus ad figurandum ecclesiam gencium futuram per eius discipulos inserendam. Et cum Judeus interpretatur confitens, patet quod solum sic confitentibus ad salutem eorum perpetuam erat missus, quod populus gentilis tamquam mulier ista, concipiens in peticione ista predicta, non obstante reprobacione Judaica, in peticione instancius perseverat. Et hec est doctrina apostoli I Thess. V°, 17: *Sine intermissione*, inquit, *orate*. Et patet sensus allegoricus ab hoc evangelio extrahendus; sed nos notabiliter sensui morali debemus intendere, cum iuxta doctrinam evangelii proximi debemus temptacioni diaboli triplici tripliciter respondere. Nec sufficimus a nobis quasi ex nobis meritorie eciam cogitare; ideo non superest nisi ut demus operam oracioni ut Deus adiuvet insufficienciam, qua sua fabrica occupatur. Et si suppositis dictis de fide Sermone XIII oportet sibi aptare oracionem et

Christ puts off the petition in order to sharpen entreaty.

Need of prayer.

Of ourselves we cannot even think as we ought.

1. A: a multis devocionibus. 2. BC: ymmo deest. 4. A: mercedi. 6. C: dominum. 9. A in marg.: Nota de perseverancia. 16. A: Reg. sequitur lacuna; B. Reg. XV. 17. B: edunt. 19. A: ad deest. 25. A: cum Deus. 27. A: quod gens Judaica tamquam. 28. A: in deest. 29. BC: in deest. 32. A: extrahendo. 35. BC: tamquam a. 36. A: ideo deest. 37. A: operam deest. 38. A: quia sua. 39. A: Sermone XIV.

Digitized by Google

devocionem, ut advolet ad superna. Nam fide credimus quod *non est personarum accepcio apud Deum, sed in omni gente vel supposito observante eius iusticiam eo ipso misericorditer est acceptus* (ut dicit beatus Petrus Act. X). Unde Christus in sua conversacione inculcavit multa miracula et dicta consolatoria ad gentiles, ut patet tam de militibus quam de feminis figurantibus incorporacionem gencium in fide ecclesie.

We must pray for merit, since we cannot be saved without it.

Sed credi oportet ulterius quod est contra racionem meriti, ut quis acceptetur a Domino ad beatitudinem nisi in persona propria mereatur. Ideo necesse est pulsare Dominum per has alas, ut per continuam oracionem et trahentem devocionem. Nam in odorem delectacionis celestis oportet Deum servos suos trahere et ipsos ne corruant suppliciter exorare. Et sicut hec mulier Chananea intellexit parabolam, quomodo gentes ydola mortua colentes, ut canes cadavera, intellexit et per panes filiorum cibum spiritualem Judeorum, ut doctrinam Christi atque miracula, et tercio intellexit dictum Christi: *Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus* ad sensum interrogativum et non simpliciter negativum, cum dixit eciam: *Domine;* et ita asseruit de hoc dicto Christi partem affirmativam per aptam similitudinem de catellis. Sicut enim catelli disciplinabiles de impinguatis scissoriis nutriuntur, ita gentes in fide nutribiles secundarie per cibum spiritualem ad Dominum convertuntur, quos indicat Chanaan vel Chananeus interpretatum mutatum vel mutatus, sic omnes hos sensus et plures alios subtiles intelligunt gentem que ad fidem Domini sunt mutate. (Et dilatanda est materia sermonis secundum quod expedit populo audienti.)

7th commandment.

Omnino autem christianus debet notare observanciam mandati septimi: *Ne furetur.* Generaliter autem loquendo, cum Deus sit universalis dominus tocius mundi et

1. B in marg.: Deus non est acceptor personarum; A in marg.: 1. 3. A: anni gente; C: genti. 7, 8. A: incorporacio. 10. A in marg.: 2. 13. B: suam in odorem. 14. C: servos servos. 15. A: simpliciter. 16. A: parabola; ib. BC: sint ydola. 17. A: canes deest. 18. A: panem. ib. A: ut deest. 19. A: mirabilia; et deest. 21. A: et deest. 22. A: ita deest. 23. B: Christi per; C: per apertam similitudinem. 25. A: pressoriis. 26. BC: Deum. 28. C: imitacio vel imitatus. A: hoc sensus. 29. A: Domini deest. 30. Et dilatanda seqq. Cf. pag. 128. l. 3. 4. pag. 133. l. 11. These passages look as if the sermons were prepared partly as materials and models for Wyclif's poor priests. Cf. Arnold's preface. S. E. W. LXV. (20). 33. A in marg.: Septimum mandatum: ib. B in marg.: *Non furaberis* et quomodo istud violatur.

4. Act. Ap. X, 35: *Sed in omni gente, qui timet eum et operatur iusticiam, acceptus est illi.*

Digitized by Google

Fol. 155a quilibet imperator vel rex est servus huius | Domini vel ballivus, patet quod quicunque, consumendo bona huius Domini et non ministrando sibi fideliter, de tanto est huic Domino fur et latro; fur in casu quo per ypocrisim simul et sanctitatem, et latro in casu quo per amfractus seculi apponit patencius diligencius ad rapinam.

All who do not serve God truly are thieves.

Ex quo patet quod quicunque culpa aliqua maculatur ut sic est in bonis Dei quecunque occupat fur et latro. Et patet convertencia huius mandati cum ceteris. Nemo enim capit usum elementi vel terre, aeris, luminis vel alterius influencie celestis membrorum vel alterius boni corporis quin ut sic obligatur ut in gracia serviat Deo suo, et per consequens deficiendo in isto et continuando in dictis abusibus est Dei sui proditor atque latro. Et patet quomodo contingit furari tripliciter bona Dei, primo secundum legem Dei predictam bona sua a fidelibus culpabiliter auferendo, secundo bona proximi pure secundum leges hominum subtrahendo, et tercio mixtim bona proximi secundum legem Dei et hominum irracionabiliter accipiendo. Primum autem furtum quod est generale in quocunque culpabiliter vivente in hoc seculo non pensatur; et tamen in eius opposito fundatur iusticia generalis; sed oportet ad eius discrecionem pure legem Dei cognoscere. Secundum autem furtum quod pensatur tantummodo apud mundum sapit sepe iniusticiam, cum in talibus adinvencionibus humanis tradiciones hominum ut plurimum sunt inique; unde sicut licet in tempore necessitatis accipere bona ecclesie sine furto, sic licet virtuoso pro semper accipere bona cuiuslibet secundum legem nature, qua cuncta debent esse communia. Et hec racio quare quidam asserunt quod vulgares et pauperes regnorum non debent onerari tallagiis inconsuetis, antequam

Three kinds of theft:

I. Living sinfully.

II. Taking what by human law is our neighbour's.

1. A: est deest. 2. ballivus; ib. B in marg.: Wladarz; (verb. Bohem.) id est, possessor seu dominus terrae seu praefectus. 4. A: fur quod quo; C: fur deest. A: quod per. 5. A: quo deest. 7. A: aliqua deest. 12. A: Domino. 13. A consequens continuando. 14. A in marg.: Quod tripliciter contingit furari. 18. A: leges hominum — legem deest. 20. A: et accipiendo. A: furtum in cod. fructum. 23. A in marg. fol. sup. 155b: *Audite non quandoque ad voluntatem, sed non utilitatem sicut demones*, Matthei VIII. Ad utilitatem sed non voluptatem sicut Paulum; ad voluntatem utilitatem sicut apostolos in missione Spiritus Sancti; ad utrumque ut supra, sicut Salomonem III. Reg. IIIe. Neutro modo ut in Antiocho II. Mac. IX. Christus distulit audire mulierem hanc, primo ut eam oportunius audiret, secundo ut pacienciam eius probaret, tercio ut in oracione perseverare doceret, Luce II. *Si etc.*; quarto ut eius humilitatem aliis manifestaret; quinto ut desiderium dilacione accresceret; sexto ut doctrinam propriam servaret, Matthei XX *in vic.* (?). 26. A: iusticiam. 31. A in marg.: Nota. 33. A: insuetis.

Digitized by Google

To confiscate Church-property were better than to overtax the poor.

totum patrimonium quo clerus dotatur deficiat. Cum enim secundum leges multiplices et racionem dictam alibi illa debent esse bona pauperum, patet quod magis pertinens et paracius in casu quo oportet etiam ipsa bona in nomine pauperum acceptare; nec est periculum in spoliacione ecclesie, quia legi et ordinacioni Dei foret consonum quod clerus nichil talium penitus possideret.

English and Germans should join to restore Christ's ordinance of poverty.

Benedicta ergo foret ablacio per quam foret ordinacionis Christi prime restitucio, et quam graciosa foret Anglicorum et Almannorum confederacio per quam restitueretur in ecclesia Christi ordinacio. Nam per Constantinum nacione Anglicum in tali dotacione stulta ecclesia primitus est fedata. Ideo utinam per Anglicos et suos complices a talibus erroribus sit purgata. Nec obstat nisi brachii secularis accidia et Antichristi confederacio ac ficta mendacia. Non enim est lex valida contra Christum, ideo non oportet timere baptizatum furtum in ablacione bonorum ecclesie quod nostri vocant sacrilegium. Oportet tamen notare quod dictum ablatum virtuose et ad edificacionem ecclesie sit expensum; quod licet foret difficile, est tamen possibile et precavens maius malum. Nam symonia et monstruosa dominacio cleri et error suus in ministerio sunt amplius venenosa quam a probabili forent cuncta ablacionis talis pericula.

Property so taken must be rightly spent.

Punishment of theft is sometimes unjust.

In secundo autem furto currunt incarceracio, suspensio et multiplex furatorum punicio; et sicut nescimus fundare occupacionis talis iusticiam, sic nec punicionis talium equitatem. Videtur enim multis quod clerus occupans de istis bonis ultra necessitatem ad suum ministerium iniuste occupat quicquid habet, et per consequens, auferens ipsa a tali discolo non propterea aufert sua sed ad maiorem utilitatem ecclesie vel minus inconveniens spoliat aliena. Christus enim universalis dominus monet quandoque abscondite ad rapinas

1. B in marg.: Ablacio temporalium; A in marg.: Nota de ablacionibus temporalium. 2. A: per racionem. 4, 5. A: est ipsa bona. 6. A: ordinacione Dei. 7. A: consonum deest; ib. C: penitus deest. 8. A: possiderent. 9. BC: foret deest. 12. BC: in ecclesia. 14. utinam; C: ut. 22. A: est deest. 23. BC: magis malum; ib. A: et deest. 26. B: oblacionis; ib. A in marg.: B. 33. A: illa. 35. A: nimis consequens. 36. B: abscondite deest.

10—15. Quae hic leguntur procul dubio confoederacionem a. 1380 Germanos inter et Anglos ad abolendum schisma initam spectant.

Digitized by Google

huiusmodi discolorum, verumptamen virtuosus non debet intendere tali furto vel in aliis approbare, cum non debet nisi quantum exigit stricta necessitas de talibus bonis accipere, eciamsi cuncta forent posita eciam in
5 sua libera potestate.

III. Taking our neighbour's goods is against both God's and man's law.

Sed tercium genus furti caveri debet ab homine et specialiter, ne parvorum rapina instinctu primi raptoris non ponderata in maius facinus introducat. Tanta quidem iusticia et in casu tantum peccatum est in
10 furto parvulo sicut in magno, et ideo oportet fidelem obstare principiis. (Et huius materia est secundum exigenciam ruditatis populi dilatanda.) Sunt enim pirate in mari, predones in bellis, spoliatores in seculari dominio, raptores in meatu publico, latrones in locis
15 absconditis latitantes et fures in tenebris noccium bona aliorum clandestine capientes. Sed omnia hec genera et longe alia sunt in prelatis et clericis congregata. Ideo dicit Christus Joh. X°, 8: *Omnes quotquot venerunt* non tracti a Deo, ut intrent per hostium pure propter salutem
20 ovium, *fures sunt et latrones.*

The smallest dishonesty should be shunned.

Fol. 155d Et ista | materia modo inennarrabilis est de generibus latrocinii prelatorum.

SERMO XX.

Erat Jesus eiciens demonium et illud erat mutum.
25 Luce XI°, 14.

The devil is called dumb because he made the man dumb.

Supponendum est ut fides quod hoc evangelium sicut tota vita Christi sonat in edificacionem ecclesie; et primo notanda est litera quod hoc *demonium* quod Christus eiecit ideo dicitur *mutum*, quia mutitatem
30 causavit in homine quem vexavit. Ideo Matthei XII°, 22, dicitur homo tam *cecus* quam *mutus;* Christus autem ipsum sanitati restituens et demonium ipsum eiciens tam visioni quam locucioni restituit. Nec est repugnancia inter evangelia, cum copulancia inferat
35 quamlibet sui partem.

4. BC: essent posita; AB: eciam deest. 6. A in marg.: C. 8. A: ponderato; ib. tanta quidem est in cum. 10. BC: ut in magno; BC: et deest. 13. A: et spoliatores. 14. A: et latrones. 17. A: et in prelatis; ib.: consecuta. 21. B: modo deest; ib.: A est deest. Cf. pag. 130. l. 30. 23. A in marg.: Sermo XX; B: XX; C: Dominica III. Quadragesime. 24. A: demonium; cetera desunt. 28. C: quod deest; C: quod Jesus. 31. A: tam cecus tam mutus. 34. A: evangelicata; ib. A: cum reputancia inforet, C: cum co^ns.

23. Cf. Wyclif's Sermons l. c. I, 116—120.

Digitized by Google

Effect of the miracle.

Plebei vero laudarunt miraculum, isti articulo *quod Christus sit Messias, filius David*, quodammodo adherentes, sed seducti per phariseos quodammodo trepidabant. Pharisei autem (ut narrat Mattheus) non potentes negare opus, cum patuit plane ad oculum, modum operandi dampnaverunt. Dixerunt enim quod fuit coniunctus cuidam diabolo principali, *Belzebub* nominato, et ex servicio ac cultu quem sibi impenderat in virtute illius principis tenebrarum hoc fecerat. Simularunt enim quod demon superior habet potenciam imperandi, ut demon inferior exeat ab obsesso et alii de clero interpretantes miraculum Christi micius *querebant signum* de celo more Judeorum quod hoc fecerit virtute divina. Sed Jesus videns fundamentaliter cogitaciones cleri perversi invehit quintupliciter contra ipsum, primo contra suam ficticiam de *Belzebub*. Pro quo notandum quod tempore Christi erant homines multi qui a demonibus sunt vexati, quia scientes diaboli quod Messias de generacione illa fuit venturus et trepidantes quod Dominus fuit ille excitaverunt presbyteros et commoverunt vulgares per insaniem ut ex tumultu et interpretacione prava miracula Domini dispararent. Si enim sit divisio potencie demonum (ut ipsi asserunt), ipsa testatur desolacionem eorum per Messie adventum pro quo Christus implicat istud principium: *Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur*. Oportet enim ad regni stabilicionem quod partes altrinsecus sint concordes, quia cum nullum violentum sit eternum, oportet quod talis divisio dissolucionem indicet divisorum. Sed Christus non dicit quod funditus destruetur sed quod *desolabitur*, sicut patet de regno demonum qui ex Christi victoria et fortificacione sue ecclesie fuerant desolati. *Domus autem supra domum cadit*, quando superior potentatus regni opprimit inferiorem ex superba invidia, sicut fuit de diabolis qui semper sunt contrarii sibi ipsis.

Demonical possession common in Christ's time

5. C: quod patuit. 6. A: depravaverunt; A in marg. sup. fol. 155d: *Locutus est mutus* Luce XIo. Tria faciunt peccatorem obmutescere in confessione: enormitas culpe quam perpetrat, disparitas penitencie quam formidat, prosperitas seu voluptas vite quam desiderat. Que contra (sic) tria reddunt ei loquelam in confessione: limpitudo divine visionis omnia intuentis, rectitudo future ulcionis iuste iudicantis, amaritudo intime contricionis pure penitentis; ib. A: ut fuit. 8. BC: et culta; ib. A: Christus impenderat. 10. C: Et simularunt; ib. BC: enim deest. 11. A: erat ab obsesso. 12. C: de celo; ib. BC: Christi deest. 13. C: fecit. 15. A: quintipliciter; ib. BC: contra cum. 21. A: per infamiam. 22. A: interpretacionem pravam; ib. BC: disperarent. 23. A: potestatis. 29. B: dissolucio divisionem. 30. C: non deest; ib. B: dicet; BC: et quod. 33. C: super. 34. A: superbia.

Digitized by Google

Cum ergo Christus tunc sanavit tam multos demoniacos, ut ipsi dixerunt ex multiformi divisione demonum, patet quod oportet ipsos concedere a probabili Messiam venisse, virtute cuius eciam principales demones sunt a Deo desolati; et ad idem facit quod multi demones exeuntes ab hominibus eandem sentenciam sunt confessi.

If the devils were divided it was a proof that Messiah was come.

Secundo arguit Christus phariseos et gentem Iudaicam, ex hoc quod si Christus sic eiecit demones, tunc est peccator precipuus, quia magicus infidelis. Et per consequens in virtute et in nomine eius apostoli qui sunt filii populi Judaici non eicerent demones in Christi nomine; consequens falsum, ideo ipsi crassam cecitatem Judaicam in iudicio indicabunt. Nam illa persona virtute cuius nominis apostoli demones eiecerunt, sicut Judei victi ab experiencia negare non poterant, est tota caterva demonum superior, quia aliter ex innata superbia istud non sinerent.

Christ's second argument;

Pro tercio patet: *Si Christus in digito Dei eicit demonia*, ipse qui est caput ecclesie, et regnum Dei tunc venerat inter illos. Nam solum per ipsum inter homines caterva demonum fuit desolanda. Ipse autem *Dei digito* operatur, qui ex speciali et subtili instinctu Spiritus Sancti super humanam potenciam operatur. Sed sic fecit Christus castigando demones; sepe namque in nomine suo sine pompa vel lucro ipsos eiecerat (ut patet ex processu evangelii). Cum ergo apostoli in nomine Christi fecerunt miracula et a Christo germinavit lex tam sancta et omnimode insuspecta, plane patet quod ipse qui est maximum iocale ecclesie profecto venerat inter illos.

His third;

Quarto assumit Christus ut per se notum quod, *cum fortis armatus custodit* cum tota diligencia *atrium suum, in pace sunt ea que possidet, nisi ipse forcior supervenerit* et eum vincendo cuncta arma eius rapuerit et satellitibus suis ipsa dederit; cum ergo sic sit de diabolo atque Christo, patet quod Christus est super omnem demonum potestatem. Demon enim est fortis, cum Job XLI°, 24 de ipso scribitur: *Non est potestas super terram que ei valet comparari.* Habet eciam arma, quia cautelas secundum suam naturalem potenciam populum seducendi;

His fourth;

7. A in marg.: 2°. 8. A: quod scilicet. 10. A: et nomine. 11. BC: populi deest. 18. BC: Porro tercio; A in marg.: 3. 21. A: fuerant. 22. A: extinctu. 24. A: Christus deest. 28. A: plene patet. 29. 30. A: perfecte venerat. 31. A in marg.: 4. 35. BC: ipsa deest; A: ergo deest.

Digitized by Google

The strong man's house is the wretch in whom the devil abides.

atrium vero suum est miser quem inhabitat, | sed *forcior* Fol 156a
demone est dominus noster Jesus Christus *superveniens* (ut plane patet in opere), qui arma sua, hoc est, cautelas temptandi abstulit, (ut patet Matthei IV et supra exponitur Sermone XVIII°). Nam in illis cautelis maxime confidebat, et Christus dedit ecclesie remedium contra illas et spolia diaboli membris suis distribuit, quando naturales potencias et virtutes quas diabolus abstulit ecclesie restituit, et (ut habet evangelium Matthei) in homine obsesso ut domo diaboli sunt vasa, id est, peccata in quibus propinat scelera operandi. Ipsa autem peccata tollit Dominus (ut patet Joh. I°) et virtutes inserit ipsis vasis contrarias ipsumque alligat, dum cohercet atque diminuit suam potenciam seducendi.

His fifth argument.

Quinto arguit Christus ex contrarietate sui atque diaboli quod in virtute sua non facit ista miracula: *Qui*, inquit, *non est mecum adversum me est, et qui non colligit mecum, dispergit.* Sed diabolus est in istis Christo summe contrarius, ergo non in istis virtualiter iuvat Christum. Diabolus enim *non colligit* cum Christo Dei filios in domum ecclesie, *sed dispergit*, faciendo divisionem per peccata ad que viribus suis temptat. Christus enim docuit humilitatem, destruendo superbiam, cupivit veram pacem, destruendo discordiam et liberando obsessos a demonio ut Deo servirent, et quidlibet aliud operando fuit demonibus ipsis contrarius. Quomodo ergo ipsi potenciam eius operandi vigorarent? Et inter alia Christus inculcat tacite suum universale dominium quod soli Deo potest competere. *Qui*, inquit, *non est mecum adversum me est;* quod in mundanis dominis non oportet, cum stat multos mundi dominos eorum cuilibet esse neutros. Sed diabolus quem Christus (Joh. XIV°, 30) vocat *principem huius mundi* presumit dividere universale cum Christo dominium. Sed totum quod occupat habet tirannice et iniuste. Et hec quintuplex racio Christi destrueret presumpcionem superbam diaboli.

How the devil is against Christ.

His sixth argument.

Sed sexto in perfeccione humilitatis Christus excedens diabolum inculcat sine argumentis acutam sentenciam contra ipsum. *Cum*, inquit, *inmundus spiritus exierit ab*

1. A: est inquam; ib. A: forcior diabolo. 2. B: est — Christus deest: C: noster deest. 3. A: plane ut; B: opere est dominus Jesus Christus. 7. C: illos. 10. A: absesso; ib. A: vasa et peccata. 11. A: peccata deest. 13. A: allegat. 15. A in marg.: 5. 21, 22. C: divisionem perfectam utque. 31. BC: multi. 35. A: quintiplex. 37. A in marg.: 6.

9. Matth. XII, 29.

Digitized by Google

homine etc. Iste inmundus spiritus est capitalis diabolus qui adiunctus est generi humano ex quo Christus processerat, quod secundum logicos et theologos est unus homo. Diabolus enim tempore temptacionis primorum parentum (Gen. III°) illi homini invidebat et ad tempus, temptando si sibi posset obesse, assidue assistebat; sed videndo patriarcharum fortitudinem in fide et moribus quod sibi nocere non sufficeret ut placeret, *exivit* ab illo homine ad gentiles quorum corpora sunt *loca inaquosa*, quia ab olim ab humore sapiencie et gracie destituta et *querens requiem* in illo genere gencium quantum placet *non invenit locum* qui suam versuciam poterit quietare. Et hinc ex antiqua malicia dicit ille spiritus sibi ipsi: *Revertar in domum meam unde exivi*, hoc est, redibo ad illum hominem de quo puto Messiam descendere. *Et veniens* tempore Judeorum *invenit domum eorum vacantem* a legis observancia et vanis tradicionibus intendentem. *Scopis* autem *mundatur*, quia gens Judaica et specialiter sacerdotes omnem inmundicie apparenciam excludebant, sic quod eorum tradicio et eius execucio fuit subditis quasi scopa. Sue autem observancie erant ypocritica ornamenta, et tunc apparet sibi ex declinacione a soliditate legis Domini quod populus est pronus illusioni, quia palliacio ypocritica est maxime dispositiva ad decepcionem diaboli. Et ex habundanti cautela *assumit septem alios spiritus secum nequiores se*, hoc est, universitatem demonum quam ad perpetrandum hoc facinus copulavit *et habitant ibi* familiarius, copiosius atque constancius quam in alio genere nacionum. Gentes enim ex naturali ingenio et quia Judeis tetigerunt pauciora carismata minus peccaverant; unde in signum multitudinis demonum in hac gente tempore Christi Judea fuit plena demoniis; sacerdotes autem qui antea fuerant sancciores, fuerunt ministri diaboli principaliores. *Et fiunt novissima* huius gentis secundum hanc partem sacerdotalem *peiora prioribus*, quia occiderunt Messiam; quod est finis humane nequicie.

The devil, finding the patriarchs too strong for him, went out into the dry places of the Gentiles.

Afterwards he returned to his house (the Jewish nation) garnished for him by false ceremonies.

Unde Christus applicans hanc similitudinem secundum sensum expositum ad Judeos: *Sic*, inquit, *erit generacioni*

2. BC: humano deest. 4. C: tempore deest: a temptacione. 5. BC: homini deest. 8. A: placet. 11. A: veniens requiem. 12. C: et non. 17. A: vacantam. 18. A: mundanter. 23. A: sollicitate. 25, 26. A: Ex habundanti tamen. 28. C: habitavit. 31. A: precaverunt. 32. C: demonium. 33. A: demonibus. 33, 34. A: quia antea fuerant ministri. 39. A: et generacioni.

Digitized by Google

huic pessime. Et a probabili est de christianis conformiter senciendum. Christus enim cui demon plus invidet est continue in medio gentis sue; ideo superba invidia ipsum necessitat, ut temptet multiplicius | istam gentem, Fol. 156b et licet ipsa post mortem Christi habuit tam in sapiencia quam in gracia ampliora carismata quam pagani, tamen ex ingratitudine et introductis legibus Antichristi est nunc disposicior ut sit specialis nidus diaboli; nam decidentem a maiori gracia oportet peccare gravius Domino plus ingrate. Ideo attendendo ad factum et racionem superiorum sacerdotum nemo in mundo videtur peccare gravius aut Christo ingracius, cum adversantes Christi ordinacioni non sequuntur ipsum in moribus sed contempnunt. Licet domus eorum *scopis mundatur* et sacramentis infundabilibus *ornatur*, sed vacat ab officio primitivo, ideo oportet quod *novissima* huius generis *sint peiora prioribus*.

The Church falling from grace is prepared to be a nest of the devil,

garnished with unfounded sacraments.

Et cum diabolus ac membra sua procedunt in deterius augmentando, probabile videtur quod ista christianorum generacio est peior quam predicta generacio Judeorum. Et per idem secte recentes introducte videntur sonare deterius, quia ex cautela diaboli per ypocrisim preparant sibi locum, sicut in superiori similitudine erat dictum.

His eighth commandment.

Circa hoc evangelium est notandum quod generacio predicta pessima videtur plane solvere octavum mandatum decalogi; nam Exodi XX°, 16 scribitur: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium*. Cum enim sit triplex locucio, scilicet mentalis, realis et vocalis, et iterum cum omnis culpa viantis sit contra quemlibet eorum eciam contra se ipsum, patet quod omnis peccans culpabiliter loquitur contra proximum suum falsum testimonium, et sic hoc mandatum ut alia ac eorum opposita sunt connexa. Si enim frater tuus sit extra graciam ex loquela tua dampnificatus, patet quod in facto culpabili loqueris contra illum. Si autem sit in gracia, cum iterum debes sibi proficere, patet quod vacando ab isto profectu loqueris eciam contra

Speech is of three kinds; in thought, in deed, in word.

3. A: superbia. 4. A: temptat. 6. C: in deest; ib. B in marg.: Gravius peccat post maiora carismata qui delinquit. 9. C: decidente. 10. B: plus et plus. 16. A: vagat. 18. BC: diabolus et. 25. B in marg.: Questio. 26. A: predictorum; ib. A in marg.: Octavum mandatum. Triplex locucio; ib. B in marg.: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium*. Locucio triplex. 28. A: tuum deest. 29. A: et mentalis. 31. BC: et contra. 33. C: suum deest. 35. C: et loquela. 37. A: iterim; B: interim; A: sibi deest. 38. C: loqueretur; A: eciam deest.

Digitized by Google

illum. Igitur cum omne mendacium sit peccatum et econtra, patet quod omnis vivens culpabiliter loquitur satis falsum testimonium contra suum proximum; et cum *Christus sit* proximus nobis precipuus, quia (ut 5 dicitur ad Hebreos II° cap.) *frater noster*, patet quod adversans suis legibus quas oportet esse necessarias loquitur contra precipuum proximum nimis falsum testimonium.

All evil livers bear false witness.

Et ita sacerdotes Christi qui a vita sua degenerant 10 et leges suas multipliciter depravant videntur esse coraula in ista corea diaboli contra Christum. Quod si repugnant isti sentencie, ostendunt in verbis et opere quomodo sunt isti vie contrarii. Deducant (inquam) ex evangelio ad lucem quomodo Christus fuerat conver- 15 satus, et iterum defendendo ac promulgando hanc legem evangelicam iuxtaponant in sensus sui evidencia vitam suam et tunc apparebit luce clarius si Christo falsidice detrahunt sive obediunt et negando quamcunque partem istius divisionis pro minus utili ex scandalizacione 20 Domini sunt suspecti. Et patet quod false testificator in proximum potest fieri tribus modis, scilicet verbo, opere vel utroque; verbo quod est famosius menciendo de ipso et (quod est gravius) in veritate que pertinet ad commodum fame sue. Unde quidam mercede conducti 25 testificantur false in proximum in perdicionem sue hereditatis vel sui nominis, qui indubie non diligunt illum proximum ut se ipsos, cum propter abiectam pecuniam vel lucrum aliud ipsum odiunt. Et conclusio tocius secunde tabule est, ut quilibet diligat proximum 30 ut se ipsum; illi autem qui propter invidiam sive lucro alio menciuntur in proximos sunt peiores. Ideo oportet prudenter verbis attendere, loquendo de proximis, specialiter cum bonum fame sit bono fortune prestancius proprinquum virtutibus; opere vero false adversatur 35 quis proximo, quando dimisso iuvamine trahendi ad celestia, trahendo vel nisum apponendo ducendi ad tartara, retrocedit. Et ista locucio in facto dampnabilior et periculosior est priori; opera enim tam bona quam

Priests bear false witness against Christ.

False witness in law suits.

1. BC: Ergo. 3. A: satis falsum testimonium deest. 5. A: Hebreorum. 6. A: adversancius. 9. C: a deest. 11. BC: Et si. 12. Codd.: ostendant. 13. A: Deducant iuxta ad tuam. 17. A: et tunc — obediunt et deest. 20, 21. A: testificacio proximum; BC: in Christum. 22. A: utrimque. 24. A: fatue sue; B in marg.: False testificatur quis tripliciter contra Christum; ib. A: quidem. 25. A: perdicione. 28, 29. A: Et quo tocius. 30. A: sire. 32. BC: verbis deest. 33, 34. A: melius. 34. verbo falso. 37. A: dampnabilem.

Digitized by Google

mala plus ponderant nudis verbis. Ille autem qui trahit proximum suum ad baratrum vel iuxta vires suas ad hoc nititur, est sibi pessimus inimicus. Omnes autem homines debent esse concatenati in gracia, sic quod uno tardante vel retrocedente fit toti coree iniuria; qui autem falsificat famam proximi tam verbo quam opere peccat multiplicius in utroque. Nam lex nature dedit nobis loquelam, ut caritativius communicemus cum proximis, sicut et faciunt bestie verbis suis. Ille ergo qui verbis offendit in proximum, videtur esse bruto indignior atque peior; quod si super prava verba verbere pravo percusserit, non videtur nisi quod in proximi occisionem vulneri vulnus addiderit.

Wickedness of slander.

SERMO XXI.

Abiit Jesus trans mare Galilee. Joh. VI°, 1.

Sensus literalis huius evangelii patet plurimum Sermone XXXIX° et ultimo in estate. | Hoc autem *mare Galilee quod est Tiberiadis* fuit Jordanis fluvius transiens per illam provinciam et dicebatur Tiberiadis a civitate edificata super illam aquam; que civitas quondam dicebatur Chenereth, sed ab Herode reedificata et ampliata dicta est *Tiberias* in honorem Tiberii cesaris. Et istud est secundum pasca de quo facit Johannes mencionem; in quo tamen Jesus non ascendit Jerosolimam, quia habentes capitales inimicicias excusabantur a compari-cione coram Domino tali festo. Et preter hoc Christus ostendit se esse supra legem secundum priorem naturam et innuebat quod ceremonialia vetera cessare debuerant tamquam amplius inutilia. *Et sequebatur Jesum multitudo populi* propter quatuor sepe dicta, scilicet propter infirmitatem sanandam, propter miseriam corporis relevandam, propter subtilitatem miraculi admirandam et propter verborum Christi ingruenciam reprehendendam.

Fol. 156ᵃ

Why Christ did not go up to the feast.

1. A: ponderant cui; sequitur lacuna; ib. C: Ille ergo. 5. A: toti deest. 7. A in marg.: Ad quid loquela datur nobis; ib. A in marg.: Nota quod est dampnabilis(?) idioma naturale. 9. A: verbo. 11. A: pravo verbo percusserit. 15. A in marg.: Sermo XXI in dominica quarta Quadragesime; C in marg.: Dominica IV Quadragesime. 16, 17. A: Sermone VII. 18. A: Tibariadis. 25, 26. A: ab apericione. 27. A: sicut priorem. 29. A in marg.: Multitudo sequitur Christum propter quatuor. 31, 32. A: revelandum. 32. A: mirabili; B in marg.: Christum varii variis de causis sequebantur. 33. A: incongruenciam.

14. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 120. 17. Vide infra: Nr. XXXIX and LVII. 20. Cf. Hieron. Comm. in Ezech. XIV, 47. vol. V, 612.

Digitized by Google

Abicio Jesu in montem et eius sessio in docendo signat exaltacionem sue vite contemplative et doctrinam eius autenticam.

All acts recorded of Christ have a mystical teaching.

Nec dubium quin quelibet facti Christi circumstancia quam notat evangelium sit notabilis ad sensum misticum, ut eius pastus miraculosi substancia signat pastum spiritualem, de quo Evangelista superius est locutus, et ita est de quolibet nomine ac eius interpretacione, quia Evangelista inserit ut apprehensio multitudinis egene attestatur super misericordia eius, implecio attestatur super sua potencia, ac eius interrogacio attestatur nedum super instruccione sua voluntaria, sed quomodo hora congrua operandi assistente potencia ac benivolencia est captanda.

Lessons from the miracle of the loaves.

Nec dubium quin per interrogacionem illam et melius imprimitur ac declaratur miraculum et quelibet sillaba nominis indicat notanti sensum misticum. Andreas videtur sentire Philippo subtilius, innuendo quod Christus potuit supplere paucitatem prandii, ac si argueret, ille qui convertit aquam in vinum (Joh. II) potuit multiplicare panes (sicut de Heliseo legitur IV. Reg. IV). Nec per specificacionem quinque millium virorum excluditur quin erant plures persone hominum saturate in isto miraculo, quia mos est scripture viros a viginti annis et amplius numerare (ut patet Num. I°), et sic parvulos ac mulieres dimittere; unde Matthei XIV°, 21 expresse excipiuntur mulieres et parvuli ab isto numero. Et hoc signat quod non omnes qui spiritualiter sunt pasti per Christum erunt virentes in beatitudine, sicut fenum viride signat quod humilitas ex propria fragilitate concepta facit cibum spiritualem perceptum suos edentes converti in filios regni, sicut medium continens mutat contentum in suam crisim.

Et patet quomodo Christus quandoque fecit miracula imperando, ut sic ostendat suam divinitatem, quandoque orando sed solum Deum et solum in eius nomine, ut

2. B in marg.: Abicio Christi in montem et sessio quid significat. 4. A: quilibet. 7. A: superius ut est. 8, 9. A: quod Evangelista. 9. A: apprehensi. 10. A: in pleno attestatur. 11. A: super — attestatur deest. 15. A in marg. sup. fol. 156e: *Est puer unus hic qui habet quinque panes.* Joh. VI. Quinque panes dici possunt verbum veritatis quod debet esse falsis in proverbium, opus pietatis egentibus in subsidium, luctus pro peccatis delinquentibus ad remedium, hostia salutaris peregrinantibus in viaticum, pena corporalis laborantibus ad premium. 16. A: quelebet; 17. C: notandi. 19. A: et sic si. 23. BC: saciate. 26. A: Matthei XXIV; B in marg.: Parvuli a Christo pasti non connumerati quid significat. 28. A: signat deest. 29. A: sicut semen. 34. B in marg.: Christus diversimode fecit miracula. 35. BC: divinitatem — suam deest.

Digitized by Google

ostendat suam humanitatem, et quandoque plangendo, ut ostendat difficultatem criminis figurati (ut patet in suscitacione Lazari) Alias autem difficultates de multiplicacione corporis hic omitto.

Why Christ kept out of danger at this time.

Sed dubium posset esse quomodo Christus propter timorem hostium non venit in Jerusalem in Pascha, cum Baptista ipso inferior audacter usque ad mortem Herodem corripuit. Et iterum dubitatur quare noluit regnum a populo (Joh. VI°, 15) accipere, cum hoc fuit sibi de iure debitum. Quantum ad primum, triplex assignatur racio quare Dominus fugit mortem, primo cum sciat voluntatem esse Dei, ut magis prosit ecclesie et diffinicionem suam quando et quomodo debet mori voluntatem suam voluntati sui Domini conformet; secundo ut potestatem suam indicaret evadendo mortem, docens quod de voluntate sua est, quando et quomodo moreretur. Et tercio dando exemplum membris suis inferioribus, quomodo prudenter aufugiant, quando sunt ab hostibus persecuti. Nec dubium quin Baptista non fuit Christo audacior nec in aliqua specie morum virtuosior, cum Christus excessit ipsum in penitencia, quia Baptista non ut Christus quadraginta diebus et noctibus ieiunavit (ut patet Matthei IV° et Sermone XVIII°); et breviter in omni Christi ieiunio, cum ieiunavit summe ad regulam in virtute excessit Baptistam. Et quantum ad audaciam corripiendi proximum est idem iudicium, cum omnibus aliis aufugientibus Christus solus remansit ad penam gravissimam. Baptista tamen fuit laudabiliter incarceratus, vinctus et decapitatus, | non propter furtum, non propter debitum aut violenciam qua percussit proximum, sed propter virtuosam correpcionem Herodis de mechia cum Herodiade qua solvebat totum decalogum. Fol. 156d

Cowardice of the clergy.

Istud (inquam) passus est Baptista propter Deum, sed clerus quantum ad exemplum Christi et militis sui vecorditer retrocedit, sed exemplum fuge Christi capit vecorditer et blaspheme; *vecorditer* dico, quia exercitando se more martyrum in contrario haberet hostes

1. A: plagendo. 5. A in marg.: Dubium primum; B in marg.: Questio. 6. A: in deest. 7. C: infirmior; B infirmior in marg. 8. A: qualiter; A in marg.: Dubium secundum; B in marg.: Secunda questio. Dominus fugit mortem triplici racione. 10. A in marg.: Ad 1. 11. BC: prima ut sciens. 14. BC: conformaret; A: secunda; A in marg.: 2. 15. A: in voluntate. 16. A in marg.: 3. 17. BC: infirmioribus. 20. A: alia. 24. A: summe — virtute deest. 25. A: ut excepit Baptista. 26. A: corripiendum. 33. B in marg.: Exemplum fuge mali capiunt a Christo et non ipsum alias imitantur. ib. A: Istud nunquam passus Baptista; BC: propter Dominum. 36. A: blasphemie.

Digitized by Google

sibi subiectos ad edificacionem ecclesie; ideo sua vecordia est causa quare fortitudo militum diabolica sic accrescit. Nam propter favorem humanum vel laudem propriam, ymmo propter excellenciam status dampnabilem audet aggredi plus arduum quod testatur ipsum habere deum alienum.

Why Christ would not accept a kingdom,

Quantum ad secundum, patet quod indecens foret Christum sic regnum accipere; nam cum regnum sit sibi debitum perpetuo pure de lege superiori et summi Domini, indecens foret a plebe quam sic pavit cibo communi sic regnum accipere. Secunda causa fuit ut Christus doceat membra sua non accipere quicquam ab alio quem debent cognoscere non habere potestatem veridicam ad hoc dandum. Sic enim noluit recipere regna a diabolo (Matthei IV°). Et utinam viri ecclesiastici aspirantes ad gradus seculi attenderent istam scolam; revera si papa vel alius prelatus cesarius quamcunque dignitatem illis contulerit nisi Deus ex condignitate de congruo hanc prius eis dederit, non plus ipsam possiderent quam si illum diabolus eis daret. Ideo aspiracio ad tales gradus cesareos sapit utrimque blasphemiam: Ex parte conferentis, cum Christus qui solum est caput ecclesie collacionem huiusmodi non presumpsit, sed duos filios Zebedei petentes in matre dignitatem huiusmodi concessit passionem suam meritoriam bibere instar sui (ut patet Matthei X). Nec dubium quin illa collacio fuit perfeccior quam omnes prelacie per papam vel prelatum alium hodie usurpate.

I. because it was His by a higher right.

II. To shew that His members should not accept from those who have no right to give.

Application of this to grantees of Church dignities.

Ex parte promoti sapit blasphemiam, cum talis non debet (ut ipsemet fatetur) talem dignitatem accipere nisi propter beatitudinem acquirendam; sed soli Deo proprium est illud cognoscere vel Deus propter eius falsitatem noticie sue oppositam illud nescit; ideo illud accipiens propter finem tam sibi ambiguum sapit presumpcionem noticie contra Deum.

1. A: ecclesie deest. 2. B: diaboli. 3. A: humani. 7. A in marg.: Ad secundum; B in marg.: Solucio secunde questionis: Christus quare regnum a populo non recipit sed fugit. ib. A: evidens foret indicent(!) foret. 9. B in marg.: Nota Taborenses qui recipiunt iura et potestatem regni in occidendo et puniendo a populo suo tyrannico potestatem talem non habente; idem intellige de sacerdotibus spiritualia officia ab eis captantibus. Nota optime contra omnia opera et iurisdicciones Taborenses quibus regunt urbes et communitates quod sunt inique; ib. B: superiorum. 10. A: vindecens. 11. A in marg.: 2. 14. BC: iuridicam. 15. A: Et — revera deest. 20. A: possident. 21. C: capit utrumque. 28. BC: per papam deest. 29. A: capit. 30. A: ipsimet fatentur. 33. A: oppositorum. 35. A in marg.: 3.

Digitized by Google

III. The kingdom was unworthy of Christ.

Tercia causa quare Christus noluit a populo tam edaci regnum accipere fuit, quia nec regnum tale fuit sibi debitum, sed regnum perfeccius infinitum. Nec in hoc dedisset exemplum membris suis ad periculosum statum seculi fugiendum, et cum nostri dicunt in facto totam istam Christi sentenciam esse stultam, patet quod imponunt sibi blasphemiam; quod est summa Antichristi demencia. Et patet quam spissim sunt prevaricatores tocius decalogi et specialiter noni mandati; quod secundum Augustini sentenciam est preponere concupiscenciam ad mechandum. Nam Exodi XX°, 17 sic habetur: *Non concupisces domum proximi tui nec desiderabis uxorem eius;* ubi secundum sentenciam Augustini prohibetur universaliter volucio ad mechandum. Nam qui fornicari voluerit cum ancilla proximi vel quocunque quod possidet ut sic transgreditur hoc mandatum. Nam iuxta Apostolum: *Radix omnium malorum est cupiditas.* Ideo est per se notum fidelibus quod origo tocius nequicie est in mente, nec facit opus extrinsecum ad gravamen criminis, nisi de quanto auxerit culpam mentis. Ideo dicit Christus Matthei V: *Audistis quia dictum est antiquis: Non mechaberis. Ego autem dico vobis quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo.* Et hec est racio secundum Augustinum quare oportet duo mandata de non concupiscendo cum mechis vel furibus ponere cum octo aliis mandatis in numero. Incompleta quidem foret legis dacio nisi tangeretur radicis prevaricacionis destruccio.

His ninth commandment.

Sin is entirely in the mind and will.

Et patet quomodo est triplex talis concupiscencia criminalis, prima qua voluntas plene consentit ad facinus licet non opere exequatur, secunda qua concupiscenciam talem complet in opere, et tercia qua talem operosam concupiscenciam continuat in assidua delectacione. Et patet cum omne peccatum sapit spiritualem mechiam, nec mechatur quis nisi habeat | mechandi concupiscenciam, quod quicunque offenderit in illo man- Fol. 157a

1. C: tam deest. 9. A: nonum mandatum; et in marg. 10. A: postponere. 12. B in marg.: Super mandatum nonum: *Non concupisces* etc. 23. A: vobis deest. 25. A: hec deest; A in marg.: Augustinus. 30. B in marg.: Concupiscencia illicita et criminalis est triplex. 32. A: opere deest; secunda consequens.

10 et 25. Cf. Augustini, Quaestiones in Exodum, lib. II. Opp. tom. III, p. 1. pag. 444. 17: I Tim. VI, 10.

Digitized by Google

dato, offendit in quolibet et e converso. Et talem radicem peccandi oportet fidelem expellere, quia inter omnes cautelas diaboli hec est fideli prestancior quod destruat peccati concupiscenciam in radice. Unde inter omnia remedia que umquam didici contra peccatum hoc est subtilius atque salubrius, quod homo sospes et ex errore vacans a cogitacione de Domino et virtute deprimat non solum concupiscencias tales illicitas, sed cogitaciones superfluas que surrepunt, ut nec in consuetudine anime profundius dilatentur nec in opus inordinatum prosiliant. Et ista videtur sentencia Psalmi CXXXVI°, 9: *Beatus qui tenebit et allidet parvulos suos ad petram.* Sicut autem opera hominis sunt filii eius vel filie ad sensum misticum, sic cogitaciones interioris hominis sunt sui parvuli. Illos autem tunc *allidit ad petram* iusticie, quando ipsos surrepentes destruit, cogitando attencius de vita domini Jesu Christi. Hoc enim est speciale remedium ipsos tenendi ne affluant ad intra profundius nec volent ad extra nequius? Et hec est racio quare cotidie legitur evangelium in sancta ecclesia et eius literalis sensus debet laicis sepius declarari. Qui enim per cogitacionem illam adulterinos parvulos non allidit est infideli deterior. Sed quomodo haberet cogitacionem huiusmodi nisi fidem Christi per ante cognosceret? Et idem est remedium in sene atque decrepito sepe adulterante cum ipso diabolo. Quis enim est in potencia corporali tam impotens quin ex antiqua superbia imaginari posset quomodo foret ad gradum altum seculi sublimatus? Ex invidia, quomodo vindicta foret capta de suis hostibus? Ex avaricia, quomodo predia sumptuosa, maneria et castella sibi adiaceant? Et ex gula et luxuria quomodo voluptaretur in carnis illecebris secundum opera carnalia nimis sedule cogitata? In omni itaque etate et tempore est istud remedium necessarium viatori; unde beatus Job gentilis philosophus penes se ipsum disposuit *ut non cogitaret quidem de virgine.* Nos

The best remedy against lusts is to keep one's thoughts on God and virtue.

Age and weakness do not protect us from evil desires.

1. BC: e contra. 1, 2. BC: radicem peccati. 3. A: cautelas contra cautelas. 6. C: subtilius et. 9. B in marg.: Contra omnes cogitaciones que exsurgunt non de Deo nec de celestibus et virtute dat remedium utile maximum, ne ex consuetudine in anima profundentur (black ink). 9, 10. A: consuetudinem. 12. A: CXXX. 13. B in marg.: Parvulos ad petram allidere quid est. 15. B: sui deest. 18. A: spirituale remedium; ib. A: effluant. 19. A: valent; ib. A: Et hoc. 22. C: adulterionis. 24, 25. B: parate cognosceret. 26. A in marg.: 1. 27. A in marg.: 2. 29. C: seculi deest. 30. A in marg.: 3; ib. C: capta a; ib. A in marg.: 4. 32. BC: gula atque; ib. BC: in deest. 33. A: cognata.

12. Vulgate: *parvulos tuos.* 36. Job. XXXI, 1.

Digitized by Google

igitur christiani allidamus antequam fornicentur cogitatus huiusmodi venenosos. Hoc enim est primum et ultimum peccatum interioris hominis per quod diabolo simulatur.

SERMO XXII.

Dicebat Jesus turbis Judeorum et principibus sacerdotum. Joh. VIII°, 42, 46.

Christ shews by example that prelates are to be reproved,

Istum sermonem direxit Dominus tam inferioribus per prelatos seductis ut turbis quam eciam superioribus ut scribis, phariseis et principibus sacerdotum. Ipsis tamen direccius, quia venenum peccati ab illis traxit originem. In quo docemur salubriter contra prelatos quantumcunque altos invehere, ne tradicio humana (quod absit) loquendo contra prelatos ipsos scandalizando vel diffamando maiorem auctoritatem obtineat quam verba vel facta domini Jesu Christi. In hoc tamen oportet cavere errorem sentencie, ne de superioribus fingatur mendacium vel inordinate veritas dilatetur. Quibus servatis oportet fidelem ab ipsis incipere. Sic enim fecit Christus (ut patet crebrius ex evangelio) et Deus populum puniendo. Nam Ezechielis IX°, 16 scribitur: *A sanctuario meo incipite;* et I Petr. IV°, 17: *Tempus est ut incipiat iudicium a domo Dei.*

but without falsehood or excess.

Christ's sinlessness proved the justice of his rebuke.

Quia ergo signum inclinacionis tam secularium quam cleri ad patrem mendacii et mundi fabulas est quod non credunt evangelio Christi et per consequens infideliter adorant deos falsos ut mundum atque mendacium quibus credunt, Christus ostendens sinceritatem sui sermonis premittit primo suam mundiciam a peccato. Impossibile quidem est quod vas omnino mundum ex se eructans liquorem indefectibilem in eius defectibilitate deficiat; ideo Matthei VII°, 18 dicit Christus: *Non potest arbor bona fructus malos facere nec econtra.* Christus ergo securus de sua mundicia iudicio eciam adversariorum se exponit: *Quis,* inquit, *ex vobis arguet me de peccato,* cum sim sic mundus et tam plene reserans veritatem: *Cum veritatem dico vobis, quare vos* | *non creditis mihi?* Fol. 157b
Revera *qui est ex Deo verba Dei audit* in tempore

1. A: fortificentur. 4. A in marg.: Sermo XXII. 5. B in marg.: Judica; ib. C in marg.: Dominica quinta Quadragesime; ib. *Dicebat Jesus turbis* . . . recte: *Dixit ergo eis Jesus* Joh. VIII, 42. 9. B in marg.: Corrigere Deus incepit a suis ecclesiasticis vocatis delicta. 11, 12. B: quantumcunque — prelatos deest. 13, 14. A: famando. 16. A: errorem summe. 23. A: mendaci. 25. A: adorant deest. 31. A: bona etc.; ib. B in marg.: Predicator qualiter a peccatis immunis debet esse. 33. A: arguet etc. 34. A: Cum ergo semper sit; ib. C: veritate.

5. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 124.

Digitized by Google

oportuno. Pro quo notandum (ut supra dictum est Sermone XX) quod totum genus humanum dividitur in duo, scilicet in filios Dei et in filios diaboli. Hec enim est divisio inmediata cuius alterum oportet membrum cuicunque competere; utrique vero oportet correspondere secundum esse naturale quo creatur a Deo patre luminum; ideo omnes orando dicimus *Pater noster*. Super esse vero naturale primevum addunt quidam esse gracie quod oportet ex verbo Dei procedere cum inclinacione meritoria ad hunc finem. Verbum autem Dei est veritas vel instinctus in anima ad hoc inclinans, et per consequens, verbum diaboli per quod procreantur sui filii est falsitas vel instinctus mentis ad sibi adherendum, declinando a semita veritatis.

All men are children of God or of the devil.

Et patet causalis Christi, dum dicit: *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis*. Sunt enim obaudientes istam sentenciam ex adulterino diaboli coniugio, cogitacione et volicione indebita procreati, sed cecati hii filii ex invidia ac ignorancia in convicia contumelie prorumpunt. *Nonne*, inquiunt, *bene dicimus nos quia Samaritanus es tu et demonium habes*. Primam partem dixerunt in Christi opprobrium, cum Iudei abhominantur Samaritanos tamquam alienigenas fundantes ipsos a suo patrimonio, sicut Anglici abhominantur Scotos et econtra; verbum itaque exprobracionis fuit vocare Dominum *Samaritanum*, quia ex hoc innuitur quod fuit quodammodo infidelis. Sicut enim infidelissimi concedunt aliquam veritatem et aliquam negant, sic Samaritani aliquam partem legis Judaice ut Pentateucum tenuerunt et aliam respuerunt. Christus itaque communicavit cum Samaritanis, ipsos in propria patria visitando et alias salubriter predicando (ut patet de Samaritana ad fontem Joh. IV°). Imponebant eciam sibi quod iuvante demonio quem colebat fecit cuncta opera sua mirabilia, et ad hunc sensum vocabant eum demonium habentem, hoc

The children of the devil break out into insult when they hear the truth.

2. C: Sermone II. 3. A: in deest; ib. B in marg.: Filii Dei qui sunt et similiter filii diaboli et quadruplex capiunt filii Dei a patre suo. 4. A: oportet deest. 5. BC: uterque. 6. A: quo natura De Deo. 8. A: vero primevum deest. 10. B in marg.: Verbo Dei filii eius procreantur ab ipso. 16. A: quia etc.; ib. BC: Sunt autem. 18. B: volucione; ib. A: procreati deest; lac. in cod.; ib. A: secati. 19. A: ignorantur; ib. BC: in commenta. 20. A: nos etc. 21. A: partem deest. 24. C: Scoticos. 29. A: aliquam neutra; ib. Codd.: tenuerant. 31. A: Samaritanis. 33. C: Joh. VIII; ib. A: eciam deest.; ib. B: maximo demonio; C: maxime. 34. A: opera deest. 35. BC: demonia.

2. Vide supra, pag. 133—146. 24. For dislike of the Scotch cf. Trial. III. 3, pag. 139.

Digitized by Google

est, demoniacum et demonio servientem; sed Christus tacuit responsionem, ad primum cum fuit mistice ille Samaritanus (qui interpretatur custos) infundens vinum et oleum in vulnera semivivi (ut patet Luce X°), cum iuxta principia mundanorum: '*qui tacet consentire videtur*'; sed secundum expresse negavit postponendo artem sophisticam et intelligendo secundum communem sensum quem loquentes cum ipso habuerant. Contendunt enim sophiste quod, cum Christus sit Dominus et Deus, habens quamlibet creaturam, diabolusque non posset esse, nisi fuerit creatura; sequitur ergo quod Christus habet demonium et evidencius demonium habet.

Christ was silent as to being a Samaritan,

but denied that he had a devil.

Christus autem intellexit ut debuit, sive dicatur habere demonium sive demonium habere, illos intelligere inter ipsum et demonem, secundum racionem qua demon, habitudinem relativam, et sic negavit demonium se habere, mansuete tamen, *quia cum malediceretur non maledicebat* (ut dicitur I^a Petri I°). Ideo enim dixit illis: *Mentimini vel estis demoniaci;* sed humiliter negavit falsitatem diaboli: *Ego*, inquit, *demonium non habeo.*

Et patet quantum filii diaboli a scola Christi exorbitant, qui propter crimen eis impositum licet vere consumunt invide omnia sua temporalia et se ipsos. Cum Christus cui clerus suus maliciosissime maledixit pacienter sustinuit et cum moderamine negavit falsitatem quantum oportuit ad opus ecclesie magis edificatorium protendendo, et hoc pertinet ad quemlibet orthodoxum Deum debite honorantem: ideo signanter annectit Dominus '*sed honorifico patrem meum*' et adiungit condicionem filiorum diaboli: *Vos*, inquit, *inhonorastis me.* Nam scola Christi est docta a tota Trinitate quod homo continue faciat ad Dei honorificenciam magis bonum. Et scola diaboli est quod homo sepe magis bono postposito secundum instinctum regis superbie laboret pro sua fama vel exaltacione, licet sit simpliciter minus utile et sic minus honorificum Deo suo. Et in istam caribdim legiste et sapientes seculi demerguntur.

Christ's selfdefence was for the good of the Church.

Et patet quod Christus in faciendo miracula non | Fol. 157^c
fuit demoniacus, quia in quolibet tali opere principaliter

1. C: demoni; A in marg.: 1. 8. A: colloquentes cum Christo. 9. BC: sit Deus et omnis habet. 10. A: possit. 11. BC: sequitur ergo deest. 11, 12. A: demonum. 16. A: relaveravi (!). 17. A: maledicceretur etc. 21, 22. A: exorbitanti. 22, 23. A: consumerunt munde. 26. BC: ad edificacionem procedendo. 29. BC: sed deest; A: et; ib. B in marg.: Ordo filiorum Dei oppositus filiis diaboli. 31. BC: est deest. 32. A: facit; ib. A: ad fidei.

Digitized by Google

gloriam Dei intendebat; quod nunquam evenit de magno illusore. Ipsi autem econtra erant demoniaci, eo quod Christum irracionabiliter inhonoraverant et sic Deum. Quicunque enim inhonorat irracionabiliter aliquam creaturam est demoniacus et sic secundum scolam diaboli Deo contrarius. Nec possunt Judei dicere quod Christus propter vanam gloriam fecit miracula aut quod in talibus fuit gloriam suam mundanam preponderans, quia examinent omnia opera Christi et iudicent si redundent sibi ad mundanam gloriam, et patebit luce clarius non cecatis ex factis Christi contrarium. Ideo pertinenter dicit Christus humanitus: *Ego*, inquit, *gloriam meam non quero, est qui querat et iudicet.* Modus enim loquendi scripture est de illis que sequuntur per accidens, que non principaliter curantur a rectis ipsos non illa intendere, ut creaturas; sicut tempora et humana corpora non dicuntur fideles diligere sed odire; et isti modo loquendi Christus innititur, quando dicit: *Ego gloriam meam non quero, est qui querat et iudicet.* Christus enim non intendit primo et principaliter suam gloriam humanitus ut legiste, sed deitas apud quam non est talis ordo querendi vel secundum actus confusos et distinctos fines aliquos intendendi; ipsa (inquam) deitas querit gloriam humanitus Christi et iudicat eternaliter quomodo sibi ex debito sed per accidens debet dari; unde idem videtur viantes gloriam suam sic querere et sollicitari quomodo umbra debet sequi currentem versus astrum et supra aquas, lacus, loca alta vel humilia transultare. Sicut enim umbra accidentaliter sequitur adumbrantem, sic honor accidentaliter et secundum legem nature precise consequitur ad meritorie operantem; unde quia Christus dixit superius quod sequens ipsum habet lumen vite, quia impossibile est sequentem

Christ did not seek his own glory but God's.

We should look upon glory as a mere accident and shadow.

1. A: intenderat; ib. BC: nequaquam evenit. 2. BC: quia. 4. A: enim deest. 5. A: erit. 7. A: mirabilia. 9. BC: redundant. 10. BC: patet. 12. A in marg.: *Ego gloriam meam non quero Joh VIII°.* Redemptor noster gloriam propriam non quesivit sed magis contempsit, quia non amavit blandimentum vane dominacionis. Quesivit inopiam, quia non optavit emolumentum mundane possessionis. Invenit contumaciam, quia non recusavit tormentum illate passionis. Palme in manibus eorum (Apoc.: *Palme in manibus*) sunt mercedes pro operibus. Palma commendatur ex quatuor proprietatibus: honore, decore, odore et sapore. Ex honore quem exhibet viatoribus, in quo notatur vera penitencia, ex decore quia preminet corporibus, in quo notatur vite eminencia, ex odore quia redolet in floribus, in quo notatur fame fragancia, ex sapore quem habet in fructibus, in quo notatur operum habundancia. 13. A: qui queret. 14, 15. A: quia non. 15. A: ipsos ipsos illa intendere. 19. A: meam etc. 23. C: intendere; B: indenti; ib. A: inquam deest; lac. in cod. 24. A: humanitati. 27. A: consequi. 28. A: austrum; ib. A: humeralia. 31. BC: prime consequitur. 32. A: consequens.

Digitized by Google

solem iusticie dirigendo faciem suam in illum in tenebris ambulare. Ideo pertinenter subiungit: *Amen, Amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in eternum.*

He who keeps Christ's word will not see the second death.

Patet ex hoc quod servans verbum suum incorruptum, cum ipsum sit semen beatitudinis fructificatum, erit beatus et per consequens non videbit mortem suam secundam, cum foret beatitudini sue contraria, quia sic Deus foret auctor contradiccionis, et sic Christus pertinenter specificat mortem secundam que est perpetua, quia verbum suum est semen fructificans in vitam perpetuam.

Et contrariorum eadem est disciplina. *Dixerunt ergo Iudei: Nunc cognoscimus quia demonium habes,* et probant hoc ex Christi mendacio: *Abraham,* inquiunt, *mortuus est et prophete, et tu dicis oppositum.* Et patet quantum Judei blasphemi horrebant mendacium, cum ex illo concludebant Christum esse demoniacum; sed quia omnis malus ignorans (ut patet III Ethicorum), planum est quod cecitas sue ignorancie ex eorum malicia procedebat. Ignorarunt enim equivocacionem inter mortem et vitam temporalem atque perpetuam. Ignorarunt eciam quomodo pertinens fuit Christo specialiter loqui de morte perpetua. Nam Abraham et sancti legis veteris moriebantur morte solummodo temporali, sed morte perpetua nemo moritur nisi gustaverit ipsam in eternum; et sic verum dixerunt licet ignoranter quod Christus sit maior quam Abraham vel alius prophetarum. Sed quantum ad accusacionem qua innuerunt Christum gloriam suam querere magnificando se ipsum pompatice super Abraham et alios patriarchas Christus respondit quod hoc spectat specialiter ad mores et instruccionem ecclesie. *Si,* inquit, *glorifico me ipsum, gloria mea nichil est,* nam vana gloria sive falsa racione veritatis contraria nichil est, vel non est gloria sed magis confusio; sed cum Deus ipsum glorificat multis modis, patet ex dictis quod ex rectitudine sue vite habet veram gloriam consequentem. Et ille Deus quem Christus vere dicit esse patrem suum Judei dicunt licet mendaciter quod ex imi | tacione eius et observancia mandatorum sit Fol. 157[a]

The Jews were ignorant because they were wicked.

1. A: solum. 2. C: Amen dico. 14. Rectius: cognovimus. 19. A: Ethicorum est ignorans. 23. A: eciam deest. 25. A: solomodo; in marg.: Mors duplex. 26. A: gustavit. 27. BC: licet erranter. 35. B Nichil est vel deest. 39. A: licet deest.

Digitized by Google

singulariter Deus eorum. Christus autem cui Judei sunt ita contrarii novit clarissime et facit voluntatem Dei, et per consequens, si cum istis paribus Christus dixerit quod ipsum non scit Deum, sicut ipsi perfidi
5 ipsum nescierunt, oportet quod ipsis in mendacio simuletur. Oportet enim filios Dei eciam adoptivos sine contrarietate omnimode simulari. Et patet quomodo cum istis paribus, cum illi sint manifeste mendaces, oportet quod Christus propter eorum similitudinem foret mendax.
10 Et ulterius ex habundanti declarat Christus veritatem in primo obiecto sibi imposito: *Abraham*, inquit, *pater vester exultavit ut videret diem meum, vidit et gavisus est*. Ex quo patet quod Christus ut Judei concludunt tamquam eis inconveniens sit maior Abraham patri-
15 archa; sed contra istud replicant quod, cum Christus nondum sit quinquagenarius et Abraham ad tantum tempus prius obiit, patenter videtur ipsos convincere Christum ex verborum suorum mendacio. Dixerunt autem ipsum non esse quinquagenarium, cum non fuit
20 triginta trium annorum, ut si vellet se fingere esse senem, fama, oculorum iudicium contradicant. Sed Christus ostendens subtiliter suam divinitatem ex qua est maior Abraham eciam secundum humanitatem sic assumptam: *Antequam Abraham*, inquit, *fieret ego sum;*
25 in quibus verbis est implicata subtilitas, cum non dicit: *Antequam Abraham fuit, ego fui*, sed *antequam Abraham fieret, ego sum;* pro quo primo notandum quod (secundum sensum racioni exemplarem) Abraham debere fieri est eternum sicut sua factibilitas est eterna, sed sua
30 fuicio incepit in mundi principio. Secundo notandum quod in eternitate non est formaliter fuicio vel futuricio, sed nudum esse, cum in ipsa non sit successio; ideo signanter dicit Christus suam deitatem reserans non quod ego fui sed quod *ego sum*, quia cum sit ille
35 qui Exodi III°, 14 dicit Moysi: *Hec dices filiis Israel, qui est misit me ad vos*. Et tercio, iudicans suam eterni-

Christ's assertion about Abraham.

There is no past or future in eternity.

1. A: similiter; ib. A: autem tacuit. 2. Codd.: itaque. 4. A: sit Deum. 5. A: oportet ex ipsis. 6. Codd: simulenter; A: Scilicet enim. 7. A: omnimode deest; ib. similari. 8. A: cum istis paribus deest; ib. A: manifesti mendaces oporteret. 11. A: obiectus; ib.: sibi deest. 12. A: exultavit etc. 14. A: ei sequens sit. 15. C: Christus deest. 19. A: quinquaginta. 20. BC: duorum; ib. BC: esse deest. 21. C: contradicent. 22. A: subtiliter deest. 24. A: egu. 25. A: in quibus est explicita. 27. A: fieret etc. 28. A: racionum exemplarum (B: exemplarium); ib. A in marg.: 1; ib. A: Abraham deberet esse sicut; ib. Codd.: quod Abraham. 29. C: sic. 32. A in marg.: 2. 34. C: ego sim; ib. A: quia deest. 35. A: dicis filiis qui. 36. ter in codd.

Digitized by Google

tatem que superat omne tempus dicit: *Ego sum*, postponens illud posterius: *Ego fui;* sic enim preponderans ordinem nature ordini condicionis humane respondet prius ad illud secundo quesitum; quod est ponderancius et posterius ad illud primo quesitum, in hoc docens quod utilius ad utilitatem ecclesie est principalius faciendum.

These words are too deep for us to fathom.

Et ex isto textu considero quod quantumcunque longevus fuero et ab ineunte etate cum quibuscunque doctoribus studuero vix sufficiam superficiem istorum verborum Christi attingere. Nam facile est fideli concipere quomodo Abraham exultavit, ut videret diem Christi humanitus et *quod videt et gavisus est*. Cum enim sit ad propositum duplex visio, scilicet corporalis vel ocularis, que est solummodo de presenti, et mentalis vel fidei que est de quantumcunque temporaliter distanti, patet quod Abraham exultavit, ut in fide videret diem Christi et quod ipsam viderat et gaudebat. Nam Genesis XXII° dictum est sibi: *In semine tuo benedicentur omnes gentes terre;* et in figura trium angelorum cognovit Trinitatis misterium Gen. XVIII, et per consequens Jesum Christum; ymmo in oblacione filii sui vidit incarnacionis misterium; et sic humanitatem Christi in fide vidit continue sed remote. Sed infinitum superior atque subtilior sensus est in verbis aliis quem parum in via gustare sufficimus. *Tulerunt ergo* dicti Judei *lapides, ut in ipsum iacerent* tamquam hereticum lapidandum, sed *Jesus abscondit se et exivit de templo*, Judeos percuciendo acrisia, cum videbatur plane a suis discipulis, non a sacerdotibus sic cecatis. In hoc tamen fecerunt contra ordinem legis sue, quia in lapidacione blasphemi precederet accusacio testium, deposicio et iudicis sentenciacio de lapidando extra civitatem (ut patet Lev. XXIV); ipsi autem voluerunt lapidare eum in loco sancto quod erat illicitum eciam de convicto. Unde Joiada pontifex fecit Athaliam trahi extra septa templi, antequam occidatur (ut patet IV Reg. XI). Et simile huius fuge naturalis Christi dicitur Luce IV.

The attempt to stone Christ was illegal.

2. C: sicut enim. 3. C: questionis humane. 4. BC: secundo deest. 6. BC: principaliter. 11. BC: contingere. 14. A: sint; ib. A: dum visio; A in marg.: duplex visio; B in marg.: Visio duplex, corporalis et mentalis. 16. BC: tempore. 19. A: tuo etc. 20. A: figura tali angelorum etc. 25. BC: subtilior sentencia; ib. A: quam pure. 27. A: lapidibus, sed. 29. BC: plane deest. 30. BC: Illi hoc. 34. A: XXII.; BC: autem deest. 35, 36. A: Numeri Joiada pontifero. 36. C: pontifex deest. 37. A: IV Reg. 2. 38. A: fuge racionalis.

Digitized by Google

Et patet ex hoc evangelio quod sicut sacerdotum avaricia percussit eos invidia atque demencia contra Christum, sic ecclesie hodierne avaricia molestat eos et totam ecclesiam et specialiter | membra Christi, sacerdotes arguencia specialiter ex cleri avaricia; ideo medicina contra hanc avariciam est discenda. Scribitur enim Exod. XX°, 17: *Non concupisces proximi tui bovem vel asinum nec omnia que illius sunt.* Cuius mandati prevaricatores sunt in divisione triplici, sicut dictum est sermone proximo de concupiscencia uxoris proximi. Quamvis autem hec machinata avaricia foret in qualibet persona odibilis, verumptamen plus in clero qui ex maiori obligacione sequendo Christum est plus obligatus, vivendo vitam pauperem et habendo omnia in communi. Si vis ergo cupiditatem istam extinguere, iuxta dictum sermone proximo incipias in radice, non concupiscendo vel eciam cogitando de possessione bonorum proximi sed contendendo de paucis temporalibus instar Christi. Tunc enim non demoniace laborares circa possessionem perpetuam vel periodicam, sed circa utiliorem edificacionem ecclesie in bonis spiritualibus insudares. Certum quidem debet esse fidelibus quod talis presens edificacio erit fructu perpetuo digna, quia certum vel evidens debet esse cuilibet quod talis perpetuacio temporalium sit dampnanda, cum Christus illam nec docuit nec faciendam posteris exemplavit. Nec sunt fratres immunes ab isto crimine, cum impetrant temporalia persone sue aggregate quam intendunt esse perpetua, sed hoc est maius facinus quam simplex persona perpetrat pro sua brevi periodo, quia consensus est amplior, obligacio dissoluta maior et defensio persone hec perpetuantis diucius est longe potencior.

10th commandment.

Fol. 158a

Avarice leads men to molest the members of Christ who reprove them.

To beg for an order is worse than personal begging.

Et hec creditur Antichristi ultima versucia qua vult seculum perturbari. Cum enim circa temporalia sit tota dissensio, non mirum si regna ultra solitum que tantas paciuntur rapinas ex sectis novellis in aliis oneribus sint gravata. Nec dubium quin tales ex vanitatibus suis concupiscentes in facto sic bona proximi

1. A in marg.: Nota; ib. Codd.: sacerdocium. 5. A: avaricia pre medicina. 7. A in marg.: Decimum mandatum. 10, 11. BC: uxoris—hec deest. 18, 19. A: horalibus; B correxit in temporalibus. 19. B in marg.: Super mandatum decimum decalogi. 23. BC: erit fructu perpetua. 24. C: sed in certum vel evidens; ib. A: enim Deus debet. 26. A: facientum. 28. A: impetravit. 29. AC: perpetuam: 30. A: persona perpetuas; rectius: perpetuat. 34. Codd.: ultimata. 38. A: sunt. 38, 39. BC: nominatibus.

Digitized by Google

sint prevaricatores omnium mandatorum decalogi; unde hanc rapinam pertinet regi et brachio seculari extinguere quod posset faciliter fictam elemosiam abnegando.

SERMO XXIII.

Altera autem die que est post Parasceuen convenerunt principes sacerdotum et pharisei ad Pilatum. Matthei XXVII°, 62.

In fine patet ad literam quomodo Christo occiso principaliter per principes sacerdotum et ministratorie per milites et alios eorum ministros Evangelista narrat quid in proximo sequenti sabbato erat factum. Et quia non sufficimus nunc totum passionis ordinem explanare, ideo illam partem que in ecclesia legitur per modum evangelii restat parumper exponere. Narrat enim Mattheus quomodo altera die post Parasceuen, hoc est, proximo die sequenti sabbato *convenerunt* capitales domini occisores, hoc est, *principes sacerdotum et pharisei, ad Pilatum* gentilem respectu eorum in parte excusabilem, ut sic perpetratum facinus in ipsum effunderent et de cavendo periculo in posterum providerent. Sic inquiunt: *Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam* (ut patet Matthei XXVII°, 63). Que sentencia multis modis ad ipsos poterat pervenire. Acceperunt ergo partem sentencie et illam dimiserunt que sonat in laudem Christi presciencie et voluntarie paciencie (ut patet supra Sermone XVII). Inmiscent autem ex pravo corde suo blasphemias, vocando Dominum qui singulariter ducit ad patriam seductorem. Ideo ex auctoritate et consensu cesaris cum suis subditis voluerunt sepulcrum Christi usque ad diem tercium custodiri, quia ipsis in multis veritatem verborum Christi crediderant, sed modum quo Christus resurgeret multipliciter depravarunt. *Ne forte*, inquiunt, *veniant discipuli eius et*

The chief priests and Pharisees wished Pilate to bear the blame of Christ's death.

4. AB in marg.: Sermo XXIII; C: in ramis Palmarum. 5. A: Parasseium; cetera desunt. 8. BC: Christi occisio. 10. BC: aliorum ministros. 11. BC: proximo deest. 12. C: passionis capitolum. 15. A: enim deest; ib. A: Parasceium. 16. A: die sequenti deest. 17. A: princeps. 19. A: eorum deest. 20. A: effundere; ib. BC: et ut. 21. A: Sic inquit. 22. A: quod seductor iste. 23. AB: ut deest; ib. Codd.: Luce XVIII. 25. BC: dimiserant. 28. A: blasphemis. 30, 31. A: sepulturam. 31. B: custodire. 32. BC: invitis veritatem. 33. C: quomodo; ib. B: quomodo correxit: quo. 34. C: dampnaverunt; ib. A: forte deest.

5. Cf. Wyclif's Sermons I, 128.

Digitized by Google

furentur eum, ac superaddant mendacia quod in virtute propria resurrexit, et vel latet vel in celum ascendit. *Et sic novissimus error* quo populus seducetur *erit peior priore* quo vivens cum discipulis suis populum sedu-
5 cebat. Et patet quam sinistre, quam stulte et quam improvide loquebantur, quia facientes tantam diligenciam contra resurreccionem Christi verba sua in hoc crediderant esse vera, sed de ficcione furti discipulorum
Fol. 158b suorum quod | magis crederent dubitacionem expressam
10 per *forte* addiderant repugnanter. Nam membra diaboli sciunt infundabiliter laxare in suis ficticiis falsitatem, quia secundum Aristotelem contingit errare a veritatis rectitudine multis modis. Sed Pilatus consensum et auctoritatem huius facti proditorii a cesare in ipsos
15 excuciens: *Habetis*, inquit, *custodiam*, hoc est, ad vos pertinet custodire; ideo propter tantum interesse *ite et custodite* cum tanta diligencia, *sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum cum custodibus* involventes lapidem quod tucius crediderunt quam hostium. Et
20 providendo de militibus ipsum custodientibus cum sigillis suis obturantem *lapidem signaverunt*.

They pretended that the disciples would spread lies about Christ's resurrection.

Pilate threw the responsibility no them.

Sed quia non est consilium contra Dominum (ut dicitur Prov. XXI, 30), patet quam signanter Deus ordinavit quod tota machinacio eorum in confusionem suam et
25 redargucionem non modicam sit conversa, quia milites qui videbantur eis consentanei in Christi veram resurreccionem consenserant, licet conducti pecunia paulisper taceant. Et patet sua sumptuosa confusio, quia generaliter via diaboli est confusibilis, difficilis et
30 nimium sumptuosa. Econtra autem via veritatis est consolativa, facilis et precipue levis ferri, quia regnum celorum apud quemcunque mercantem non plus valet quam habet, cum ante Dei oculos non sit manus vacua a munere, si sit archa cordis repleta bona voluntate;
35 bona itaque volicio que est liberrima atque facillima est sufficiens precium pro hoc regno.

Their counsel was to their own confusion.

Sed pro sensu huius evangelii tropologico est notandum quod totum hoc factum videtur innuere totam perver-

1. BC: quia virtute. 2. A: resurrexit propria resurrexit. 3. A: est peior. 4. A: priori quo emens. 11. BC: sanis ficticiis. 12. A: a virtutis. 14. BC: facti deest; ib. A: et ipso; C: ipsas. 16. BC: interest. 18. BC: cum custodibus deest. 19. A: lapides; ib. C: ostium. 21. A: obturante. 23. BC: quod signanter; A: ordinat. 26. A: eis deest; sic consentanei. 27. A: conducta. 29. A: est deest; B in marg.: Diaboli via difficilis et via Christi facilis. 31. A: precipui fori quia; B: fori. 35. A: volucio. 37. A in marg.: Sensus tropologicus.

Digitized by Google

This passage taken tropologically warns against the wickedness of the clergy.

sitatem cleri moderni qui ordinacioni Christi est nimis contrarius et eo ipso sceleracius quo noster clerus non corpori Christi mortui sed legibus suis regnantis in celo diucius, multiplicius et laboriosius adversatur. Lex autem vel ordinacio Christi est essencialiter tota humanitate sua prestancior, cum Luce XXI dicat Veritas quod *verba sua* more celi et terre *non transibunt*, et cum peccatum propter honorem persone in quam peccatur sit gravius, patet quam gravis est culpa proditoria nostri cleri contra Christum Deum et hominem supra omnes spiritus beatos iam regnantem. Videatur itaque conformitas phariseorum et principum sacerdotum in dicto crimine et scelere superadditi cleri nostri.

They put a lying gloss on Christ's words.

Coacti quidem sunt fateri veritatem conversacionis Christi ex publicacione evangelii in missalibus et in plebe, sed multiplicius quam sacerdotes legis veteris fingunt super istud commenta mendacii, ut quod ordinacio Christi et lex ipsius non durat nisi ad tempus modicum quousque quod vita Christi et suorum apostolorum sit sua ecclesia stabilita, postea vero vult Christus quod omni possessione temporalium et honore mundano sit sua ecclesia circumsepta. Alii autem fingunt quod non est color, si Christus sic fecit humanitus quod nos posteriores debemus facere similiter, cum multa ex sua dignitate sibi pertineant que in eius vicariis dedecerent. Sed tercii fingunt, cum non potest fundari quod Dominus mendicavit, quod excellenciori dominio fuit plenus diviciis, habuit licet tacite totum seculare dominium, quod sequens clerus suus debet ad sui meritum expressare. Et volentes habere auctoritativam confirmacionem a cesare et brachio seculari vendicant confirmacionem ab illis procedere. Brachium autem seculare ex instinctu naturali hoc renuens dicit quod ad illos pertinet illam sentenciam roborare et timentes ne sit novissimus error peior priore multiformes leges constituunt et ex superhabundanti cautela iurare sibi faciunt cesarem et totum brachium seculare ut si contra possessionem suam resilire voluerunt sint

They say I. Christ's ordinances were meant only for his time and his apostles.

II. Christ is too high to be a model for us.

III. Christ had dominion over all things; the clergy should have it too.

2. A: ipso deest; B in marg.: Clerus contrarius legi Christi regnantis plus quam contrarius sibi in vita mortali in quibus et qualiter. 6. A: dicas. 7. A: transient. 8. C: per peccatum. 10. A: Deum supra omnes. 11. BC: bonos spiritus iam. 13. A: sceleris; ib. A: nostri nostri. 17. A in marg.: triplex ficcio; B in marg.: Fucus astutus cleri quo dominium sibi usurpant in temporalibus: AB: in marg.: 1. 22. AB in marg.: 2. 26. A: dedicerent; AB in marg.: 3. 29. A: consequens. 35, 36. A: priori . . . legis. 37. A: facimus. 38. A: voluerint; C: voluerunt.

Digitized by Google

ex iuramento notorio et premissis legibus tamquam infideles et periuri sacrilege condempnati, et per consequens, cum papa sit universalis dominus, nedum super totam habitabilem sed super totum thesaurum ecclesie Fol. 158c triumphantis, | ex immensitate sui imperii nulli regi qui contravenerit liceat amplius dominari, sed quicunque eis faverit vel quomodocunque consenserit sit excommunicatus ad quot milliarium distanciam libuerit undequaque. Et istam sentenciam infundabilem diaboli quicunque temptaverit impugnare sit hereticus, scismaticus et blasphemus et consequenter quam cito poterit morte turpissima condempnatus.

Knights bear witness to the truth in spite of the clergy.

Et quantum ad propriam cleri diligenciam, patet quod involvunt lapidem in vacuitatem sepulcri sed secundum conformitatem scripture irregulariter impolitum. Munimenta tamen sua cum plumbo signant vel cum aliis circumstanciis cercioribus quantum possunt. Milites autem conducunt ut perhibeant falsum testimonium contra Christum, sed illuminati per ipsum in suis animis resurgentem prorumpunt in veritatis testimonium. Et palliare ista commenta propter fortitudinem invincibilis veritatis est toti exercitui diaboli cum suis ministris nimis difficile, cum exercitus gentilium dominorum ex instinctu interno ipsis quodammodo naturaliter contradicit.

Answers: I. If Christ had meant his ordinances to be temporary he would have said so.

Et quantum ad tres predictas ficticias patet ex sepe dictis solucio, nam prima multipliciter sapit blasphemiam, scilicet quod ordinacio Christi et lex quam ipse dedit ecclesie duret solum per horulam, sed lex Antichristi sibi contraria duret infringibiliter infinite, cum fides evangelii dicat quod verba non transirent. Blasphemia eciam foret quod Christus ad tam breve tempus duracionem sue ordinacionis intenderet et nec explicite nec implicite hoc doceret. Tunc enim vel foret ignorancia vel intricantis perplexionis iniquitas apud eum.

Item, si ordinacio Christi in maiori indisposicione durare debeat ad stabilimentum ecclesie, multo magis ad confirmacionem eiusdem stabilimenti, cum ad hoc plene sufficiat. Tradiciones quidem Antichristi superad-

1. A: sic in iuramento. 2. C: sacrilegi. 5, 6. A: quoniam contravenerit. 8, 9. BC: undiquaque. 9. BC: funem infundabilem. 14. A: vacuitate. 24. BC: interno temporis quodammodo. 26. A in marg.: A. B in marg.: Contra illos qui dicunt ordinacionem Christi et sue primitive ecclesie cedere debuisse ordinancie ecclesie moderne. 27. A in marg.: 1. 29. BC: durat. 31. A: non deest; BC: transient. 32. A: eciam eciam. 36. A in marg.: 2; BC: Iterum. 39. C: quidem deest.

Digitized by Google

dite excitant ad avariciam contrarie legi Christi; ideo pernecessarium foret contra istam Antichristi nequiciam quod lex Christi ac sua ordinacio quibus Antichristus assignat tam brevem periodum modo duret.

We see that wealth harms the Church.

Et quantum ad illud quod blasphematur de voluntate Domini, quod Christus voluit ut sua ecclesia sit omni possessione temporalium finaliter circumsepta, patet quam blaspheme fingitur Christum fuisse in tradicione sue legis per ypocrisim populi seductorem. Racio quidem naturalis et testimonium evangelii hoc convincit quod mundana gloria et specialiter in fine temporis ad beatitudinem indisponit. Exhinc enim generacio sacerdotum in lege veteri et nova facta est pessima (ut patet Sermone XX). Nec scit Antichristus fingere racionem quare mundana gloria ad spiritualem edificacionem ecclesie nunc prodesset, quin pocius foret hoc seminarium ad amaras contenciones et lites in ecclesia seminandum; si enim temporalium copia et mundana gloria sint sectis iam introductis disposicio ad beatitudinem acquirendam, quomodo illas disposiciones perderent, quin pocius contra se ipsos reciproce et contra seculares dominos extinctis elemosinis laborarent?

Hoc enim non foret incitamentum, ut aliquis mundo renunciet vel sua temporalia indigentibus gratis daret, cum hoc gloriam mundanam et per consequens disposicionem ad beatitudinem suam minueret.

Et ista est fallacia qua Antichristus seducit sectas quod perturbando ecclesiam adeo sunt avari (cum dicit evangelizacio Pauli) contrarie quod *habemus hic manentem civitatem nec futuram inquirimus;* et omnino ostendit se esse de capitulo impiorum, Sapiencie II°, contra Deum loquencium.

II. All Christ's deeds are for our example.

Quoad secundum patet quod nichil est fidelius quam quod omnia opera humanitatis Christi sint exemplaria a fidelibus exequenda. Ex hinc enim ponitur coraula

4. A: duret deest. 6. A: ut sua datur sic cum possessione. 7. A: finaliter deest. 8. A: blasphemo; ib. Codd.: in tradicione. 9. A: Et racio naturalis. 16. BC: ecclesie deest. 17. A: avaras; ib. A: et licet in. 19. A: sunt. 19, 20. A: beatitudinem ad quidem. 25, 26. C: disposicionem deest; B: indisposicionem. 27. BC: est fabula; ib. sectas; A: deitas. 28. A: ecclesiam deest. 29, 30. A: manente. 30. BC: non futuram. Vulgate: *Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.* 31. BC: de catalogo; ib. A: impiorum, Sapiencie et. 33. B in marg.: Opera Christi humanitas sunt a fidelibus exemplariter exequenda; ib. A in marg.: B. 34. BC: quod deest; ib. BC: humanitus; ib. A: in exemplaria.

29. Hebr. XIII, 14.

Digitized by Google

tocius coree tripudiantis ad beatitudinem, ut eius vestigiis innitatur; et sepe dicit Petro et in ipso toti suo ovili ut ipsum sequatur (ut patet Johannis ultimo), quia Fol. 158d aliter | tota doctrina sua de sequela in sua vita exemplari imitatoria foret frustratorie in ecclesia recitata, et (quod horrendum foret adversantibus) nulla verba vel facta Christi que dignitatem sapiunt darent evidenciam quod ipsi haberent huiusmodi dignitates. Et tunc pure intenderent austeritati ut milites; et totum quod habent per rapacem tirannidem occuparent.

Nichil ergo plus perturbaret ecclesiam quam negacio istius principii, scilicet quod Christus sit a cunctis fidelibus in conversacione et a clero precipue imitandus; et sic a quibusdam remocius sed a carioribus suis propinquius, cum aliter destrueretur tota religio regule christiane. Verum est igitur quod Christus debet habere primatum ducendi suum exercitum in operibus cunctis meritoriis et non ad gradum suum sufficiunt membra sua attingere. Ideo blasphemant qui regula religionis sue postposita extraneam adinveniunt nec ipsum sequuntur seducti indubie per cautelas novellasque apostolorum observanciis superaddunt. Recolerent (inquam) illud Matthei XVI°, 23 dictum Petro: *Vade post me satana. Non enim sapis ea que Dei sunt.* Omnes enim qui nituntur magnificare novellos ordines supra ordines Christi sunt satane, quia sapiunt doctrinam diaboli cum debent post Christum vadere et non in novitatibus infundabilibus anteire.

Blasphemy of new orders.

Quantum ad tercium, patet quod Christus secundum racionem multiplicem habebat dominium ad cuius gradus nullus christianus potest attingere; debet tamen ire post eum quoad divinitatem Christi, analogice sectando iusticiam, et quoad humanitatem eius secundum titulum status innocencie sibi proporcionabiliter propinquando, et quoad titulum gracie laborando, ut a fonte pure hauriat omnibus naturis inferioribus dominando. Domi-

III. As to dominion we should seek only the grace which is a title to it.

1. Codd.: corre; ib. C: ad beatitudinem deest. 2. A: et in ipso deest; BC: toto. 3. A: sicut patet. 4. A: sequela in vita; BC: in deest. 5. A: et frustratorie. 8. A: ipsi deest. 9. A: austernati. 10. A: habet. 12. C: scilicet deest; ib. A: sit deest. 13. A: a deest. 21. BC: novellas quod. 22. observancias in codd. 24. BC: enim deest. 25. A: super. 26. A: que. 27. BC: in deest. 27, 28. A: infundabilius; sequitur lac. anteire deest. 29. A in marg.: C. 30. A: dominum ad opus ergo nullus. 33. A: eius deest. 35. BC: nec a. 35, 36. BC: parum hauriat. 36. A: inferioribus enervando (!); B in marg.: Sequi Christum in quibus principaliter clerus debet et in quibus christianus; A in marg.: Dominium seculare.

Digitized by Google

nium autem seculare Christus in persona sua habere non potuit nec suis vicariis dereliquit. In dominis tamen secularibus ascendendo super asinam versus Jerusalem exemplavit (ut patet Matthei XXI° et sermone primo de adventu Domini exponitur).

Christ shews how lay rulers should keep the clergy in order.

Et patet secundum quam racionem clerus debet sequi Christum in dominio et secundum quam brachium seculare debet sequi Christum, regens clerum insanum ne a lege Christi evolet cohercendo. Sic enim ascendendo ut rex primo templum peciit et subtraxit materiam in qua secundum avariciam peccaverant sacerdotes. Cum ergo totum brachium seculare debet sequi Christum in hoc specialiter, patet quante a Christo degenerant sequelam huiusmodi omittendo. Non enim possunt fingere quin in ista culpa clerici sunt culpabiles ex consensu. Et patet quod imponendo Christo quod sic fuit seculariter dominatus licet implicite est blasphemum mendacium, cum innuitur Antichristum in perfeccione tali se extollere super Christum.

Debet autem clerus secundum doctrinam apostoli et instar Christi crucifigere se cum mundo. Et extolluntur filii illi diaboli super illos qui crucifixerant dominum Jesum Christum, cum legem suam ac ordinacionem extinguunt, suspendunt et in patenti patibulo crucifigunt. Cum autem dicta lex et ordinacio sit conventus Christi perfeccior, patet cum paribus quomodo prelati cesarii et Antichristi discipuli sacerdotes legis veteris in malicia antecellunt.

SERMO XXIV.

Maria Magdalene et Maria Jacobi et Salomee emerunt aromata. Marci ultimo 1.

Claret historia quomodo Christo mortuo hee tres sancte mulieres corpus Christi fuerant secundum consuetudinem Judaicam venerate. De illis autem dicit metricus notando historiam:

2. A: nec eius. 5. BC: Domini deest. 6. A: Et post. 8. A: insanem. 12. A: Christi. 15. BC: cleri. 16. A: patet imponendo. 18. A: perfecto. 21. A: Et tolluntur. 25. A: co^{tus}; BC: corpore. 26. B: cum per idem. 29. A in marg.: Sermo XXIV; B in marg.: 24. 30. A: Maria Jacobi — aromata deest; ib. A: Salome. 32. A: quomodo hee tres mulieres. 35. A in marg.: versus.

Digitized by Google

Anna tribus Joachim, Cleophe, Salomeque Marias
Tres parit, has ducunt Joseph, Alpheus et Zebedeus.
Christum prima Joseph, Jacobum cum Symone Judam
Altera, que sequitur Jacobum parit atque Johannem.

Anna had three daughters Mary, by three husbands.

5 Maria autem Magdalene ordinavit Dominus in ministerium huius officii anteponi, ad denotandum quod spiritualis et meritoria dileccio est sibi carior quam carnalis cognacio (ut patet Matthei XII°). Sed quan-
Fol. 159a tum ad horas in quibus | hec fecerant cum evangeli-
10 starum concordanciis, notandum quod quatuor sunt iniciaciones diei naturalis ut dicit metricus:

Mane diem Greca gens incipit, astra sequentes
In medio lucis, Hebreus vespere facto;
Inchoat ecclesia medio sub tempore noctis.

Different ways of reckoning the day.

15 Tercio notandum quod apud Judeos denominacio fit a fine, cum ipse secundum eos sit dignior atque nobilior; et hinc vocant totam septimanam sabbatum et quemlibet eius diem denominant a sabbato, ut prima sabbati, secunda sabbati etc. Unde quinque equivocaciones huius
20 nominis *sabbatum* includit metricus in hiis versibus:

Sabbata dicuntur requies et vita perhennis,
Septimana, dies septima, festa data.

Five meanings of 'Sabbath'.

Dicte ergo mulieres pausarunt in sabbato propter solempnitatem festi, verumptamen in vespere sua aro-
25 mata quibus condirent corpus Domini prepararunt. Et sic venerunt versus sepulcrum, scilicet in die dominico que vocatur prima sabbati (et incipit a vespere in luce vespertina), pro parte venerant, sed in mane venerunt complete ad sepulcrum (ut dicit evangelium Matthei
30 ultimo). Et hoc potest figurare quod hee sancte mulieres sabbatizabant pro illo die quo sacerdotes perfidi induta blasphemia (sermone proximo) laborabant. Et potest notare vacacionem vel ocium quo nostri presbiteri in die dominico perpetrant culpam suam. Nam inmundus spiritus
35 cum exierit ab homine et invenit domum vacantem credit disposicionem in qua seducet huius modi domum.

The holy women observed the Sabbath.

3. A: primo; ib. C: Symeone; ib. AC: Juda. 5. A: ordinat. 5, 6. A: ministerio; B: ministerium. 7. A: specialis. 8. A: XIII. 10. A: quod quatuor nunciaciones Dei ultra dicit. 12. A in marg.: Versus. 13. C: sed Hebreus; A: lucis gentiles; ib. B: vespere sancto. 17. A: Et hinc deest; ib. A: totam deest. 20. A: hiis verbis; ib. A in marg.: Sabbatum quintuplex. Versus. 21. A: Sabota. 22. C: festa dies. 23. C: in deest. 23, 24. A: propter fecisti. 26. C: dominica. 30. A: hec deest. 31. sabotizabant.

3 Cf. Sermonem Johannis Gerson de Nativitate B. Mariae Opp. tom. III. col. 131 (ed. Paris 1606). This curious genealogy was popular at the time and is to be found in Higden's Polychronicon and elsewhere.

Digitized by Google

Danger of idleness.

Unde ocium est una causa quare Sodomite et nostri clerici sunt seducti. Primum patet Ezechielis XVI°, et secundum patet a tempore quo clerici sunt a ministerio apostolico ociati. Unde sequitur in evangelio Marci quod dicte mulieres *valde mane* primo die post sabbatum, hoc est die dominico, *venerunt ad monumentum circa ortum solis.* Sed musitabant in via *quis eis revolveret lapidem ab ostio monumenti.* Deus tamen precepit angelo, ut ipsum revolveret, non ut Christus posset egredi, cum exivit de utero clauso virginis et intravit ad apostolos ianuis clausis, sed ut terreat custodes (ut dicitur Matthei ultimo) et ut ostendit vacuitatem sepulcri et sic Christum antea surrexisse. *Et introeuntes* mulieres *in monumentum viderunt angelum in forma iuvenis veste candida indutum et* de vacuitate sepulcri ac absencia corporis dominici *obstupuerunt.* Sed angelus boni nuncii more contrariando diabolo predictas feminas consolabatur: *Nolite,* inquit, *expavescere,* quia cum *Jesum queritis Nazarenum,* sciatis quod *surrexit,* cum *non sit hic* modo corporaliter. *Ecce loci vacuitas, ubi corpus Domini ponebatur; sed ite et dicite discipulis Christi* generaliter *sed Petro* specialiter *quia precedet vos in Galileam.* Petro autem specialiter, ne propter negacionem recentem Domini desperaret sed conversus ad fidem oves quadam peculiaritate sibi traditas super alios confirmaret (ut patet Luce XXII et Johannis ultimo).

Why the stone was rolled away.

Why Christ appeared first to the women.

Sed sensus misticus horum verborum videtur esse gravidatus sentencia; primo quidem ordinavit Christus quod sanctis mulieribus appareret, quia decens fuit quod apparicio qua primo matri apparuit consequenter per alias feminas ad ecclesiam perveniret, sed sicut ipse non in fide fluctuaverant velut apostoli, sic ad confortacionem sexus forent fidei delatrices. Et secundum beatum Gregorium moraliter *Christum querimus* cum istis feminis, *si* cum fide constanti *odore virtutum et*

1. A: causa qua. 2. C: XVIII. 5. A: prima die. 7. A: ut circa; ib. Vulgate: *orto iam sole.* 8. A: hostio etc. 9. A: ut ipse illum. 12. A: ut deest; BC: et deest. 13. A: Christum sequitur lacuna; ib. antea deest. 14. Codd.: Et deest; BC: Sed. 20, 21. Vulg.: *Ecce locus, ubi posuerunt eum.* 23. A: procedet etc.; ib. A: vero spiritualiter. 24. A: diu desperaret. 25. A: sibi deest. 26. A: XXII deest. 27. A: Johannis deest. 28. A in marg.: Sensus misticus. 31. B: quia quod; ib. A: aspericio. 32. A: ut sicut.

35. Cf. Gregorii in Ev. lib. II. Hom. XXI. Opp. tom. I, 1526.

Digitized by Google

opinione bonorum operum vigilanter insistimus ad corpus pro nobis mortuum honorandum.

Et tales anime ut sorores Domini conserte virtutibus vident angelos, quia plerumque habent speciales in-
5 spiraciones angelicas et mirabiles visiones. Angelus autem sedet in dextris ad signandum Christum transisse viacionis miseriam et locari stabiliter cum beatis, et sic albor scole candide signat completam Christi victoriam et splendidum ac gloriosum premium inde sequens. Et
10 notat sanctus (quomodo dicitur Matthei ultimo) quod Fol. 159b aspectus illius angeli erat *sicut* | *fulgur et vestimenta eius sicut nix. Per hoc*, inquit, *signatur quod aspectus angelorum est perversis terrificus, sicut erant milites custodes sepulcri et alii viciosi; sed est blandus virtuosis*
15 *Deum timentibus, sicut erant dicte femine et alii virtuosi.* Et sic est de Deo cuius dictus angelus est nuncius et minister.

Such virtuous souls see angels.

Circa hunc textum communiter musitatur utrum erant tres Marie (ut prius dicitur) vel tantum due. Prior via
20 infundabiliter utitur mediis duobus ad suam sentenciam declarandum. Primo dicit quod eadem persona istius historie fuit binomina, sicut sepe alibi legimus in scriptura; secundo dicit quod duplex Maria soror virginis fuit diversis viris sepius desponsata. Et per hec
25 duo concordat hoc evangelium et historia Mariarum. Secunda via ponens tantum duas Marias, scilicet Mariam Magdalene et Mariam matrem Jacobi maioris que fuit uxor Zebedei venisse nunc ad sepulcrum Domini, cum Mattheus solum duas Marias commemorat et Lucas ac
30 Johannes commemorant solum unam, licet Lucas plures mulieres commemoret, sic et isthic construit istum textum: Maria mater Jacobi et filia Salomee cum Magdalene emit aromata; michi autem videtur tutum utramque istarum sentenciarum supponere citra fidem,
35 et sic quiescere in hiis verbis secundum sensum quemcunque Spiritus Sanctus flagitaverit, Maria Jacobi et Salomee sic se habuerunt sive due Marie fuerint sive una.

Needless to decide whether there were three Maries or two.

3. A: anime in; ib. A: conformitate; B: conforte virtutibus. 4. A: hunc spirituales. 8. A: albior; B: albore. 12. A: eius etc.; ib. BC: significatur. 13. A: est perversus; ib. A: erat. 14. A: sed eciam. 18—37. A: Circa hunc — sive una deest. 18. B in marg.: Questio. 25. C: historiam. 27. C: Magdalenam. 30. B: commemoret et. 31. Codd.: ista sic. Correxi. 33. B: Magdalena; ib. C: tutum deest. 37. C: habuerit; ib. C: fuerunt.

12. l. c. mutatis verbis.

Digitized by Google

Angel's words well suited to Easter communicants.

Sed quia populus communiter recipere solet eukaristiam isto die, ideo sensus instruccioni sue pertinens est aptandus. Potest enim omnibus talibus pertinenter dici illud huius evangelii: *Jesum queritis Nazarenum.* Omnes enim qui ad ecclesiam hoc die venerint, ut sacientur ex isto viatico, Jesum querunt; ideo oportet quod in illis ut sepulcro Christi assistentibus simul amor et pavor insistant.

Christ's body lies in the host as in a tomb,

Quidam enim digne accipiunt eukaristam in Christi memoriam, et sunt illi qui tamquam angeli mundi a crimine ministrant Deo debite. Sed alii qui sunt irretiti criminibus *iudicium sibi manducant et bibunt* secundum Apostolum. Ideo sicut prioribus qui venerunt de premio beatitudinis est sperandum, sic posterioribus de dampnacione perpetua est timendum; vel illis aptandum est hoc huius evangelii: *Veniunt ad monumentum orto iam sole.* Omnes enim qui isto die sacramentaliter recipiunt corpus Christi *veniunt ad* ipsum ut *monumentum,* quia corpus Christi in ipso ut monumento absconditur, sed oculariter non videtur; necesse vero quod in illis omnibus oriatur sol iusticie per virtutes. Vel tercio aptari potest populo illud huius evangelii: *Surrexit*; *non est hic.* Necesse quidem est sic accipientibus eukaristiam quod in fide katholica instruantur et per consequens cognoscant quod Christus est sursum in patria quod secundum suam substanciam, et non est hic taliter sed sacramentaliter vel in signo. Sed quia fides per se est mortua, ideo necesse est quod spes et caritas comitentur.

but only sacramentally.

Quarto autem aptari potest hoc verbum huius evangelii: *Precedet vos in Galileam;* nam hic solum videmus per speculum in enigmate et Christum precise comedimus in figura, sed si fuerimus viantes fideliter, precedet nos in termino ad quem nostre transmigracionis, et comedemus eum per hominem interiorem secundum sui substanciam pastu perpetuo quo erimus beatifice quietati.

1, 2. A: eukaristia. 5. A: enim deest; ib. A: venerit. 6. B: ex deest. 9. A in marg.: 1. 12. A in marg.: 2. 13. BC: qui venerunt deest; ib. B in marg.: Corporis ad percepcionem induccio. 18. A: ut deest. 19. A: est ipso. 19, 20. A: oculatus videtur. 20. A: necesse enim. 21. A: tali populo. 24, 25. B: cognoscant — quod deest. 25. A: quod suam; ib. B in marg. al. manu coaeva (black ink): Reccius fecisses, si psalterium repeciisses, hereseos pestes tam pravas non seminasses. 27. A: persone est meretrix (sic). 29. 30. A: verbum huius evangelii deest. 30. BC: hic namque. 31. A: in deest. 31, 32. A: pure comedimus. 33. A: precedit. 34. A in marg.: Nota de eukaristia.

12. I. Cor. XI, 29.

Digitized by Google

Dilatando autem sermones istos potest scola de virtutibus pertinentibus communicando auditorio introduci et hortacio quantum expedit dilatari; veritas quidem est subducto supercilio sacerdotum quod tam fidelis
5 possit esse christianus non audiendo missam vel accipiendo eukaristiam, sicut se ipsum per signa talia preparando. Quis (inquam) fuit Baptista fidelior qui nunquam vidit hanc eukaristiam vel comedit? Sicut eciam frequenter fuit de sancto Paulo et aliis multis
10 fidelibus, cum sit per se notum fidelibus quod hec signa corporalia non prosunt sumentibus nisi de quanto inducunt devocionem, pietatem vel virtutes alias pascentes immediate ipsam animam.

A christian may be no less faithful, although he never hear mass or communicate.

Ex quibus colligitur quod melius foret cogitare
15 Christum devote secundum racionem qua viando promeruit vel secundum racionem qua modo in celestibus est beatus quam videndo eukaristiam oculo corporali. Hoc enim est commune bestiis et infidelibus quantumcunque sceleratis. Nec prodest fidelibus nisi de quanto
20 inducit ad cogitacionem et visionem fidei supradictas; et sicut multis prodest per accidens, sic multis (Deus scit si pluribus) per accidens multum obest. Ideo cum lex Dei ex prima institucione sit facilis, licet nunc sit nimis difficultata per satrapas, satis est fidelibus Christum
25 secundum virtutes theologicas devote recolere, licet nunquam viderint basilicam vel sacramenta nunc instituta receperunt. Quod si brevius et levius per evangelizacionem attingeret ecclesia istum finem subductis hiis omnibus ritibus, quis dubitat quin illa sacramenta
30 et eorum observancia sint irracionabiliter introducta? Scio tamen quod sacerdotibus et prelatis qui super istis habent honorem suum et lucrum ista sentencia
Fol. 159a displiceret; et patet quam venenosa foret statuicio talis heretica quod omnis | utriusque sexus semel in anno
35 ad Pascha scilicet hoc sacramentum accipiat, cum ad annos discrecionis advenerit, sub pena nimis horribili. Nam deficiente evangelizacione quam Christus instituit

Devout thought of Christ better than seeing the Eucharist.

Evils of the law compelling yearly communion.

2. A: precando auditoris. 3, 4. A: quidem est deest. 5. A: posset; ib. BC: adiendo; ib. missam deest. 7. A: fuit deest. 8. B: unquam; ib. B in marg.: Sis cautus hic. 9. A: sic frequenter; ib. A: sancto apostolo et. 10. A: persone. 11. C: de quanto deest; ib. B: nisi in. 13. BC: immediate deest. 14. A in marg.: Conclusio; ib. B in marg.: Nota bene. 15. A: Christum deest. 18, 19. BC: quantumlibet. 23, 24. BC: sic nunc nimis. 24, 25. A: Christum et virtutes. 26. A: viderunt; ib. B in marg.: Cave hereses pessimas. Cave hereses. 26, 27. A: nunc iusticia. 27. B: recipient; C: reciperent. 28. B: attinget. 30. A: sit irracionaliter. 33. B in marg.: Cave bene.

Digitized by Google

Yet it is well for the faithful to receive this sacrament.

necesse est quod signa generacionis adultere propter communicacionem eius blasphemam per hereticos sint inventa. Non tamen nego quin devote ac meritorie contingit fidelem ministrare et accipere huiusmodi sacramenta. 5

SERMO XXV.

Cum esset sero die illo una sabbatorum. Joh. XX°, 19.

This is the fifth appearance of Christ on Easter-Day.

Hoc evangelium (ut multa alia) narrat Christi argumenta fidelibus quibus ad utilitatem ecclesie ostendit ipsum resurrexisse a mortuis. Ista autem apparicio fuit 10 quinta et ultima die Pasche. Nam mos est scripture vocare unam sabbatorum diem primum post sabbatum quod fuit ad literam dies Pasche, unde pro intellectu huius evangelii et declaracione illius evangelii materie notandum quod Christus ante ascensionem suam dicitur 15 apparuisse decem vicibus, loquendo de apparicionibus in evangelio expressatis. Apparet autem Lincolniensi et ceteris quod, licet evangelium hoc non exprimit, primo omnium apparuit matri sue, et hoc videtur saltem intelligendo de apparicione interna, quia cum fuit in sab- 20 bato archa fidei christiane, convincitur tam ex hoc quam ex Christi gratitudine quod primo omnium mentaliter apparuit matri sue; sibi enim primo omnium est Christi resurreccio revelata. Nec video quod oportet resurreccionis Christi esse apparicionem aliam matri tam 25 fideli ostensam.

Christ's supposed appearance to his mother.

He appeared 1. to Mary Magdalen,

Loquendo autem de apparicione corporali in evangelio expressa primo apparuit Magdalene sedenti iuxta sepulcrum aliis recedentibus (ut patet Johannis XX).

2. to M. Magdalen with other women,

Secundo apparuit ipsi Marie cum aliis mulieribus a 30 sepulcro revertentibus; nam postquam viderat Christum, secuta est alias et invenit eas in itinere et tunc simul sensibilius apparuit eis Christus.

3. to Peter,

Tercio apparuit Petro (ut habetur Luce ultimo), licet evangelium non exprimat quando apparuit; creditur 35

2. BC: communidacionem. 4. A: fidelem deest. 4, 5. A: huius sacramenta etc. 6. A in marg.: Sermo XXV; ib. B in marg.: 25, in Octava Pasce; ib. C in marg.: Dominica prima post Pascha. 7. A: Dum; ib. A: illa vita etc. 8, 9. A: argumento. 12. A: post deest. 14. A: evangelii deest; ib. B in marg.: Decies Christus apparuit post suam resurreccionem; ib. A in marg.: Christus apparuit decies. 17. C: Lincoliensi. 21, 22. A: quam ex Christi deest. 26. A: ostensam deest. 27. A: Item primam loquendo autem; ib. A: aspersione; ib. A in marg.: 1. 29. A in marg.: 2; ib. A: patet Johannis XX. 30. A: aliis deest. 32. A: eos; ib. A: tunc secundo. 33. A: sensibilem. 34. C: Christus Luce ultimo ut habetur, licet.

6. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 134. 34. Lucae XXIV, 34.

Digitized by Google

tamen quod quando Petrus et Johannes ad monumentum cucurrerant et non invento corpore Christi abiit Petrus solitarius secum mirans (de quo Luce ultimo). Et in ista admiracione dicitur Christum sibi apparuisse ad eius mesticiam consolandum.

Quarto apparuit duobus discipulis euntibus in Emmaus (ut habetur Luce ultimo). 4. to the disciples at Emmaus,

Quinto decem apostolis absente Thoma (ut patet Johannis XX°, 24). Et iste quinque appariciones fuerant facte die Pasche. 5. to the apostles except Thomas,

Sexto apparuit undecim apostolis existente ibi Thoma, quod fuit in Octavis resurreccionis (ut patet Joh. XX°). 6. to the apostles with Thomas,

Septimo apparuit Petro et sociis suis ad mare Tiberiadis (ut patet Johannis ultimo). 7. to Peter and his companions,

Octavo apparuit in Galilea in monte Thabor, ubi transfiguratus est; et ista creditur apparicio de qua I. Cor. XV. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul, quamvis non exprimatur in evangelio Matthei ultimo, ubi undecim apostoli qui fuerunt discipuli principales. 8. In Galilee on Mt. Tabor,

Et iterum bis apparuit discipulis in die Ascensionis, primo in Jerusalem ipsis convescentibus et semel in monte Oliveti hora sue ascensionis (ut patet Matthei et Luce ultimo et Act. primo). 9. and 10. to the disciples on the day of his Ascension.

Quod autem octava apparicio non solum fuit undecim discipulorum sed aliorum quos monuerunt apostoli de Christi apparicione, ex hoc evidet quod quidam eorum qui Christum viderant dubitaverunt (ut dicitur Matthei ultimo). Quod non est verisimile de aliquo illorum undecim, cum Thomas qui fuit maxime incredulus inter illos prius credidit.

Sero autem die Pasche apparuit Christus in ista apparicione quinta, quia tunc convenerant apostoli quod qui claro die dispersi erant propter metum Judeorum, tunc congregabantur; unde clause sunt fores secundum intentum apostolorum ad persecucionem Judaicam

1. C: quod deest. 2. BC: currebant. 4. A: apparuisse deest. 5. A: mesticia. 6. A in marg.: 4. 7. BC: ut dicitur. 8. A in marg.: 5. 9. A: apparicionis. 11. A in marg.: 6. 13. A in marg.: 7; ib. Petro deest. 15. A in marg.: 8. 17. A: noningentis. 19. A: nisi enim apostoli. 21. A in marg.: 9. 22. A: simul; ib. A in marg.: 10. 23. A: Marci et. 25. A: non solum non. 26. A: quos immiserunt. 27. C: apparicio. 28, 29. A: Marci ultimo. 29. A: illorum deest. 33. A: cognoverant apostoli qui. 35. BC: tunc congregabantur deest.

15. Matth. XXVIII, 16.

Digitized by Google

Doors closed that Christ's power might be manifested.

excludendam, sed secundum ordinacionem Dei clause sunt ianue ad ostendendum subtilitatis dotem per Christi introitum ad clausas ianuas.

Et quia dupliciter turbati sunt, scilicet propter mortem Domini et propter perse | cucionem Judaicam, ideo signanter Jesus stans in medio eorum commendat eis pacem quam tamen specialiter Joh. XIV°, 27 commendavit. *Et cum hoc dixisset*, ostendit se esse idem in numero qui eis pacem prius promiserat et ut Dominus ac magister prius ipsos rexerat. Per hoc enim ut signum evidencius *ostendit eis* manuum et lateris cicatrices, non ut vulnera erant incomplete sanata, sed ut declararet universalem corporis sui idemptitatem, et sic remanserunt cicatrices ad tempus propter signum multiplex, tum propter Christi corporis idemptitatem, tum eciam ad ostendendam gloriam ex illis vulneribus consecutam, et sic *gavisi sunt discipuli* contra predictam duplicem tristiciam *viso Domino.*

Fol. 159d

Why Christ shewed his wounds.

The disciples were to gain peace by spreading abroad the truth.

Dicit eis iterum: Pax vobis, et idcirco hoc ingeminat, quia voluit ipsos iterum instruere de pace futura perpetua; et subdit illis medium ad pacem illam finaliter subeundum, quod sicut pater misit eum ad docendum veritatem fidei in Judea, sic ipse mittit eos ad eandem veritatem ubilibet publicandum. Nam Marci ultimo scribitur quod apostoli predicaverunt ubique, cum non sit aliquis locus in mundo quin apostolorum predicacio ibidem finem laudabilem fuerat consecuta; ideo signanter et vere dicitur apostolos ubique predicasse. Nam secundum raciones multiplices dicitur creaturam esse alicubi (ut hic supponitur), sed quia ad tantum ministerium requiritur efficax cooperans virtus divina atque predicancium potencia, ideo signanter *insufflavit in eos*, dicens quod Spiritum Sanctum acciperent et potestatem remittendi et retinendi peccata, dum eorum operacio fuerit consona ecclesie triumphanti. Et per istam insufflacionem docuit tam Spiritum Sanctum quam eius dona ab ipso procedere ut a patre. Non enim sine causa notabili ex puerili insolencia taliter insufflavit.

Why Christ breathed on them.

1. A: excludendum. 6. A: stans deest. 7. A: tamen deest; ib. A: XIII. 9. A: quod prius pacem eis permiserit. 10. A: ut deest. 12. A: sanato; Codd.: in completo. 15. BC: idemptitatem et indemptitatem. 16. A: ostendendum. 16, 17. A: consequenciam. 19. A: iterum parum. 23. A: sicut ipse. 29. BC: inibi predicasse. 30. C: creatura. 31. B: ministerium. 31, 32. A: virtus itaque predicancium. 33. A: docens. 33, 34. A: accipient. 34. A: retenendi. 36. A: tam deest; ib. B in marg.: Jesus quare insufflavit in apostolos. 38. A: notabili insolita.

Digitized by Google

Thomas autem unus ex duodecim apostolis *qui dicitur Didymus*, hoc est, in fide dubius vel (ut placet aliis) dicitur Didymus quasi geminus, quia erat de tribu Beniamin, que I. Regum IX, 21 geminus est vocata, *non* 5 *ergo erat cum ceteris* apostolis in ista apparicione quinta, vel quia de insultu Judaico trepidavit, vel quia Deus ad maiorem eius utilitatem et profectum ecclesie suam absenciam ordinavit; unde quia bonum nuncium de levi prefertur, ideo decem apostoli narraverunt istam 10 Christi apparenciam sancto Thome, sed ipse tamquam in fide incredulus indicat suam duriciam, *quod nisi duplici* sensu exteriori, scilicet visu et tactu, in duplici Christi vulnere, hoc est, manuum Christi et sui lateris, vulnera ista senserit, nunquam credet. Tactus enim est 15 in homine certissimus et visus sensus subtilissimus; ideo talis infamis binarius est signanter incredulo assignatus.

Why Thomas was absent.

Sed post dies octo in apparicione sexta *venit Jesus* ut prius, Thoma ceteris apostolis assistente, et tamquam omnisciens sermonem ad ipsum dirigit, ut correspon- 20 denter sicut prius cerciorari voluit ad sui commodum et instruccionem ecclesie digitos et manum in vulnera manuum et lateris Christi imponat. Nec est credendum quod Thomas Christum in hoc noviter vulneravit, sed sine lesione Domini nunc cicatrices nunc vulnera (ut 25 fuit expediens) apparebant. Semper enim horrenda est falsitatis duplicitas in scriptura. Et patet per beatum Gregorium quod plus profuit Thome sera incredulitas quam Magdalene prompta credulitas. Illa tamen prodessencia non venit nisi per accidens sicut in peccata 30 incidencia, Dei gracia per se et principaliter ordinante. Thomas enim a bono magistro interim reparatus et tunc vocaliter instructus eius humanitatem ac divinitatem insimul confitetur: *Dominus*, inquit, *meus et Deus meus*. Nec dubium quin sicut extrinsecus sic intrinsecus 35 a Domino est instructus et, sicut verba sonuerant sic in Fol. 160a anima fideliter | prius sensit. Vocat autem eum Dominum

Christs appearance to Thomas.

3. A: quam geminus. 4. A: I Reg. IX deest; lac. in cod. 4, 5. BC: non igitur. 6. A: qua; ib. B: septima; ib. A: vel qui; ib. A: insulta Judaico trepidavit. 9. A: profertur. 10. BC: Christi deest. 12. A: sensu extremo; ib. A: secundo. 15. A: certissimus deest. 20. A: sic primo. 26. B: secundum beatum. 27. A: sua incredulitas. 28. A: sua prompta. 30. C: dignam per se; A: gracia persone; ib. A: ordinate. 31. A: in tantum preparatus. 35. A: sonum aut. 36. A: anima.

4. *Num quid non filius Iemini ego sum?* Vulgate. *Whether not the Sone of Gemyny Y am.* First Wyclifite Version (Matthew). 27. Greg. XL Hom. Lib. II, 26. 1557.

Digitized by Google

non magistrum, licet Johannis XIII prius dicitur: *Vos vocatis me magister et domine et bene dicitis. Sum etenim*, quia non Christus tunc conversabatur cum eis, ut antea quod pertinet ad magistrum, sed fuit in conversacione alienatus ab eis ut dominus, ostendendo se resurrexisse ad vitam immortalem a viantibus separatam. Nomen autem Dei expresse indicat deitatem, sed finaliter Thomas accepit a Christo fidei sue testimonium et causam, licet per accidens et finaliter ad consolacionem nostram, qui non sic Christum sensimus. *Beati*, inquit, *qui non viderunt*, ut tu vidisti oculo corporali, *et tamen crediderunt* eandem sentenciam quam tu credis. Nam credens ex leviori evidencia naturali et maiori instinctu Dei in hoc specialiter est beatus.

Relation of faith to natural reason.

Circa hoc evangelium dubitatur apud scolasticos quomodo lumen fidei se habet ad evidenciam in lumine naturali, et tenent nimis multi sed fatue quod lumen fidei et lumen naturale sunt contraria, ut invincibilis racio naturalis deducit quod quelibet persona divina est quelibet, quod mundus est eternus cum nichil sit creabile, quod non erit resurreccio mortuorum cum corpus grave non sit in celis naturaliter locabile, et de incarnacione, et sic de cunctis articulis quos nuda fide credimus.

They are not opposed.

Sed veritas est quod lumen naturale ordinatum a Deo ut inducat in fidem non est contrarium lumini fidei, sed in fidem catholicam inductivum.

The errors of philosophers are intellectual.

Et cuncti philosophi ut Aristoteles et sibi similes errarunt non solum in lumine fidei sed eciam in lumine naturali, cum racio naturalis rectificata inducit et preparat ad cunctos articulos fidei cognoscendos, ut lumen naturale docet, cum natura divina sit trium personarum quelibet, quod non est evidencia eciam apud sophistas, si quelibet earum sit ista communicata natura, quod quelibet ipsarum sit quelibet? Quoad primum convincit pura naturalis racio quod Deus sit huius mundi sensibilis creator, cum sit ad extra sine materia preiacente. Et quantum ad chaos vel vacuum vel ylem, ex quo

1. Codd.: Vocastis; A: vocastis me etc. 5. A: viam. 7. A: accipit; 8. A: fidei spei. 9. A: et furatus ad solacionem. 13. BC: es beatus. 14. A in marg.: Dubium; ib. B in marg.: Questio. 18. A: sit quelibet; ib. A in marg.: 1; ib. C in marg.: invincibilis racio deducit. 19. A in marg.: 2. 20. A in marg.: 3; ib. A in marg.: 4. 21. A: naturaliter et sic in carne et. 22. A in marg.: responsio. 24. BC: in deest. 26. A: ut deest. 27. A: eciam deest. 28. A: rectificatus. 30. BC: personarum singula. 32, 33. C: que quelibet. 33. A in marg.: 1; ib. BC: Quantum ad secundum. 35. A: creativus; ib. A: cum fit a Deo ad extra; ib. A: postiacente. 36. A in marg.: 2; ib. A: vacuum ad ylen; C vacuum aut.

36. Ὕλη, i. e. materia. Cf. Aristot. Phys. II, 7; Cf. Metaph. VII, 7, p. 1032. B. 14: λέγω δ'οὐσίαν ἄνευ ὕλης τὸ τί ἦν εἶναι.

Digitized by Google

secundum suam fatuitatem mundus producitur, errarunt singuli eorum voces proprias ignorantes.

Et quantum ad tercium, patet quod sicut in anno solis redit naturaliter idem fructus terre nascencium, sic in magno anno mundi soli Deo cognito redit naturaliter idem corpus humanum et eadem unio spiritus cum eadem. Ista autem licet fiant naturaliter quoad Deum, fiunt tamen miraculose et supernaturaliter quoad hominem.

Rational proof of the resurrection of the body,

Et quantum ad quartum de corpore gravi, patet quomodo secundum philosophos corpus mixtum posset esse in tali mixtura corporum simplicium quod foret corpus incorruptibile atque neutrum, et per consequens, ipso ad votum delato per animam que naturaliter celis afficitur, in celis naturaliter locaretur.

Et sic quoad quintum naturalis racio convincit quod sicut corpus humanum et eius spiritus sunt utrumque eadem persona hominis, sic supposito lapsu humani generis verbum Dei nedum potuit sed oportuit incarnari, et ita de singulis fidei articulis est credendum.

of the Incarnation.

Et quantum ad argucias ydiotarum errancium in ista materia, patet fidelibus quod non sunt digne memoria. Concedi tamen debet quod lumen fidei cunctis fidelibus cum anima est illapsum, sic quod impossibile sit hominem quicquam cognoscere sine lumine fidei precedente, neque possibile est supra fidem prius infusam meritorie quidquam cognoscere nisi fidelis habuerit novam fidem, et sic oportet lumen supernaturale precedere et lumen aliud consequi, sicut oportet Deum primo omnium operari et creaturam sibi subditam consequenter. Nam Johannis I°, scribitur: *Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Et patet responsio ad errores philosophorum, quid sit primo notum homini et quid facit ipsum primis principiis consentire, nam ens esse est primo notum cuilibet cognitivo: et nichil esse et non esse cum ceteris principiis per se notis est notum Fol. 160b per | intellectum agentem, qui non est eadem anima

Yet we need the light of faith to see the truth.

All intuitive knowledge comes from God.

3. A in marg.: 3. 6. A: idem corpus deest. 7. A: spiritus deest; ib. C: ad eadem. 8. A: tamen deest. 10. A in marg.: 4. 11, 12. A: posset in tali. 12. A: corpus simplicium. 13. A: ad corrumpibile. 16. A in marg.: 5; ib. A: quintum ut. 21. Codd.: arguciam. 22. A: illa; ib. A: digna. 25. BC: hominem deest. 25, 26. A: sine lumine (C: lumine deest) — cognoscere deest. 28. A: fideliter habuit. 30. A: oportet deest. 32. A: vera que etc. 33. A: patet quoad errores. 35. A: assentire; ib. A in marg.: Nota. 36. BC: cognicio.

Digitized by Google

omnium hominum (ut palpitavit error Averroys) sed primum et novissimum Deus noster. Unde nuda sunt verba philosophancium qui sompniant quod tales veritates sunt note ex noticia terminorum, cum longe prius quam cognoscimus tales terminos, cognoscimus huiusmodi veritates. Non ergo sunt lumen fidei et lumen naturale contraria, sed lumen fidei remissum est in lumine naturali hominis inductivum et lumen naturale postmodum iuvat ipsum; et quantum ad beatum Gregorium dicentem quod *fides non habet meritum cui humana racio prebet experimentum*, patet quod oportet ipsum intelligi quod fides non de tanto habet meritum de quanto humana racio hanc convincit. Nam hoc dato quilibet philosophans sine gracia mereretur naturaliter et de quanto philosophie plus intenderit de tanto amplius mereretur. Oportet enim ex fide scripture credere fidem Thome habere meritum cui humana racio tam secundum visum quam memoriam prebuit experimentum. Aliter enim non diceret prima Veritas: *Quia vidisti me Thoma, credidisti*, nisi illa visio foret cum aliis sensibilibus in articulum fidei inductiva. Concedi tamen debet quod lumen sensuum in nichil per se sufficit nisi fuerit lumine fidei illustratum. Sicut ergo naturale est philosophum principia sua cognoscere sine evidencia precedente, sic naturale est fidelem fidem suam credere sine musitacione evidencie precedentis; quod si postmodum viderit racionem naturalem et cunctas veritates sue fidei consonare, gracias agat domino veritatis, et de tanto sit in eius laudibus et fide amplius stabilitus.

Natural reason does not prevent faith being meritorious;

but without faith it is not meritorious.

SERMO XXVI.

Ego sum pastor bonus. Joh. X°, 11.

Hoc evangelium sicut est clarissimum speculum veris Christi vicariis, sic est durissimum iudicium falsis

1. A: palpitant error; ib. Averroys deest; B: Everoys; ib. A in marg.: Nota de primo noto homini; ib. B in marg.: Primo notum cuilibet homini ad assenciendum primis principiis quid est. 6. BC: Non igitur. 7. A: contraria — naturale deest. 10. A in marg.: ad Gregorium. 11. B: prebet experimentum deest. 14. A: materialiter. 15. C: philosophice; ib. A: intendit. 16. BC: Oportet autem. 18. C: quam secundum. 20. A: Thoma etc., ubi. 21. BC: tam cum. 22. A: Conceditur tamen; ib. A: lumen sensibilium. 26. A: sine mulita• evidenter. 29. A: sit deest. 30. A: stabilitur; ib. BC: ideo etc. 31. A in marg.: Sermo XXVI; ib. C in marg.: Dominica secunda post Pascha. 32. A: bonus etc.

10. S. Gregorii, In Evangelia lib. II. Hom. XXVI. Opp. tom. I, 1552. Cf. Trial. p. 54. 32. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 138.

Digitized by Google

prelatis a Christo deviantibus. Premittit ergo Christus hoc principium fidei quod ipse est *pastor bonus*. Alii autem sunt boni per accidens, cum nunc boni sunt et nunc mali, vel saltem esse poterunt. Christus autem non potest esse malus, cum ipse sit bonitas in abstracto, sed nulla bonitas potest esse malicia; nec ex hoc verbo inest Christo pompacio, cum hoc loquitur tamquam Deus homo cui non potest pompa inesse, cum quicquid de ipso dixerit amplius sibi inest. Pompa autem non inest nisi illis a quibus possunt quod referunt bonum deficere. Patet autem hoc totum ex hoc principio fidei quod Jesus hec asserens sit simul perfectus Deus et perfectus homo.

Christ alone is goodness.

Ex quo convincitur quod impossibile est pastorem alium esse bonum nisi de quanto bonitate eius participat. Nam secundum philosophorum principia *Omne per accidens est reducibile ad aliquod per se.*

Other pastors are good as they share in him.

Secundo patet quod impossibile est aliquem alium pastorem esse virtuose laudabilem nisi de quanto secutus fuerit hunc pastorem. Nam virtutem consistentem in medio oportet ab hac persona media derivari, quia si ab illa exorbitat de tanto errat a tramite veritatis, et patet veritas dicti Cipriani in decretis posita, dist. VIII. cap. *Si solus Christus.*

Ex quibus tercio convincitur quod probacio vite et operis prelatorum debet omnino capi a similitudine operis Jesu Christi. Si enim sequuntur ipsum in moribus, sunt laudandi, et si ab ipso exorbitant sunt culpandi; et ex hoc plus vel minus quod magis vel minus hac sequela vel exorbitacione participant. Premisso ergo isto principio adiungit quod officium pertinet tali pastori. *Pastor*, inquit, *bonus animam suam ponit pro ovibus suis.* Cum enim pastor sit relativum ad pascenda subiecta et Deus accidentaliter sit pastor, patet quod bonitas respectiva pastoris causatur ex bonitate pastoralis officii.

Hence the test of prelates is that they should be like Christ.

Triplex autem officium pertinet ad pastorem, primum pascencia in pascua utili et salubri, secundum in defen-

Threefold office of pastor:

1. C: Premittit Christus hoc ergo. 3. C: et deest. 4. C: poterint. 7. C: hec loquitur. 9. B in marg.: Pompa quando inest homini. 10. possunt codd.: pt. 10, 11. A: autem hoc totum deest. 13. A in marg.: Prima conclusio. Nota triplicem conclusionem. 14. C: quanto deest. 17. A in marg.: Secunda conclusio. 21. C: ab illo. 22. B: patet quod; ib. Codd.: positi. 24. A in marg.: Tercia conclusio. 25. BC: omnino deest. 27. A: exorbitaverint. 28. C: plus nichil. 31. A: animam etc. 32, 33. A: pascua subiecta et Deus accipitur sic. 34. A: pastorum; ib. B: causatatur. 35. B in marg.: Pastoris officium triplex; ib. B in marg.: 1; ib. A: in pascencia utili et salubri.

23. Decr. prima pars, dist. VIII, cap. IX.

Digitized by Google

to feed, to defend, to heal.

sione subditorum ab invasione hosti | li et tercium in sanacione subditi infirmati. Hec autem tria possunt solum per se Christo competere. Nam solus Christus per se et essencialiter est scriptura, de qua Joh. X°, 35, 36: *Non potest solvi scriptura: quem pater sanctificavit et misit in mundum.* Cum ergo solum scriptura sit pascua spiritualis, utilis fidelibus et salubris, patet prima conclusio. Alii autem doctores ponunt sic pascere sed solum de quanto scriptura illa participant.

Fol. 160a

1. The food is Scripture.

2. The defence, against the devil.

Quoad secundum patet, cum hostilis invasio sit solum per se pertinenter diaboli, Christus autem Deus et homo solum per se habet inter homines super omnes diabolos principatum, patet quod Christus solum inter omnes potest per se defendere fideles ab hostiliter invadente.

3. Christ healed His people by laying down His life.

Et quoad tercium patet, cum solum Christus sit homo per se tollens peccata mundi, nec est macula vel scabies huic pertinens in subiectis, patet quod solum Christus habet per se virtutem sanandi subditos infirmatos. Summum ergo officium curandi ac iuvandi subiectos foret pastorem animam suam vel vitam ponere pro subiectis, quod licet multi prelati fecerint, tamen non per se sed in virtute primi pastoris et domini hoc fecerunt. Christus autem habens potestatem ponendi animam suam et iterum sumendi eam per se posuit pro christianis vitam aut animam et posteriores sua iuvancia satis equivoce sic fecerunt. Et quia oppositorum eadem est disciplina, mercenarius autem contrariatur pastori huiusmodi, ideo subiungit condicionem mercenarii: *Mercenarius,* inquit, *et qui non est pastor, cuius non sunt oves proprie, videt lupum venientem et dimittit oves et fugit.* Nam mercenarius ad literam est ille qui bonum pro mercede temporali ministrat illi cuius sunt bona propria sed a mercenario aliena. Ex quo videtur quod omnes pastores qui non induunt dominum Jesum Christum et solum pro honore ipsius vel saltem principaliter faciunt pastorale officium, sunt falsi mercenarii, non pastores.

Prelates may do the same by His help.

1. B in marg.: 2. 2. B in marg.: 3. 4. A: Joh. XI. 5. C: sanctificat. 8. A in marg.: 2; ib. C: possunt sic. 10. A: cum deest. 11. A: persone pertinenter. 13. AB: non solum; ib. A: inter pastores. 14. A: per; sequitur lacuna; se deest. 15. A in marg.: 3. 16. C: alia macula. 17. A: huic parti. 20. A: animam vel vitam suam. 21. A: multi deest; ib. C: fecerunt. 22. BC: sed per se pastoris. 24. A: per se deest. 25. C: ut animam. 26. A: Et qui. 28. A: ideo nunc. 28, 29. A in marg.: Mercenarius. 29. A: cui non. 30, 31. A: oves — fugit deest. 31. A: qui solum; ib. B in marg.: Mercenarius quis est. 33. A in marg.: 1. 34. A: inducunt.

Digitized by Google

Ex quo convincitur quod omnes prelati moderni solum bona temporalia querentes vel ea principaliter, sunt falsi mercenarii a Domino condempnandi, cum *querunt que sua sunt, non que domini Jesu Christi.* Si enim principaliter quererent lucrum pastoris summi, laborarent attencius pro utilitate ecclesie quam pro adquisicione boni proprii temporalis. Et multo inexcusabilius sunt illi dampnandi qui omnino deficiunt in cura pastoralis officii. Et patet quam durum iudicium illis fiet qui principaliter propter temporale stipendium stulte presunt. Illi enim sic a Deo cecantur quod nesciunt discernere imminens luporum periculum, ut est de sensualitati deditis qui solum temporale bonum considerant, vel si lupinam invasionem viderint ex defectu caritatis aufugiunt. Et sic *lupus* (qui est diabolus vel membra eius) *rapit oves* que erant de ovili Christi secundum presentem iusticiam *et dispergit* illas per meatus multos periculosos et avios. Nam diabolus aut membra eius primo per mendacia sua inter christianos dissencionem seminant et una ovis percussa timore fuge alterius refugit ab ovili, et sepe multi de vocatis pastoribus fiunt lupi, et in hoc devio errant per pascua paludosa, incurrentes scabiem et morbos alios infectivos secundum quos finaliter moriuntur. Et patet quod propter multitudinem errancium de ovili errantes possunt errorem imponere pausantibus in veris pascuis et ipsos tamquam hereticos condempnare. Vera autem pascua sunt solum scripture sacre et pascua mortifera sunt tradiciones humane secundum quas mercenarii ruinant diligencius oves suas. Cum enim iuxta dicta omne per accidens et errabile sit ad aliquod per se bonum ac iustum reducibile, manifestum est quod tradi-
Fol. 160d ciones humane erroribus involute sunt ad scrip | turam sacram insolubilem reducende.

Prelates who seek chiefly gain are the hirelings condemned by Christ.

Many stray into the marshes of tradition and condemn those who remain in the true pastures of Scripture.

Et patet quantus error inest ecclesie per minacionem ecclesie erroneam legiferi Antichristi. Subdit autem Christus causam fuge dicti mercenarii: *Mercenarius,* inquit, *fugit, quia mercenarius est et non pertinet ad eum de ovibus.* Si enim foret pastor bonus, caritate finalis predestinacionis induens Jesum Christum, staret indubie

1. A in marg.: 2; ib. A: ex quo ultra. 4. C: domini deest. 11. A: qui nesciunt. 12, 13. A: sensualitate deditis. 15. A in marg.: Lupus. 17. A: illos. 19. A: seminat. 21. A: sepe modo. 22. B: in currentes. 27. A in marg: Nota optime; ib. B in marg.: Pascua vera que sunt. 28. A: quos. 29. ruinant. Codd.: minant. 31. C: notandum est. 35. C: ecclesie deest. 37. A: quia etc.

Digitized by Google

contra insultus diaboli eciam usque ad mortem pro se et suis confratribus, cum secundum regulam beati Augustini ordo caritatis requirit quod *quilibet homo plus diligat animam cuiuscunque proximi quam corpus proprium*, et *per consequens debet pro salute anime cuiuscunque* 5 *proximi corpus suum eciam usque ad mortem si oportet exponere.* Principium quidem naturale est quod minus bonum est propter bonum prestancius dimittendum. Et principium fidei est quod quicunque sic in caritate pa-
There seem to be more wolves than sheep.
ciens est supereminenter in beatitudine honorandus. Et 10 patet quod defectus huius practice fundatur in infidelitate luporum exeuncium de ovili. Et sic Deus scit si plures lupi gradiuntur gregaliter per amfractus avios quam minantur in pascuis semper virentibus oves Christi; ista enim sunt tempora periculosa, licet ex spirituali 15 cecitate non videamus periculum quod Christus et sui apostoli prophetarunt; optimum autem iudicium ad hec discernendum est ex fide capere viam Christi. Et quantum sumus hodie ab eius semita elongati. Et patet quam clara est causalis Christi quod *mercenarius ideo fugit,* 20 *quia mercenarius est.* Si enim principaliter laboraret propter spem beatitudinis, staret contra insultus diaboli, sed cum sit prescitus, non pertinet ad eum de ovibus, cum nec in hac vita nec in alia sibi proficient. Et ut ista sentencia cuilibet fideli sit pertinens, potest dici 25 satis catholice quod omnis homo debet esse pastor precipue sibi ipsi. Omnis enim homo debet de pascuis innatis se ipsum pascere et corpus suum ac vires inferiores anime secundum quod vires superiores fuerint a Domino regulate. Si autem debet in consciencia se ipsum pascere, 30 debet adeo esse pastor. Christus autem qui dictus est esse *pastor bonus cognoscit oves suas* eterna approbacione *et oves sue ipsum cognoscunt* perpetua dileccione. Caritas enim in predestinatis non excidit et iudicium quo capi potest evidenter quod quis sit de Christi ovibus est quod 35

1. BC: et usque. 3. A in marg.: Augustinus. 6. BC: si oportet deest. 9. C: percipuum fidei; ib. B in marg.: Principium fidei quid est. 10. A: multitudine honorandus. 11. Codd.: quod deest; ib. A in deest. 12. A: existencium; ib. A: sicut. 16. C: videramus. 16, 17. BC: que Christus et suus apostolus. 17, 18. A: optimum — fide deest. 18. A: oportet capere. 19. A: ab eius ab eius. 20. A: calis; ib. C: fugiat. 21. B: principaliter deest; ib. C: laboret. 22. A: starent. 24. BC: nec alia. 26. BC: omnis deest. 27. B in marg.: Omnis homo debet esse pastor precipue sibi ipsi. 30. A: Si enim; ib. A: se deest. 34. A: enim deest. 35. B in marg.: Ovem Christi quomodo possumus iudicare esse aliquem.

3. Augustini Opp. Sermo CCCXXXII, tom. V, 1292.

Digitized by Google

delectanter audiat vocem Christi. Qui enim plus delectatur in tragediis sive comediis aut mundanis fabulis quam in scriptura sacra que indubie est vox Christi, indicat ut sic se non esse membrum sponsi. Quia cum vox sit formacio verbi mentalis ex spiritu respirato a corde, patet quod idem est audire efficaciter vocem Christi et in verbo mentis divino expirato humanitus per Spiritum Sanctum delectari. Unde Johannis III° dicit Baptista: *Amicus sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Et Joh. VIII° dicit Veritas: *Qui ex Deo est verba Dei audit.* Probet autem se ipsum homo si sit finaliter membrum Christi utrum plus delectatur in voce scripture quam in alia voce mundi. Et in istis noticiis quibus pastor et oves se noscunt reciproce sunt gradus dispares, cum Christus secundum divinitatem cognoscit oves suas noticia perfectissima sicut pater, oves autem cognoscunt hunc pastorem una noticia beatifica vel inicialiter vel complete. Ideo dicit Christus pro disparitate graduum huius noticie: *Sicut novit me pater et ego cognosco patrem.* Nam quoad divinitatem est utriusque summa noticia et quoad humanitatem est plena conformitas ac obediencia illi noticie; ideo pertinenter dicitur: *Animam meam pono pro ovibus meis*; hoc enim est opus precipuum a Deo eternaliter volitum et per Christum impositum ac preceptum. Nec est hoc opus Christi a tota Trinitate tam precipue diffinitum in Fol. 161a fructuoso merito | nimis parcum, cum preter gentem Judaicam in fide Christi salvandam *alias oves* habeat ut gentiles *que vocem* Christi audiunt per eius evangelizantes et ex illis parcialibus ovilibus *fiet unum* completum *ovile* catholicum et per consequens *unus pastor*, cum unitas ovilis cum in se sit multitudo hominum plus ac prius respicit unitatem pastoris quam unitatem gregis pascue vel ovilis.

If we are Christ's sheep we rejoice to hear His voice.

Christ's sheep are many.

Alii autem intelligunt conversionem finalem et ultimam Judeorum et alii finalem et completam conversionem predestinatorum impeccabiliter cum Christo regnancium, et cum presciti sint edi et non oves, patet

1. BC: delectatur et ut audiat. 3. A: inducat. 4. AB in marg.: Quid est vox. 7. A: divine. 9. A: eum etc. 10. A: dicit Christus; ib. A: Deo etc.; ib. A in marg.: Nota. 17. C: una deest. 20. A: agnosco. 24. C: et eternaliter. 24, 25. A: et Christo. 27. A: viris parcum; B: nimis per cum. 28. C: in Christo. 29. A: audient. 30. C: ovibus. 31. A in marg.: Ovile unum quomodo finaliter erit. 33. A: repicit; ib. A: pastorum. 34. BC: legis pascue. 38. A: edi non.

Digitized by Google

quod tale ovile est completissimum ubicunque vel quandocunque possibile, ut patet racione beatitudinis et alterius circumstancie cuiuscunque. Sed absit ex isto textu concludere quod nemo dampnabitur vel quod ex prescitis ac predestinatis fiet unus cuneus beatorum. Nam satis est quod omnes iste secte erronee erunt destructe vel ad sectam Christi finaliter revocate.

The Church militant is growing worse through endowment,

Ex isto evangelio cum introduccione sectarum patet quod ecclesia militans deteriorando procedit, nam in primo gradu quando pure regulabatur ecclesia secundum legem Domini multum crevit, sed dotata ecclesia et multiplicibus tradicionibus deteriorata est pravitate simoniaca, ambicione mundana et omissione officii pastoralis, et secundo possessionatis religiosis et plus quam priores clerici mundo affectis plus incorporatur cupiditas, plus venenatur obligatorum communitas et plus subtrahitur regiminis pastoralis assiduitas, et ex hoc maior pars ecclesie per Sergium monachum venenatur. Sed tercio subtilissima calliditate diaboli introducte sunt mendaces secte mendicancium et propter spissam seduccionem diaboli qua spoliat egenos per huiusmodi mendicantes invalescit ypocrisis et deficit discrecio catholicos ab infidelibus discernendi. Et in isto tercio signo pessimo per Dei graciam ultimo terminabitur Antichristus. Sicut enim rapinis subtilibus spoliant titulo ypocrisis simplices egentes, sic confundunt iudicium fidelium ab infidelibus, ac si illi soli forent inter viantes de numero salvandorum. Et sic per rapinas insensibiles debilitant regna et cunctas eorum partes priores ut clerum, seculare brachium et vulgares, ad tantum quod diabolus cecavit hos populos quod putant de quanto vulgentur rapina diaboli de tanto proficiunt ad beatitudinem consequendam.

monks

and friars.

Et ista est periculosior cecitas, qua per generacionem adulteram ecclesia est cecata; ponunt enim tantum robur

1, 2. A: vel quandocumque deest. 2. A: racio. 4. A: sed quod. 5. BC: et predestinatis; ib. A: cuneus deest; in cod.: lacuna. 7. BC: finaliter deest. 8. A in marg.: Contra possessionatos; 1. 9. B in marg.: Ecclesia militans quomodo deteriorando procedit. 10. A: primo deest; ib. A: pie regnabitur ecclesia. 11, 12. BC: multiplicatis. 13. A: et deest. 14. A: religiosum; ib. A in marg.: 2. 18. A: Gregorium monachum; ib. B: Sergium; transscript. qui fuit socius Machometi; ib. A in marg.: 3. 19. A in marg.: Contra Mendicantes. 22. A: desinit discrecio. 24. A: clamabitur; B: criminabitur. 25. A: spoliavit. 26. BC: indigentes. 27. C: fierent. 28. A: debilitavit; ib. A: cunctas deest. 29. A: ac clerum. 30. A: tantum quia. 31. A: mulgentur. 34. A: est cecitas.

8. Cf. Wyclif's De Ecclesia pagg. 290, 333, 517. Cf. Polemical Works ed. by Buddensieg, pag. 597, and Select English Works ed. by Arnold III, pag. 245—299.

Digitized by Google

in signis extrinsecis dimissis opere et virtute quod in illis et non ad intra in anima (vel ad extra in opere) ponunt adquisicionem et meritum beatitudinis finalis consistere.

These sects set rites above devotion or good works.

Et quia materia ista est insensibilis et sola fide scripture ex falsitate convincibilis, ideo sapiunt fidem scripture cum quantis cautelis sufficiunt et magnificant doctores suos novellos qui trahi poterunt ad hanc partem. Et videtur multis fidelibus, cum versucia dictarum sectarum sit tam periculosa et tantum excecans populum ad regulam Dei cognoscendum, quod precipuum opus Evangeliste foret ipsas sectas destruere et cum adiutorio parcium priorum ecclesie ad ordinem purum quem Christus instituit militantem ecclesiam revocare. Cum enim ex fide Christus posuit totam ecclesiam suam in mensura, numero et pondere, patet quod excessus vel defectus in quolibet horum trium saperet debilitatem et tardacionem Christi ecclesie. Non enim est possibile ecclesiam viantem deficere, nisi de quanto presumpserit primarie ordinacioni Domini contraire. Videat ergo fidelis que fuit prior Christi ordinacio et laboret fideliter, ut fiat sive addendo diminuta sive resecando superflua eius restitucio; et idem debet esse iudicium de novellis ministris et suis variacionibus intro | ductis.

The best work of an Evangelist would be to recall them to Christ's order.

Fol. 161b

SERMO XXVII.

Modicum et non videbitis me. Joh. XVI°, 16.

Constat ex multis capitulis in die cene Domini quomodo Christus consolatus est suos apostolos ex turbacione futura multiplici quam scivit eis ex sua persecucione iam proxima evenire. Dicit ergo primo pro illo meditullio temporis quo erat mortuus: *Modicum et iam non videbitis me.* Unde ad denotandum illud triduum instare in proximo, quia in hora secunda diei crastine, inchoare dicit *iam non videbitis me;* incipiendo autem diem naturalem a medio noctis (ut fideles

These words said to console the apostles.

1. C: opera; ib. A: quod est. 2. BC: vel — opera deest. 6. BC: magnificantes. 7. C: istos. 10. A: regulam deest; in cod. lacuna; ib. A: Deum; ib. A: quod potest ipsum opus. 12. A: prioris. 16, 17. A: debelitatem tardicionem. 22. A: resitando. 22, 23. A: ministeriis. 23. A: introductis etc. 24. A in marg.: Sermo XXVII.; ib. C in marg.: Dominica tercia post Pasca. 26. C: multis causis. 29. BC: proxima deest. 31. A: non etc. 32. B: instar; ib. B: triduum in textu; traditum in marg.

15. Cf. Sap. XI, 21. Cf. De Statu Innocencie cap. II (MS): Dicitur (Sap. XI) Trinitatem omnia in mensura, numero et pondere posuisse (Matthew). 25. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 141.

Digitized by Google

How the three days are counted.

faciunt), patet quod die Parasceues sex horis iacuit in sepulcro et per totum sabbatum ac pro prima sabbati, hoc est, die dominica fine Pasche circiter aliis sex horis, et sic triginta sex horis (quod non constituit duos dies integros naturales) erat mortuus; quod tempus est satis *modicum*. *Et iterum* post hoc triduum in quo sed non per quod erat mortuus succedet tempus modicum usque ad ascencionem, quadraginta dies continens, in quo tempore decem vicibus Jesum viderunt. In quo tempore fuerant de resurreccione sua consolati et in fide qua prius dubitaverant solidati. Et necesse fuit Christum per istas vices procedere, quia diffinitum fuit eterno consilio quod per hanc viam et vicissitudinem ad patrem ascenderet et Christum oportet implere in opere quidquid patrem sibi viderit precipere ut illud impleat.

Many ways of understanding the 'little while'.

In istis autem duobus parvis temporibus quomodo se habent ad ascensionem Domini et tempus perpetuum ex post sequens est subtilitas infinita. Et tale duplex tempus modicum ponunt quidam in quolibet salvando succedere, nam a tempore nativitatis sue usque ad baptizacionem est tempus modicum, in quo nec Christum videt oculariter nec per fidem; et post illud succedet tempus *modicum* in quo saltem per fidem in eukaristia vel alibi videt Christum, *et post hoc secundum modicum* videt intuitive Christum in patria ut ascendit.

Aliis autem placet quod primum tempus *modicum* est totum nebulosum tempus viacionis in quo predestinati solum vident per speculum in enigmate, que visio in comparacione ad intuicionem dicitur non videre, et idem tempus in comparacione ad Dei eternitatem est satis *modicum*, cum nulli patriarche in etate primeva seculi mille annos attigerant, et Psalmo LXXXIX°, 4, scribitur: *Mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna que preteriit*. Et post in hora mortis succedit tempus *modicum* in quo predestinati habent scintillam intuicionis tamquam arras visionis patrie.

1. A: Parasceuen. 2. BC: pro deest. 4. A: quia non. 6. A in marg.: Nota quod Christus in triduo iacuit in sepulcro sed non per triduum. 9, 10. C: decem — tempore deest. 10. A: resurreccione Christi. 13. A: concilio. 14. A: ascendent. 15. B: viderit deest. 17, 18. A: quem se habent. 20. A: ponunt quidam deest. 20—22. A: in quolibet — modicum deest. 23. C: fidem nec; ib. A: et patet illud; ib. C: succedit. 25. A: vidit; ib. B in marg.: Duplex modicum succedens in quolibet salvando. 27. A in marg.: Nota. 30. AC: tuicionem. 30, 31. C: dicitur — Dei deest. 33. A: secula; ib. A: attingerant et p. scribitur. 35. B: Nota quod in marg.; ib. A: succedet. 36. A: in qua.

Digitized by Google

The predestinate have a reward even in this life

Et in illo modico tempore predestinati habent centuplum in hoc seculo in quo sumus (ut dicit evangelium Marci X et Matth. XIX). Quamvis enim quilibet predestinatus dum existit in gracia habet omnia bona Dei, tamen pro illo meditullio temporis, sicut est Deo graciosior, sic titulus eius est tunc pocior. Et cum Christus vadit ad patrem ad preparandum talibus singulis servis suis locum beatitudinis nec potest frustrari a suo negocio, manifestum est quod sequitur tercium tempus in quo erit gaudium consummatum. Et ista consolacio quietaret fidelem quemlibet et confortaret a quacunque desolacione quam patitur hic in via. Sed quidam discipulorum ignorantes hanc Christi sentenciam de suis sermonibus mussitarunt, tum propter perturbacionem qua illum in proximo crediderant capiendum et sic eorum contubernium modo illis incognito dissolvendum, tum eciam quia verba Domini de confusione modici sunt obscura. Et hec creditur racio quare ingeminant verbum nesciencie quoad illa.

Different kinds of ignorance; innocent and culpable.

Aliis autem placet quod ingeminando nesciencie dicit ecclesie duplicem ignoranciam que tunc fuit in apostolis omnibus vel quibusdam. Est enim quedam ignorancia negacionis et quedam disposicionis. Ignorancia Fol. 161e vero negacionis dicit ap | titudinem ad sciendum et carenciam sciencie vel eius negacionem ad tempus sine culpa ignorantis, et isto modo infantes baptizati sunt ignorantes et quilibet viator quantumcunque sanctus fuerit; immo (ut dictum est superius) sic Christus quoad experimentalem noticiam aliqua ignoravit. Ignorancia vero disposionis dicit ultra hominis capacitatem et dictam privacionem indisposicionem culpabilem ignorantis. Culpa quidem est causa quare lux vera subtrahit irradiacionem suam a multis eciam in necessariis ad salutem. Et sic quidam apostolorum vel omnes ex

1. B in marg.: Quomodo electi habent centuplum in hoc seculo. 2. A: ut dicitur multipliciter; ib. B in marg.: Nota quod centuplum accipimus in hoc seculo, hoc est, in hora mortis in qua datur scintilla interioris diligencie; ib. B: Ignorancia quedam negacionis, alia indisposicionis. 5, 6. A: gracior. 6. A: titulus enus (!). 7. A: tilibus simul. 12, 13. BC: discipulorum post hanc. 13. B in marg.: Quare discipuli nescierunt quid diceret Christus. 16. A: eorum; sequitur lacuna; ib. contubernium deest. 17. A: medici. 18. A: ingeminat. 20. BC: in geminato. 21. A: agnoranciam que tantum fiunt. 22. BC: enim deest; ib. A in marg.: Ignorancia duplex: negacionis, disposicionis. 22, 23. A: agnorancia. 23. C: negacionis aliqua; ib. A: que disposicionis; BC: indisposicionis; ib. A in marg.: 1. 26. BC: illo. 28. A: fuerit deest. 29. A in marg.: 2. 30. BC: indisposicionis. 31. A: culpabilem deest.

Digitized by Google

How the three days are counted.

faciunt), patet quod die Parasceues sex horis iacuit in sepulcro et per totum sabbatum ac pro prima sabbati, hoc est, die dominica fine Pasche circiter aliis sex horis, et sic triginta sex horis (quod non constituit duos dies integros naturales) erat mortuus; quod tempus est satis *modicum. Et iterum* post hoc triduum in quo sed non per quod erat mortuus succedet tempus modicum usque ad ascencionem, quadraginta dies continens, in quo tempore decem vicibus Jesum viderunt. In quo tempore fuerant de resurreccione sua consolati et in fide qua prius dubitaverant solidati. Et necesse fuit Christum per istas vices procedere, quia diffinitum fuit eterno consilio quod per hanc viam et vicissitudinem ad patrem ascenderet et Christum oportet implere in opere quidquid patrem sibi viderit precipere ut illud impleat.

Many ways of understanding the 'little while'.

In istis autem duobus parvis temporibus quomodo se habent ad ascensionem Domini et tempus perpetuum ex post sequens est subtilitas infinita. Et tale duplex tempus modicum ponunt quidam in quolibet salvando succedere, nam a tempore nativitatis sue usque ad baptizacionem est tempus modicum, in quo nec Christum videt oculariter nec per fidem; et post illud succedet tempus *modicum* in quo saltem per fidem in eukaristia vel alibi videt Christum, *et post hoc secundum modicum* videt intuitive Christum in patria ut ascendit.

Aliis autem placet quod primum tempus *modicum* est totum nebulosum tempus viacionis in quo predestinati solum vident per speculum in enigmate, que visio in comparacione ad intuicionem dicitur non videre, et idem tempus in comparacione ad Dei eternitatem est satis *modicum*, cum nulli patriarche in etate primeva seculi mille annos attigerant, et Psalmo LXXXIX°, 4, scribitur: *Mille anni ante oculos tuos tamquam dies hesterna que preteriit.* Et post in hora mortis succedit tempus *modicum* in quo predestinati habent scintillam intuicionis tamquam arras visionis patrie.

1. A: Parasceuen. 2. BC: pro deest. 4. A: quia non. 6. A in marg.: Nota quod Christus in triduo iacuit in sepulcro sed non per triduum. 9, 10. C: decem — tempore deest. 10. A: resurreccione Christi. 13. A: concilio. 14. A: ascendent. 15. B: viderit deest. 17, 18. A: quem se habent. 20. A: ponunt quidam deest. 20—22. A: in quolibet — modicum deest. 23. C: fidem nec; ib. A: et patet illud; ib. C: succedit. 25. A: vidit; ib. B in marg.: Duplex modicum succedens in quolibet salvando. 27. A in marg.: Nota. 30. AC: tuicionem. 30, 31. C: dicitur — Dei deest. 33. A: secula; ib. A: attingerant et p. scribitur. 35. B: Nota quod in marg.; ib. A: succedet. 36. A: in qua.

Digitized by Google

The predestinate have a reward even in this life

Et in illo modico tempore predestinati habent centuplum in hoc seculo in quo sumus (ut dicit evangelium Marci X et Matth. XIX). Quamvis enim quilibet predestinatus dum existit in gracia habet omnia bona Dei, tamen pro illo meditullio temporis, sicut est Deo graciosior, sic titulus eius est tunc pocior. Et cum Christus vadit ad patrem ad preparandum talibus singulis servis suis locum beatitudinis nec potest frustrari a suo negocio, manifestum est quod sequitur tercium tempus in quo erit gaudium consummatum. Et ista consolacio quietaret fidelem quemlibet et confortaret a quacunque desolacione quam patitur hic in via. Sed quidam discipulorum ignorantes hanc Christi sentenciam de suis sermonibus mussitarunt, tum propter perturbacionem qua illum in proximo crediderant capiendum et sic eorum contubernium modo illis incognito dissolvendum, tum eciam quia verba Domini de confusione modici sunt obscura. Et hec creditur racio quare ingeminant verbum nesciencie quoad illa.

Different kinds of ignorance; innocent and culpable.

Aliis autem placet quod ingeminando nesciencie dicit ecclesie duplicem ignoranciam que tunc fuit in apostolis omnibus vel quibusdam. Est enim quedam ignorancia negacionis et quedam disposicionis. Ignorancia Fol. 161c vero negacionis dicit ap | titudinem ad sciendum et carenciam sciencie vel eius negacionem ad tempus sine culpa ignorantis, et isto modo infantes baptizati sunt ignorantes et quilibet viator quantumcunque sanctus fuerit; immo (ut dictum est superius) sic Christus quoad experimentalem noticiam aliqua ignoravit. Ignorancia vero disposionis dicit ultra hominis capacitatem et dictam privacionem indisposicionem culpabilem ignorantis. Culpa quidem est causa quare lux vera subtrahit irradiacionem suam a multis eciam in necessariis ad salutem. Et sic quidam apostolorum vel omnes ex

1. B in marg.: Quomodo electi habent centuplum in hoc seculo. 2. A: ut dicitur multipliciter; ib. B in marg.: Nota quod centuplum accipimus in hoc seculo, hoc est, in hora mortis in qua datur scintilla interioris diligencie; ib. B: Ignorancia quedam negacionis, alia indisposicionis. 5, 6. A: gracior. 6. A: titulus enus (!). 7. A: tilibus simul. 12, 13. BC: discipulorum post hanc. 13. B in marg.: Quare discipuli nescierunt quid diceret Christus. 16. A: eorum; sequitur lacuna; ib. contubernium deest. 17. A: medici. 18. A: ingeminat. 20. BC: in geminato. 21. A: agnoranciam que tantum fiunt. 22. BC: enim deest; ib. A in marg.: Ignorancia duplex: negacionis, disposicionis. 22, 23. A: agnorancia. 23. C: negacionis aliqua; ib. A: que disposicionis; BC: indisposicionis; ib. A in marg.: 1. 26. BC: illo. 28. A: fuerit deest. 29. A in marg.: 2. 30. BC: indisposicionis. 31. A: culpabilem deest.

Digitized by Google

timore servili in fide culpabiliter trepidabant. Et istam distinccionem ignorancie vel nesciencie (quod est idem) ac veritatem de culpa Christi discipulorum docet ista geminacio suorum verborum et per consequens non est frustra.

There is culpable ignorance in all the wicked.

Illam autem ignoranciam disposicionis credimus inesse singulis criminosis, cum secundum Aristotelem *omnis malus ignorans*. Credimus iterum quod impossibile est veritatem primam lucidam capacibus vasis suis ab irradiacione deficere, cum sol materialis vicissim oriens et occidens non potest a lumine deficere quoad medium presentatum. Quomodo ergo deficeret sol qui non potest occidere vel alicui anime quoad naturam suam abesse, cum sit naturaliter licet voluntarie summe communicativus sue noticie? In illis ergo que sunt saluti necessaria quorum inpresenciarum capax est anima, oportet quod talis ignorancie culpe nebula sit in causa. *Cognovit* ergo *Jesus* plene discipulorum suorum hanc ignoranciam atque causam et *quod volebant eum interrogare* verbi sui declaracione ad minimum (si audebant) prevenit eos, docendo quod in omni accione creature prevenit in natura et quod prompte ac pure per se illuminat intellectum possibilem, quantum requirit sua capacitas cuiuscunque, verumtamen illuminat eos non illuminacione clarissima, cum magister optimus semper secundum congruenciam et capacitatem dignam disciplinabilis illuminat ad mensuram. Dicit ergo quod propter primum *modicum* apostoli plorarent et flerent subtracto ab eis Christo per passionem et mortem. Sed Judei qui ex integro erant mundus de eodem tempore gaudebant putantes se Christum eorum inimicum precipuum extinxisse; sed cum ista contraria sunt condicionis opposite, sicut Deus atque diabolus, oportet quod habeant fines dispares consequentes. *Tristicia*, inquit, *vestra vertetur in gaudium*. Nam Deus et natura semper melio-
rando procedunt, diabolus vero cum membris suis

Christ is a sun that shines on all who will receive his light.

1. A: trepidiabant; ib. B in marg.: Quare omnis malus ignorans. Ignorancia indisposicionis. 6. A: ignorancia; ib. BC: indisposicionis: ib. A: inesse deest. 7. A: Aristotelem deest; in cod. lacuna. 11. A: non potest alium; B: aliunde. 15. A: sunt sabati. 16. A: est deest; ib. B: est omnia. 17. B: tales. 19. BC: quod deest. 20. A: audiebant. 22. A: pure pro°. 24. A: non deest. 26, 27. A: disciplibiliter. 29. A: per passionem et mortem deest. 30. A: mundus eodem; ib. BC: tempore deest. 32. A: sit. 34. A: vestra etc.: ib. A in marg.: Nota; ib. B in marg.: Deus et natura semper meliorando procedunt, diabolus et reprobus semper in deteriora profundantur.

Digitized by Google

condicione peccati semper in deterius profundatur. Patet autem veritas dicti Christi, cum statim post resurreccionem gavisi sunt discipuli viso Domino et eorum gaudium crevit continue quousque habuerant summum gaudium consummatum. Ponit autem Christus exemplum naturale suis discipulis adhuc rudibus, ut in sua sentencia solidius instruantur: *Mulier*, inquit, *cum parit tristiciam habet, sed cum peperit dolor preteritus est sopitus*, quia gaudium fructus est maius quam dolor brevis quem concipit oportere precedere fructum partus. Hec mulier ad sensum misticum est vians ecclesia que secundum maiorem partem fuit tunc apostolorum collegium, cum tunc nulli vel pauci alii erant in fide ecclesie stabiliti; partus autem huius mulieris fuit Christi meritum secundum quod eius membra singula erant nata; puer autem vel filius qui doloroso partu matris ecclesie erat natus est universitas salvandorum que per mortem Christi a morte primi Adam ad vitam spiritualem noviter est redimita. Et illa ecclesia de virtute sermonis est homo puer natus spiritualiter Jesu Christo; vel hec mulier potest sane intelligi humanitas Jesu Christi que summe penaliter peperit suam ecclesiam, sed post cum non morietur nec in gaudio eterno deficiet, patet quod pena prior versa est in gaudium vel extincta. Nec est infundabile quod humanitas Christi sit mulier, cum ipsa sit regnum celorum (ut sepe dicit evangelium) et per consequens sancta ecclesia. Nec timet Christus dicere Fol. 161[d] Matth. | XII° *quemcunque fidelem marem vel feminam esse sibi sororem et matrem*, et Christus (in quantum est ecclesia) *est mulier fortis* (de qua Salomon Prov. XXXI°) *et* divinitus *sponsa sua*. Ideo Christus potest mistice dici hec mulier, sicut suus grex pusillus vel maior vel minor ecclesia. Unde Christus dirigit sermonem suum ad suos discipulos de quanto sunt ecclesia vel mistice ipse Christus: *Et vos*, inquit, *nunc quidem tristiciam habetis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis*. Tristicia autem

The apostles' joy began with the Resurrection and grew till its consummation.

Exposition of the comparison to a woman in travail.

1. AB: et condicione; ib. A: profundatur. 3. A: viso domino deest. 6. A: materiale; ib. B: suam sentenciam. 7, 8. A: tristiciam habet etc. Cetera huius loci desunt. 14. B: Christo. 16. A: doloso. 19. BC: est reducto; ib. A in marg.: Ecclesia est homo. 20. C: privatus natus. 22, 23. illum non; ib. B: cum non moritur; ib. C: cum nobis. 23. A: in gavo. 26. A in marg.: Humanitas Christi est mulier; ib. BC: sepe evangelium testatur. 30, 31. A: Prov. XXX°; ib. C: Prov. deest. 31. B: et deest. 32, 33. A: vel maior vel. 33. BC: maior aut. 34. A: suos apostolos; ib. quanti. 36. BC: habetis et; ib. A: vos etc.

7, 8. Joh. XVI. 21. 35. ibid. 22.

Digitized by Google

apostolorum non duravit per triduum, cum in tercio die fuit Christi resurreccio quodammodo eis nota. Tunc enim vidit eos et eorum tristiciam inicialiter mitigavit, et gaudium inchoatum usque ad ascensionem et mortem eorum, confirmando continue augmentavit, sed tercio post mortem in patria consummavit. Nec potuit hoc gaudium in aliquo gradu tolli ab eis, sicut nec caritas predestinacionis ab aliquo potest tolli. Notandum est ex hoc evangelio, cum *sciencia* non sit per se meritoria, cum ipsa *inflat* secundum Apostolum, et demones multa sciunt quod viator potest insciencia culpabiliter deficere multis modis. Quidam enim ut bestie in ignorancia se involvunt nolentes scire illis expediens vel nocivum, sed secundi laborant anxie circa scienciam que ipsis non proderit ut studentes in mathematica et tradicionibus humanis vel aliis, opus meritorium et mensuram sciendi quod eis proderit omittentes; et omnes isti progredientes via secunda ex superbia diaboli sunt cecati. Oportunum autem et medium virtuosum est servire Deo in opere meritorio et infusionem sciencie quid et quantum est expediens relinquere divino iudicio. Nam ut fidem debet fidelis capere quod omne opus humanum vita vel mocio fit necessario propter finem intentum, quod nec Deus nec natura potest quicquam facere nisi intenderit eius finem. Aliter enim faccio foret monstruosissime infinita. Quilibet ergo viator debet in omni opere suo vel vita intendere beatitudinem suam tamquam finem et de quanto distinccius atque prudencius de tanto melius. Ex quo patet quod omnis operacio vel mocio ad peccatum est frustra et quodammodo infinita.

How knowledge may be useful or harmful.

Christ will teach him who serves God faithfully.

Tercio vero oportet quemlibet viantem in ista fide stabiliri quod serviendo Deo fideliter et a vento diaboli inturbate non potest a recta via ad patriam in direccione per Christum cum hoc deficere. Et in hac fide erant apostoli et ceteri Dei filii quietati; et sic intelligi debet

1. A: tercia. 2. A in marg.: 2. 3. BC: enim deest; ib. BC: ipsorum; ib. A: tristiciam sequitur lacuna; ib. inicialiter deest. 4. A: essencionem. 5. A in marg.: 3. 11. A: viator in multis culpabiliter; ib. potest deest; ib. B in marg.: In sciencia deficiunt multi multis modis. 14. C: secundo; ib. A: liberavit; ib. A: citra. 15. A: proderit deest; ib. et; ib. A: in. 17. A: isti deest. 18. BC: via duplici; ib. A: diaboli deest. 19. B: Optimum autem. 20. A in marg.: 1; ib. Nota bene. 21. A: s. a. ut in cod. 23. A: fit in toto; ib. AC: in tantum. 27. A: vitam. 33. A: stabilire; ib. A: finaliter et ascuto. 34. B: inturbatus; C: inturbative; ib. A: et direccione. 35. C: errant.

Digitized by Google

illud Joh. XVI: *Petite et accipietis.* Quicunque enim in nomine Jesu quicquam pecierit absque dubio obtinebit. Cum enim Jesus sit veritas et sapiencia Dei patris, solum ille in suo nomine petit quicquam qui iuste vel 5 in veritate sapienter petit beatitudinem vel medium ad illam. Cum enim Deus sit immensus dominus, non decet quod ab illo quicquam aliud sit petitum; pauci autem sunt qui petunt beatitudinem, cum plus temporalibus sint affecti, sed longe pauciores sunt qui in nomine Jesu, 10 hoc est, sapienter petunt media ad beatitudinem acquirendam, sed (ut plurimum) petunt media que sunt adquisicioni beatitudinis contraria vel a beatitudine tardancia. Et impossibile est quemquam errare a via virtutum nisi in medio isto peccaverit. Omnes enim natura- 15 liter appetunt beatitudinem (ut dicunt philosophi), cum sit finis hominis naturalis sed totus error est in mediis adquirendi, cum multi inflati vento diaboli querunt media que abducunt contrarie ab hoc fine. Tota ergo sollicitudo discipline viancium foret circa rectitudinem horum 20 mediorum et ad errores circa hec media excludendum. Nec est possibile peccatum alicui inesse nisi de quanto Fol. 162a circa media ista erraverit. | Cum ergo fides scripture indefectibiliter docet hec media, patet cum quanta diligencia viator ipsam addisceret aliis cunctis postpositis, 25 nisi forte de quanto ad eius discenciam promoverent.

What alone we should pray for is bliss and the means to it.

SERMO XXVIII.

Vado ad eum qui misit me. Joh. XVI°, 5.

Sensus istius evangelii est eiusdem cum priori, cum per quinque capitula, Joh. XIII usque ad finem 30 XVII^mi^, inculcat Christus multas subtiles sentencias capacitati discipulorum proporcionabiles, per quas sentencias forent in tribus virtutibus theologicis confirmati et a tribus viciis ipsis contrariis separati. Dicit ergo: *Vado ad eum qui me misit et nemo ex vobis in-*

1. A: enim deest. 2. A: nomine meo Jesu. 3. A: sit deest. 4. C: illum; ib. A: qui recte. 6. A: Quando enim. 8. B in marg.: Impossibile est quemquam errare nisi in mediis ad finem videlicet ad beatitudinem. quia illam omnes appetunt. 12, 13. tardativa. 14. A: isto deest; ib. AC: enim deest. 15. C: petunt. 19. BC: discipline ab hoc fine; ib. A: ad rectitudinem. 21. C: alii cui. 24. A: addiceret. 25. A: promoverent etc.; BC: promoverent, ideo etc. 26. A in marg.: Sermo XXVIII; ib. C in marg.: Dominica IV post Pasca. 28. A: eiusdem sentencie cum superiori. 29. Codd.: VII, XIII. 34. A: eum etc.; ib. B in marg.: *Vado ad eum* dupliciter intelligitur.

27. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 144.

Digitized by Google

Double meaning of 'I go to him'.

terrogat me quo vadis. Prima pars potest dupliciter sane intelligi, primo modo quod ille apud quem omne tempus est presens vel preteritum vel futurum, dicit pro tempore ascensionis quod *vadit* ad patrem; secundo modo quod Christus continue transiens per media ad ascensionem vel beatitudinem suam tendencia transit continue, quia est continue in vadendo. Cum enim tota via quam viavit sit medium ad hunc finem, vere dici potest quod continue viando viam hanc vadit. Et cum non est possibile quod stet in hac via vel declinet errando antequam terminum eius attingat, vere dici potest quod vadit continue ad hunc finem. Unde errant multi et magni logici, primi contendentes quod sortes pertransit ac movetur sed nullum spacium pertransit nec aliquo motu movetur. Secundi dicunt quod non est possibile esse aliquod successionem sed fore vel fuisse. Tercia autem via veritatis concedit omne successivum esse secundum quamlibet sui partem, cum apud Deum qui est prima veritas sit omne quod fuit vel erit, nec solum existencia sed multa non existencia secundum esse possibile habent esse. Et ista via concedit quod indivisibile successivi est pro hoc instante, cum continuum componitur ex non quantis. Destruccio autem istorum errorum et declaracio vie tercie veritatis (cum patet alibi) est hic tamquam notoria supponenda nec error prior vel posterior sine fructu, cum moderni heretici dicunt in materia de sacramento altaris quod consecrant et nichil consecrant, et illa proposicio sacramentalis fuit vel erit vera; sed sicut non est possibile veritatem suam esse, sic non est possibile ipsam pro instanti aliquo esse veram; sed relictis istis insaniis cum hereticis in ipsis errantibus supposita logica scripture est ulterius secundum sensum verborum huius evangelii procedendum. Vult ergo Christus dicere quod propter pacienciam transitus sui ad Deum, ut humanitus beati-

Logical theories as to motion.

Their bearing on the consecration of the host.

1. A in marg.: 1. 2. A: modo quo. 6, 7. A: transit continue in vadendo etc. 8. A: via qua nunc; ib. BC: meavit. 10. A: sit possibile; ib. BC: stat. 11. A: eius deest; ib. A: dicit. 12. A in marg.: Duplex opinio 1. 13. A: magni loquitur. 14. BC: ac mensuram sed. 15. A in marg.: 2. 15—17. BC: non est — veritatis deest. 20. C: exura. 20, 21. A: non essencia sed omne possibile. 21. BC: illa. 22. A: pro pre^tl. 23. A in marg.

inf. fol. 162^a: { Omne successivum est secundum quamlibet sui partem. Omne quod fuit vel erit est in persona prime veritatis. Omne continuum componitur est non quantis.

25, 26. A: supponenda — posterior deest; ib. A in marg.: De eukaristia; ib. B in marg.: De sacramento altaris. 28. B: illa deest. 30, 31. A: pro primo aliquo. 32. A: supposito.

Digitized by Google

ficetur pro merito, nullus eorum dubitat quod in ascensione vadit ad patriam. Nam secundum Averroys, VIII. Physicorum in fine *omnes leges in hoc conveniunt, Deum esse in celo;* quod notum experimento communi quod a celo de loco superiori venit influencia versus inferius, et cum omne bonum causatum veniat a primo bono, oportet ipsum primum bonum in supremo loco secundum quandam differenciam situari, ideo ponunt philosophi *Deum esse in circumferencia ultimi celi* et (ut dicit Averroys) non in terra. Quamvis enim secundum veritatem fidei Deus sit ubique, tamen dispariter secundum quod influit corporibus divinitus est locatus. Non enim loco circumscribitur vel parti loci corporis diffinitur sed ipsemet est locus immensus et in qualibet parte mundi per accidens est locatus, hoc est, ex sua gracia suam fabricam ibi facit; descendit tamen ex omnipotencia sua, ostendendo universitatem sui dominii ac misericordiam graciosam ad infernum secundum spiritum extrahendo patres de limbo, sed dans apostolis fidem in signo sensibili patenter ascendit in corpore. Nam malorum est propter causam mali peccati vel pene descendere vel (ut placet aliis) prius Matth. X° predixit illis tribulaciones multas futuras. Sed quia diu erat mansurus cum eis presencia corporali, hec verba consolatoria non tunc dixit et innuens perturbacionem eorum in proximo minere, dicit pro causa quod *nemo* eorum *interrogat* ut prius interrogaverant quietati *quo* ipse *vadit*, et ideo sequitur in textu: *Sed*
Fol. 162b *quia hec locutus suum vobis, tristicia implevit cor vestrum.* | Naturale quidem est quod verba amici commixta doloribus cum amore pungunt amicum ad tristiciam et dolorem, verumptamen Christus more suo de illa tristicia eos consolatur dicens: *Ego*, inquit, *veritatem dico vobis. Expedit vobis ut ego vadam*, quia aliter non mitteretur eis Spiritus Sanctus propter affeccionem inordinatam quam habebant

God is in heaven, yet He is also everywhere.

It was good for Christ to go, lest they should have too much affection for His humanity.

3. A: in hoc; ib. sequitur lacuna; ib. convenient deest. 6. A: bonum tantum; ib. B: venit; ib. B in marg.: Ubi Deus esse dicitur secundum philosophum. 7. A: sed ipsum; ib. BC: primum deest; ib. A: supremo celo. 8. A: quendam modum. 14. A: immense. 15. A: suam. 18. B in marg.: Ascensio et descensio Christi. 19. A: dans esse. 26, 27. BC: in proximo — eorum deest. 27. A: interrogaverat. 28. A: in textu deest; ib. B in marg.: Quare prius Christus hec verba consolatoria non dixit nisi tantum in cena ultima. 29. A: implevit cor vestrum deest. 32. A: in ore; ib. A: eos deest. 34. A: ut ego vadam deest.

3, 10. Averroes, Commentarii in Aristotelis opera (ed. Venet. 1562), tom. IV, pag. 346b.

Digitized by Google

ad humanitatem Christi et ceteras creaturas. Quamvis enim Christi humanitas sit amanda et yperdulia adoranda, tamen in omissione amoris Dei super quamlibet creaturam potest error contingere. Et istud notarent qui amant et adorant indebite reliquias sanctorum et procurant canonizaciones eorum pro commodo temporali. Attenderent eciam nostri clerici copiam temporalium avidius affectantes quomodo apostolis propter eorum affeccionem ad creaturas, que affeccio in comparacione ad errorem affeccionis quam habemus ad temporalia est nulla, non foret Spiritus Sanctus missus. Quomodo ergo foret illis missus Spiritus Sanctus qui in affeccione ad temporalia adeo profundantur? Et patet racio regule cleri, ne sit sic cum temporalibus dispositus. Nam ex fide oportet supponere quod lux divina illuminat receptacula cordium secundum gradum quo sunt capacia, cum non ex indifferencia quicquam facit. Apostoli ergo antequam erant ab errore amoris et trepidacionis per ascensionem Christi et disposicionem in ieiuniis ac aliis primis Dei consolacionibus intus expurgati, non erant digni Spiritu Sancto secundum illum gradum quo die Pentecostes illum receperant illustrari; ipsum tamen secundum aliquem gradum habebant continue.

We should learn not to set our affections on relics.

The Spirit shall reprove the world of the errors in which the church is involved;

Ille autem Spiritus cum venerit *arguet mundum* de istis erroribus quibus post apostolos est tota ecclesia involuta. Et primo *de peccato* infidelitatis, quia post tot induiciones humanitatis Christi *non credunt* in patrem et filium; non credunt (inquam) illis per amorem debite adherendo et ideo necesse est Spiritum Sanctum ipsis deficere. Hoc autem peccatum infidelitatis autonomatice est peccatum, ideo in nomine peccati per se posito debet intelligi. Hec autem infidelitas est per se radix cuiuscunque peccati sequentis et completa causa dampnacionis.

I. of the sin of unbelief,

II. of righteousness,

Sed secundo *Spiritus Sanctus arguet mundum de iusticia* quam debet habere ex induicione quam Christus

3. A in deest; ib. BC: deitatis super. 4. B in marg.: Nota bene. Que fuerunt impedimenta apostolorum propter que non erant digni accipere Spiritum Sanctum, que similiter nostros prelatos impediunt. 7. A: et nostri; ib. A in marg.: Contra possessionatos. 11, 12. BC: Quomodo — sanctus deest. 12. B: illis qui. 13. A: confundantur. 14. A: sic deest; ib. BC: temporalibus desponsatus. 16. A: receptabilia. 20. BC: premiis Dei; ib. BC: interim. 21. BC: illum deest. 26. A in marg.: 1; ib. BC: qua post. 27. BC: induccione; ib. B in marg.: Operaciones Spiritus Sancti que sunt in adveniendo. 29. A: est deest. 29, 30. BC: illis deficere. 30. A: Hoc est; ib. B in marg.: Quare per peccatum infidelitatis dicitur peccatum. 32. A: autem deest; ib. A: persone radix. 35. A in marg.: 2; ib. AC: Spiritus Sanctus deest. 36. BC: induccione.

Digitized by Google

ostendit mundo humanitus. Cum enim ante mortem conversando cum apostolis fecit tot miracula et tercio die postquam est mortuus resurrexit et fidem suam argumentis totidem confirmavit ac tercio tam patenter ascendit, non sentitus iterum cum hominibus cohabitando descendere, patet quod fuit *vir a Deo approbatus* et iustus (ut dicit Petrus Act. II, 22), et per consequens iustum foret illi credere; ideo signanter dicit fides scripture pro causa quod Spiritus Sanctus *mundum arguet de iusticia*, quia sic vadit ad patrem.

III. of judgment.

Sed tercio arguet mundum *de iudicio* temerario, quod facta Christi sinistre interpretatur, dicendo quod in virtute demonis facit Christus sua miracula; nam ipse diabolus iam iudicatus est, quia superatus in obstinacia declaratus et in potencia minoratus. Sic enim dicitur Apoc. XX, 2, quod *ligabitur mille annis*. Cum enim habet in voluntate tantam maliciam sicut priùs, non est racio quare non resistit Christi discipulis facientibus miracula et ceteris sanctis declarantibus legem suam, nisi quia ex virtute Spiritus Sancti eius malicia refrenatur. Et patet tercia causalis quare Spiritus Sanctus *arguet mundum de iudicio*, cum diabolus qui est princeps mundialium taliter iudicatur.

The world is still open to this triple reproof.

Et patet quod sicut Judei in tempore Christi fuerant ex peccato quod Christo adherere noluerant arguendi, ex carencia iusticie quam ex vita Christi habere debuerant et ex iudicio temerario quod facta | eius sinistre conceperant, sic usque hodie manet huius triplicis peccati vestigium apud mundum. Quis enim eciam summus sacerdos ecclesie adheret Christo et patri per amorem tam solide sicut debet? Aut quis tam solide sicut debet aut quis tam efficaciter capit Christi miracula atque verba ut sequendo eius vestigia fiat iustus? Vel tercio quis satraparum qui dicuntur totam legem Dei habere humanitus non sinistre interpretatur per glossas subdolas eius opera atque legem? Ideo indubie Spiritus Sanctus ipsos interficiet in finali iudicio ante Christum (ut dicitur

Fol. 162c

1. B in marg.: Per totum. 2. BC: tercia. 4. C: et tercio. 5. A: sensitus. 11, 12. A: quo facta. 12. BC: interpretantur. 14. A: abstinacia. 18. A: miracula deest. 20. BC: patet quod. 23. B: principes; ib. B in marg.: Nota. 25. A: peccato quo. 27. B: eius deest; A: Christi. 28. B in marg.: Que sunt illa tria peccata que Spiritus Sanctus arguet. Tria sunt peccata que totum mundum impleverant. 29. A: eciam deest. 30. A: adhereret; ib. A: et potest; ib. B in marg.: 1. 31. B in marg.: 2; ib. BC: quis tam — debet deest. 33. A: tercio deest; ib. B in marg.: 3. 34. A: dicitur. 37. C: Antichristum; ib. A in marg.: De Antichristo. Rectius legendum puto: Ideo indubie Spiritus Sanctus interficiet in finali indicio Antichristum.

Digitized by Google

Luce XIX et II ad Thessalonicos). Secundo de eodem Antichristo aggregato dicit Apostolus quod *illum iniquum qui tunc revelabitur Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui.* Nec est parvipendenda Spiritus huius doctrina, cum *docebit apostolos omnem veritatem* et sic veritates absconditas quas hucusque rudes non fuerant capaces concipere; et sic pax per totam Trinitatem in apostolis confirmata et doctrina per adventum Spiritus eis data exsuperat omnem sensum et omnem donacionem quam prius habuerant. Nec valet sophistarum instancia qua invehunt quod Spiritus Sanctus non docebit apostolos omnem veritatem, cum multa post adventum Spiritus Sancti ignorarunt; ut patet de eleccione Matthie et multis similibus. Nam Deus prudenter dicit quod *Spiritus Sanctus docebit illos apostolos singulam veritatem,* quia in adventu Spiritus Sancti novo modo eis ostenderat librum vite cuius alphabetum quodammodo perante didicerant; et illum librum non cessat eos docere, quousque fuerint plene beati; et per consequens iuxta logicam dictam docebit eos omnem veritatem continue, cum paulative fuerit in docendo. Nam ille liber secundum sanctos est quelibet veritas assignanda, et sic Spiritus Sanctus a tempore adventus die Pentecostes usque ad eorum plenam beatitudinem venit continue atque docet.

The teaching of all truth is to be gradual.

What one person of the Trinity does is done by all.

Nec sequitur ex ista efficaciori doctrina Spiritus Sancti in Christi apostolos, quod Christus sit sibi inequalis, cum opera tocius Trinitatis sint indivisa, sic quod impossibile est aliquam personam Trinitatis quidquam agere nisi tota Trinitas faciat illud idem. Ideo signanter dicit textus quod Spiritus Sanctus *non loquetur a semetipso sed quecunque audiet loquetur et que ventura sunt annunciabit vobis.* Nam omnis noticia Spiritus Sancti procedit a patre et filio et quicquid Spiritus Sanctus ad extra

3. B in marg.: Antichristus interficietur spiritu oris Christi. 6. A: hoc usque; ib. BC: fuerant. 7. A: per totam deest. 8. BC: eius data. 10. A: plus habuerant; ib. B in marg.: Nota. 10, 11. A: qua inquiunt. 11. B in marg.: Obieccio; ib. A: docebit etc.; BC: doceat. 14. B in marg.: Solucio. 15. A: apostolos deest; ib. A: virtutem. 16. BC: Sancti deest; ib. A: ostendant. 17. BC: quomodo. 20. BC: docebit vos; ib. A: continue deest. 21. A in marg.: Liber vite; ib. B in marg.: Quid sit liber in quo apostoli studuerunt. Quare attendenda est doctrina apostolorum et sequacium eorum. 22, 23. A: sancti adventus. 24. BC: plenam deest. 26. A: Christus deest; BC: Christus non sit sibi equalis. 29. A: facit. 30. BC: Sanctus deest. 31. A: quecunque etc. 33. BC: Sanctus deest.

1. II Ad Thessalonicenses II, 8. 31. Joh. XVI, 13.

Digitized by Google

dixerit, eternaliter interius dicere eos audit, verumptamen cum Deus et natura subitas mutaciones et inordinatas odiunt, Spiritus Sanctus in ipsis veritatibus congruenter illos instruit paulative. Nam venturas veritates non omnes sed pertinentes distincte docebit apostolos, cum eis congruerit ipsas noscere, ut Johanni revelatus est maior eventus status ecclesie usque ad finem mundi (ut patet in Apocalipsi), Petro revelatum est suum martyrium (ut patet II° Petri I°), et Paulo revelate sunt future tribulaciones Jerosolimis (ut patet Act. XX). Et ideo cum Spiritus Sanctus pro via non sic docet apostolos singulas veritates, subtilissime inculcat evangelium quod *quecunque audiet loquetur*, quod est verum pro statu patrie. Sed quia totum pro statu vie est futuricio eventus apostolis, ideo dicit particulariter *que ventura sunt annunciabit vobis.* Sed pro declaracione maiori istius sentencie dicit Christus quod Spiritus Sanctus *ipsum clarificabit, quia de suo accipiet et annunciabit eis. Omnia,* inquit, *quecunque habet pater mea sunt;* propterea dixi, *quia de meo accipiet et annunciabit vobis.* In quibus verbis mira subtilitate declaratur Christi divinitas quam doctrinam non erant adhuc capaces concipere. Dicit Christus quod Spiritus Sanctus ipsum clarificabit secundum racionem qua est sua divinitas. Cum autem *omnia que habet pater habet et filius,* | manifeste sequitur quod sit Deus, et per consequens, sicut pater habet Spiritum Sanctum, sic et filius habet eundem et sic inter filium et ipsum Spiritum est quedam prioritas originis, non nature. Filius enim sicut habet patrem, sic habet se ipsum, patris sapienciam, et in predicacione secundum essenciam vel subiectum habet omne illud quod adintra est proprietas personalis. Nec vidi auctoritatem aliam plus expressam ad convincendum quod Christus sit Deus. Nam si fiat distribucio solummodo pro creatis nec hic omnia per ipsum facta sunt, tunc non valet Christi consequencia: *Omnia que habet pater, mea sunt;* ergo Spiritus Sanctus quicquid fecerit de meo accipiet. Ideo oportet ex fide supponere quod fiat distribucio pro rebus ad intra. Et iterum, si fiat

The Spirit does not teach all truths, but those that should be known.

Fol. 162d

Proof of Christ's divinity.

1. BC: ipsos. 2. A in marg.: Deus et natura odiunt subitas mutacionis; B in marg.: Nota bene. Quomodo Spiritus Sanctus docuit omnem veritatem apostolos; ib. BC: et deest. 5. A: apostolos deest. 6. A: congruet. 12. A: singulas virtutes. 18. C: Sanctus deest. 19. BC: Omnia deest. 20. A: sunt propria; ib. A: accipiet etc. 27. A: sicut. 28. BC: sic est; ib. BC: Spiritum est deest. 32. BC: illud deest. 35. A: ut hic; ib. A: facta sunt deest. 37. A: mea sunt deest.

Digitized by Google

precipue distribucio pro creatis, patet quod implicatur universitatem creatam esse Christi; quod cum non potest sibi competere in quantum homo, patet ut prius quod ex eodem convincitur quod sit Deus. Nec sunt timendi sophiste heretici qui sic arguunt: *Omnia que habet pater mea sunt.* Potestas producendi filium ad intra est aliquid, sicut potestas ex se procreandi mundum est aliquid, ergo filius habet potestatem ad intra producendi filium et ex se habet potestatem quidlibet procreandi. Hoc enim est patri proprium, ideo patet quod illud quod est ista potestas habet filius, quia deitatem, et tamen non habet potenciam sic agendi. Moralitates autem dicende populo secundum auditorii capacitatem congruam sunt aptande.

Vanity of sophistical objections.

SERMO XXIX.

Amen, Amen dico vobis, si quid pecieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Joh. XVI°, 23.

John's practice of reduplicating 'Amen'.

Mos est Johannis inter ceteros evangelistas hoc adverbium *Amen* singulariter et regulariter geminare, quia ipse singulariter cognovit in quadam preeminencia quod verba Christi ex duplici eius natura processerant, scilicet ex eius humanitate et divinitate. Et ad exprimendum certitudinem veritatis verborum Christi secundum hanc duplicem naturam ingeminat duplex *Amen: Si quid,* inquit, *pecieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Pro quo notandum iuxta dicta superius quod in nomine Jesu qui interpretatur salus solummodo ille petit qui pro salute sua perpetua vel pro illo quod ad ipsam mediat iuste petit. Ex quo patet quod solum predestinatus in nomine Jesu a Deo petit quicquid oraverit, quia solum talis petit salutem perpetuam vel medium quod est necessarium ad illam. Et patet veritas condicionalis quam Christus secundo inserit usque modo; ergo propter carnalitatem et perturbacionem non pecierunt apostoli quicquam in nomine Salvatoris. Igitur *petite et accipietis* sub

1. A: pure distribucio. 2. A: creatum. 3. A: quod deest. 5. A: Omnium. 6. A: mea sunt deest. 7. B: creandi. 14. B: sunt dicenda. 16. C in marg.: Dominica quinta post Pascha; ib. A: Amen dico. 17. A: dabit vobis deest. 21. A: Christi deest. 24. A: inquit deest. 27. A: solomodo. 33. BC: ergo deest.

12, 13. Vide supra pag. 132 seqq. et infra pag. 223. 16. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 148. 33. I. Joh. V, 14.

Digitized by Google

illa tamen condicione quod peticio vestra sit finaliter secundum formam predictam, *ut gaudium vestrum sit plenum*, quod solum in beatitudine est impletum. Ac si diceret multum expressius: *Petite* iuste, *ut gaudium* 5 *vestrum sit plenum et accipietis.* Nec est possibile peticionem huiusmodi predestinatis deficere. Et sic intelligi debet illud I Joh. III°, 21, 22: *Fiduciam talem habemus ad Deum, et quidquid pecierimus accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus et ea que sunt placita* 10 *coram eo facimus.* Mandatum autem Dei est quod solum petamus ut gaudium nostrum sit plenum vel ea que media sunt ad illud. Et patet quod solum ad predestinatos iste sermo Christi dirigitur, de quorum numero Evangelista sperabat se ipsum esse, quando dixit I Joh. 15 ultimo: *Et hec est fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcunque pecierimus secundum voluntatem eius audiet nos, et scimus quia audit nos quidquid pecierimus. Scimus quoniam habemus peticiones quas postulamus ab eo.* Ex istis patet quare peticiones quas aliqui Deo dirigunt 20 sunt negate; presciti namque cum sint iniusti continue, non impetrant beatitudinem suam, quia deficit illis modus predestinati, et cum sepe errant in mediis, petendo quod eis non expedit, vel petendo pro aliis quod non est iustum impleri, in suis peticionibus repelluntur; 25 beatus tamen Evangelista fuit certus quid peteret et quomodo. Non enim petivit a Deo temporalia vel alia Fol. 163a que fuerunt beatitudini sue | impertinencia. Dicit ergo evangelium: *Petite et accipietis* graciam in presenti, *ut gaudium vestrum sit plenum* in futura beatitudine. Hoc 30 enim debet christianus principaliter petere et non temporalia vel vindictam.

Why the petitions of the foreknown are not granted

Causa autem future familiaritatis et amicicie apostolorum cum Christo fuit amor et noticia quam habuerunt post ascencionem, et cum illa causa perante defuit, 35 patet racio quare perante sic obscure *in proverbiis est loquutus. Sed venit hora, cum* iam post ascencionem et Spiritus Sancti missionem *non in proverbiis loquitur* sic obscure. Mos enim est scripture propter veritatis certi-

After Christ's ascension the apostles had new love and knowledge.

4. A: multis. 6. BC: predestinati. 7. A: habemus etc. 12. A in marg.: Nota omnes predestinati et solum illi qui petunt quicquid oraverint in nomine Jesu. 14. BC: Evangelistam. 15. A: est deest. 17. A: quod audit. 17, 18. A: Scimus quod habebimus quod. 18, 19. A: Ex hiis autem. 19. BC: peticiones hominum; ib. BC: aliqui deest. 20. B: predestinati namque; ib. A: cum sunt. 21. A: eciam beatitudinem. 22. A: erant. 33. BC: habuerant. 36. A: cum tam. 38. A: Mos domini.

Digitized by Google

tudinem vere, non false loqui de preterito vel presenti. Nam tunc iuxta apostolorum disposicionem et racionis congruenciam non parabolice sed palam eis loquitur de Trinitate et ceteris misteriis regni Dei. In illo die pecierunt apostoli spiritualia in nomine Christi, non irracionabiliter temporalia vel caduca. Unde in nomine Christi baptizabant in primitiva ecclesia pro illo nomine extollendo, et in fine oracionum ecclesie dicunt ad hoc: *Per Christum Dominum nostrum* vel unum equivalens. *Nec dico vobis*, gignendo spem certam antequam effectus eveniat, *quia ego* humanitus *rogabo patrem* de vobis; nec posset esse medium apcius quoad Deum, cum ipsa humanitas et Christi divinitas sint eadem persona filii et sic Deus. Ante passionem tamen suam peticionem humanitati Christi direxerant, et tunc nimis parum fuit eis divinitas eius nota. Et istam veritatem ostendit eis Christus licet abscondite in hiis verbis. Et ad denotandum congruenciam in petito dicit Christus de ipsis apostolis: *Ipse*, inquit, *pater amat vos, quia vos me amastis et credidistis quia a Deo exivi.*

Christ's divinity had not been fully known to them.

Ex quibus convincitur, cum amor patris sit eternus et amor discipulorum quo humanitatem Christi dilexerant, incepit in tempore, quod unum temporale potest esse causa eterni quod contingit a temporali huiusmodi dependere. Aliter enim non diceret Veritas quod Deus pater amat discipulos, quia ipsi Christum amaverant. Et ista noticia est notabilis in materia de predestinacione et multis aliis veritatibus eternis dependentibus a veritatibus temporalibus contingenter. Crediderunt autem apostoli fide antecedente ad istum amorem quod Christus *exivit de Deo* per eternam generacionem et personalem distinccionem et post istam generacionem eternam *exivit a patre* produccione ad extra *et venit in mundum* per carnis assumpcionem, *et iterum reliquit mundum* quoad viacionis habitudinem *et vadit ad patrem* quoad triumphantis regeneracionem.

Proof that the temporal may be cause of the eternal.

2. A: et omnium. 9. BC: annectitur per Christum; ib. A: Dominum nostrum deest. 10. A: Et nunc dico vobis. 11. C: humanitas. 12. BC: possit. 15. BC: et tamen. 16. A: noticia; ib. C: Et deest. 17. A: Christus deest. 19. A: ipse enim. 20. A: et credidistis deest. 21. BC: Ex quo. 22. A: in marg.: Unum temporale potest esse causa eterni. 23. A: incepit esse quod. 24. A: cum contingit. 25. A: enim diceret quod. 26. C: amaverunt. 27. BC: nota. 29. A: a veritatibus temporalibus deest. 30. A: autem deest. 31. A: a Deo; ib. A: et deest. 34. C: relinquit. 35. A: viatoris habitacionem. 36. A: regnacionem.

Digitized by Google

Nec est dissonum modo loquendi scripture quod Christus eterna generacione exivit a Deo, cum Psalmo CIX°, 3 dicit natura divina verbo suo: *Ex utero ante Luciferum genui te.* Cum ergo filius sit ex patre, potest vocari illa eterna lucis emanacio exitus a Deo. Sic enim vocatur Christi incarnacio sua descensio vel exinanicio, cum tamen nec ad incarnacionem movebatur divinitus neque humanitus. Triplex autem predicta Christi mocio humanitus scilicet ad limbum, a limbo ad mundum, et a mundo ad celum fuit consona Trinitati, cum duplex prior mocio fuit consona spiritualiter Patri et Spiritui Sancto, sed tercia fuit consona homini incarnato. Diabolus autem irregulariter sine pausacione fructuosa in medio de celis descenderat ad inferna; ideo (ut dicit quidam) iste fuit saltus diabolicus. Sed in textu evangelii sequitur: *Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris et proverbium nullum dicis.* Si ergo pro nunc quando sumus inepciores sic loqueris, multo evidencius in hora futura (ut asseris) quando erimus apciores. Nunc (inquiunt) cum prevenis nos in declaracione dubii quam a te racionabiliter peteremus, *scimus quia scis omnia et non est opus ut quis* te temptative *interroget.* Et sic eleva | ciori noticia crediderunt deitatem Domini quam perante. *In hoc* (inquiunt) *credimus quia a Deo exiisti,* quod foret nimis modicum nisi intelligerent de eterna eius generacione, quia philosophi sciunt in primo lumine naturali quod omnis creatura et specialiter homo virtuosus procedit a Deo efficiencia graciosa. Cum ergo nichil exit a termino a quo, nisi fuerit in eodem, patet quod sicut Christus exiit a patre qui est deitas, sic fuit eternaliter in eadem. Non enim est talis exitus mocio successiva vel subita, sed eterna generacio in utroque termino stabilita. Nota secundum Augustinum, II° libro contra Faustum, quod occasione hic dictorum et in precedenti sermone de illo capitulo Manichei dixerunt apostolos non recepisse Spiritum Sanctum, quia tunc scivissent

Christ's threefold motion.

Fol. 163b

The disciples' belief that Christ came forth from God refers to His eternal generation.

1. A: quod ex. 2. A: Christus deest. 4. A: genui te deest; ib. A: sit deest. 5. A: enim deest. 6. A: sua desicio. 7. A: divinitas. 8. B: nec humanitus; ib. A: autem deest; ib. mocio; A: in necio. 9. BC: et deest. 10. BC: fuit deest. 12. BC: tercia vero. 14. A: dicunt. 16. A: loqueris etc. 17. A: ergo providit. 18. A: nepciores. 19. BC: ut inquiunt. 21. A: scimus quod. 23. B: In deest. 26. A: puro lumine. 30. BC: exit; ib. BC: divinitas. 31. A: enim deest. 33. A in marg.: Augustinus; ib. A: in libro. 35. B: isto. 36. A: fuissent.

33. Augustini Opp. VIII, 49 seqq.

Digitized by Google

omnia, ut Christus loquitur, sed dicunt Manicheum inter prophetas sciendo omnia primitus Spiritum recepisse, unde non accipiunt Actus apostolorum in quibus dicitur Spiritum Sanctum mitti. Tunc enim non ex parte scirent et ex parte prophetarent (sicut dicit apostolus II Cor. XIII°), sed istud dictum iuxta exposicionem priorem non habet colorem, cum Manicheus ex crassa ignorancia posuit Deum malum. Ideo absit fidelem sive philosophum ipsum credere posse equari in sanctitate sive sciencia domino Jesu Christo. Unde secundum ordinacionem Dei eternam quando *venit plenitudo temporis* (ut loquitur Apostolus ad Gal. IV°, 4), fuit in terris plenitudo gracie secundum gradus aptos in Christo fontaliter, in Maria rivaliter et in apostolis non semper, sed post ascensionem quando plene fuerant maturati.

Christ's ascension a proof of the union of the divine and human natures.

Cuius triplex est racio, prima quia dacio Spiritus Sancti est ad trahendum homines a terrenis ad celestia, sed cum appetitus hominis non tendit in aliquid nisi quod credit possibile, patet quod illa possibilitas de humanitate et divinitate in eodem supposito fuit declaranda per Christi ascensionem et alia eius argumenta quibus apostolos erudivit (ut prophetatum est Michee II°). Non ergo debuit dari plenitudo Spiritus apostolis ante Christi ascensionem aut ante eius glorificacionem, quia Johannis VII°, 19 scribitur: *Nondum erat Spiritus datus; quia Jesus nondum fuerat glorificatus.*

The coming of the Spirit made the Apostles' love spiritual.

Secunda racio, quia Spiritus Sanctus est amor spiritualis, ideo apostoli debuerunt spiritualiter Christo affici et non imperfecte corporaliter eius humanitati sicut pro magna parte fuit, quando Christus conversabatur cum illis humanitus. Ideo non fuerunt tunc dispositi ad suscipiendum Spiritum Sanctum ita plene. In omni enim successione doctrine apostolorum exemplatur edificacio ecclesie quid quilibet in gradu suo debet facere et dimisso rudimento terrestri ad ampliora carismata aspirare.

Christ showed His equality with the Father before sending the Spirit.

Tercia racio, quia Christus dat Spiritum Sanctum secundum naturam divinam et non humanam, ideo fuit equalitas eius cum patre per ascencionem et ulteriorem apostolorum disposicionem declaranda, antequam se

3, 4. A: quibus Spiritum Sanctum mittit. 5. A: prophetarunt. 6. A: illud. 6, 7. A: habet locum. 7. BC: ex grossa. 8. BC: fideles; ib. A: sive Jesum. 13. A: rivatus; ib. A in marg.: Plenitudo gracie fundata in plenitudine temporis et hoc racione triplici. 16. A in marg.: 1. 22. BC: probatum. 27. A in marg.: 2; ib. A: amoris. 28. A: spiritualiter deest. 29. A: humanitus. 34. A: quod quilibet. 36. A in marg.: 3. 39. B: ante se.

Digitized by Google

ostenderet mittere eis Spiritum Sanctum. Tantum enim opus oportet mira subtilitate esse in suis partibus ordinatum.

Excellence of the Lord's prayer.

In hoc evangelio debet predicans secundum formam rudem et congruam aptare populo sensum oracionis dominice. Nulla enim oracio est ista prestancior, efficacior et unicuique fideli utilior. Dividitur autem sicut decalogus in duas partes, quarum prima continet tres peticiones secundum congruenciam trinitatis et secunda continet septem correspondenter ad septem mandata secunde tabule. Premittit ergo humilem confessionem excellencie Domini adorandi. *Pater*, inquit, *noster qui es in celis*. Oportet enim considerare Deum ut patrem, quia habere fidem, spem et caritatem, ut abbas ille summe misericors perficiat quod exoramus, et ut notetur oracionem nostram debere esse de bonis communibus, cum sint meliora privatis ac nos deberemus orare concorditer, cum communicamus in uno principio et quilibet orans debet iuvare reliquum in orando, signanter dicitur *Pater noster*. Et ad imprimendum eius excellenciam supra terrigenas signanter annectitur *qui* Fol. 163c *es* | *in celis*. Sicut enim a loco superiori Deus influit corporibus subiectis lumen et aliam conservanciam corporalem, sic in omni spirituali peticione oracio debet dirigi ad superius in natura. Et quamvis Deus sit infinitum in natura nobis superior quam celum est superius quam spera terre, exemplum tamen sensibile manuducens sensibiles potest inducere in superiorem noticiam. Tres autem peticiones sequentes in prima parte oracionis dominice dirigunt verbum suum ad Deum sub isto pronomine *tuum*, ad denotandum quod ipse existens singulariter solus Deus odit superbiam. *Sanctificetur*, inquit, *nomen tuum*. Cum enim nomen Dei sit omnipotens (ut dicitur Exodi XV°, 3), non oramus ut in sua natura sanctificetur, sed ut confirmetur fides devota in nobis secundum quod glutinium illa per se sanctitas effectualiter in nobis reluceat. Et ista omnipotencia nominis corre-

Why we say "Our Father."

God's name is hallowed when we are made holy in Him.

1. A: Sanctum deest. 4. A: sensu. 5. A: ipsa. 6. BC: undique. 6, 7. B: sic decalogus. 7. A in marg.: Divisio oracionis dominice; ib. B in marg.: Declarat oracionem dominicam. 9. Codd.: quatuor. 10. A: Premittit deest: ib. A: lacuna. 11. A in marg.: 1. 12. A: quod enim; ib. A: Deum deest. 13. BC: iste. 14. BC: oramus. 16. A: debemus. 17. A: orare deest. 21. A: in celis deest. 24. BC: in deest. 25, 26. A: superius ad speram terra. 30. A: ad denotandum deest; ib. A in marg.: 1. 33. A: dicitur Exodi XIX deest; ib. BC: in deest. 34. BC: firmetur. 35. A: glutinum; ib. B in marg.: Declarat oracionem dominicam. 36. BC: illa.

5. et seqq. Cf. S. E. W. ed. by Arnold. III, 98—110. Cf. Loserth, Wyclif and Hus, pag. 255, 256.

Digitized by Google

The second petition is addressed to the Son.

spondet quodammodo Deo patri, sed cum filius sit rex sapientissimus, secundam peticionem porrigimus ipsi filio, cum oramus: *Adveniat regnum tuum.* Quamvis enim omnia que evenient de necessitate evenient, et facilius foret celum et terram dissolvi quam generacionem predestinatorum secundum ordinem quem Trinitas ordinavit non impleri, et cum necesse est quod oremus pro eius implecione ad elevandum mentem in Deum et exprimendum nostrum desiderium, ut eius beneplacito conformemur; ideo sequitur in peticione tercia correspondenter ad Spiritum Sanctum: *Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra.* Quamvis enim nulla creatura possit alicubi Dei beneplacitum impedire, verumtamen in terra homo singulariter cum ipso diabolo nititur universali Domini voluntati resistere, nam Act. VII° dicitur a Stephano perversis Judeis: *Vos semper Spiritui Sancto resistitis.* Quamvis enim perversus nisus infidelium qui sunt Deo contrarii non potest frustrare quin Dei beneplacitum sit impletum, tamen affeccio et desiderium orantis elevati in Deum potest meritorie affectare quod voluntas Dei tam regulariter sicut impletur in celo, et in terra tam regulariter impleatur. In hoc enim sumus conformes voluntati Dei qui secundum Apostolum *vult omnes homines salvos fieri,* et ita debet homo velle Spiritum Sanctum illam volucionem universalem habere, ut omnes homines sint salvi et non quod omnes homines sunt salvi (ut patet diffuse alibi).

The third to the Spirit.

How God's will may be resisted.

The four petitions of the second part.

Secunda vero pars in qua quatuor continentur peticiones eo posterior est priori quo Deus vult omnem hominem in omni suo opere honorem Dei preponere et principaliter pro ipso zelare. Quod si universitas viatorum complete faceret, maliciam peccati in toto extingueret. Primo ergo petimus sustentacionem Dei in subsidio corporali cum quibus viator (quantumcunque magnus dominus fuerit) in comparacione ad Dominum necessario est mendicus, cum secundum Augustinum necessitatur cotidie ad sui relevacionem *panem* ab ipso

2. BC: secundam deest. 3. A: cum dicimus; ib. A: regnum tuum deest; ib. A in marg.: 2. 4. BC: que evenient — evenient deest. 6. A: ordinat. 7. BC: et tamen. 11. C: et fiat. 11, 12. A: sicut — terra deest. 12. B in marg.: Voluntatem beneplaciti nichil potest impedire, ante oramus ut impleatur. 13—15. A: beneplacitum — Domini deest. 15. A: beneplacito resistere. 15, 16. BC: dicit Stephanus. 21. B: sic. 22. A: impletur. 23. BC: concordes. 24. BC: ita deest; ib. A in marg.: Nota quomodo sumus conformes voluntati divine. a. 26, 27. BC: et non — salvi deest. 27. BC: ut diffuse alibi dixi. 28. A in marg.: b. 31. A: unitas. 32. A: foret malicia . . . non contingeret. 36. A: intus est munditus.

Digitized by Google

petere, ideo longe aliud est a Deo et aliud ab homine mendicare. Potest autem per panem sane intelligi quodcunque relevans corporalem indigenciam, sacramentum altaris vel lex Dei interiorem hominem spiritualiter re-
5 focillans, sed quia impedimentum dacionis huius panis est indebitacio qua Dei debitum indebite retardamus, ideo secundo petitur quod *Deus dimittat nobis debita nostra;* sed condicionaliter annectitur: *Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Nam stulta fronte orat Deum
10 debitum suum dimittere qui non vult proporcionabili mensura fratris debitum remittere (ut patet in parabola Salvatoris Matth. XVIII°). Et cum isto stat hominem debitum corporale in caritate requirere sed omnino
Fol. 163d oportet ipsum invidiam et rancorem | dimittere. Sed quia
15 ista dimissio est vianti difficilis, cum diabolus callidissime temptat homines, ut sibi similiter in hoc peccent, ideo petimus tercio *ne in temptacionem nos Dominus inducat.* Quamvis enim Deus non sit iniciative temptator hominis ad peccandum (ut dicit Jacobus), tamen in
20 penam peccati prioris potest inducere hominem, ut ad resistendum debilior succumbat posterius temptatori. Sed cum sic in temptacionem induci sit hominis, ideo petimus quarto et ultimo *nos liberari a malo* finalis impenitencie, quia est diabolicum et finale malum hominis
25 hic in via. Et in omnibus istis quatuor peticionibus condicio debet intelligi: *Si Deo placuerit;* et pro omni christiano secundum suam capacitatem secundum caritatis regulas est orandum. Et dimissis dubiis patet in ista oracione que debet esse orandi principium quante
30 sophisticatur in vendicione oracionis noviter introducte.

Meaning of "our daily bread".

Prayer may not be sold.

SERMO XXX.

Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre, Spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Joh. XV°, 26.

2. A: Potest tamen. 3. Codd.: revelans. 4. A: et lex; ib. A in marg.: Panis accipitur tripliciter. 5. A: impetum dacionis. 8. B: condicio caritatis; ib. C: veritatis; ib. A: et nos etc. 12. BC: Salomonis; ib. A: sed cum isto. 16. A: homines deest; ib. A: precent. 17. A: tercio et ne nos etc. 19. A: homines; ib. A: Jacobus deest. 22. A: temperacionem; ib. BC: ideo deest. 24. A: quod est. 28, 29. A: quod ista oracio. 29. A: quante deest. 30. BC: oracio; noviter introducte deest; B: oracio etc. 31. A in marg.: Sermo XXX; ib. C in marg.: Dominica infra Octavam Ascensionis.

32. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 151.

Digitized by Google

The Jews persecuted because of malicious ignorance.

In hoc evangelio cum sit in uno de quinque capitulis supradictis inculcat Christus verba consolatoria de periculis que predixit apostolis futura. Judei autem sic persecuti sunt apostolos propter ignoranciam qua ex sua malicia sunt cecati; ideo Joh. XV°, 21 dicit Christus hec verba consolatoria: *Et hec omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.* Sicut enim cause boni se iuvant reciproce, sic cause mali se ipsas concausant reciproce ad malum ultimum inducendum. Nam odium quo Judei Christum oderant fuit causa persecucionis apostolorum et odium quo patrem oderant fuit causa odii utriusque, et odium apostolorum fuit causa odii Trinitatis. Quamvis autem sit impossibile aliqua in eodem genere cause secundum idem individuum reciproce se causare, tamen secundum gradus dispares possunt alique cause contrarie reciproce se causare, ut unius hominis submersio potest esse causa submersionis alterius et econtra; et sic est de profundacionibus in peccatis. Nec ex isto sequitur quod Deus sit causa hominum primaria, cur sic peccant.

They might have learned better from 1. the prophecies;

Non enim excusantur Judei per ignoranciam quod taliter peccaverunt, quia habuerunt sufficientem informacionem ex doctrina Christi consona propheciis eorum (quantum ad Deum attinet) ut Christus sit Messias, sicut et signa ac dicta prophetarum in ipso convenerant. Ideo per adventum Christi et eius sermones incurrerunt peccatum infidelitatis gravissimum. Et de illo peccato loquitur Christus Joh. XV°, 22: *Si non venissem et locutus eis non fuissem, peccatum non haberent; nunc autem excusacionem non habent de peccato suo.* Quamvis autem occasione male accepta Judei illo peccato propter adventum Christi peccaverant, sic quod adventu eius subducto illo peccato individuo non peccarent, tamen cum maius bonum propter opera Christi exinde provenit, adventus eius et quicquid fecerat non est propterea omittendum.

2. Christ's miracles;

Secunda racio ostendens eos inexcusabiles est multitudo miraculorum que in eis Christus patenter fecerat, ut illuminacio ceci nati, suscitacio Lazari quadriduani,

1. A: evangelio sic. 4. A: quia ex. 5. A: Joh. V. 5, 6. A: dicit hec verba. 6. BC: Et deest. 7. A: novem meum. 9. A: ipsos. 12. A: paterem. 12, 13. BC: et — Trinitatis deest. 14, 15. B: secundum fidem. 17. A: submercio. 18. A: submercionis. 20. A: peccavit. 24. A: et lingua. 28. A: venissem etc. Cetera desunt. 32. C: adventus; ib. A: illo deest. 33. BC: magis bonum. 36. A in marg.: 2. 38. A: quadriduani deest.

1. Vide supra p. 185 l. 29, 30.

Digitized by Google

obscuracio solis in morte et alia cum modis suis que nullus alius fecisse potuit. Quamvis autem possint excusari de gradu pene dampnacionis, peccata tamen sua excusare non poterant quin dampnentur. Judei autem
5 videntes Christi miracula precipitaverunt se profundius in peccata, ascribendo ea Belzebub (ut patet Matthei XII); ideo accumulacio novorum criminum sceleribus perpetratis est summopere precavenda, quia idem est ac si profundatus in luto infinito nisu proprio se
10 ulterius profundaret.

Fol. 164a. Tercia causa accusacionis Judaice stat in isto quod in Christi absencia Spiritus Sanctus | descenderat, illuminando apostolos, tribuens eis caritatis potenciam et virtutem faciendi miracula. Et hoc fuit evidentissimum
15 signum confirmans doctrinam Christi esse insuspectibilem, quod tam pauci rudes tot linguis predicantes tam cito converterant tantam gentem. Si enim concedant quod Christus auctorizavit hoc fieri, patet quod oportet eos divinitatem eius concedere. Cum Spiritus Sancti missio
20 et in nomine suo miraculosa operacio non posset fieri per demoniacum, sicut blasphemaverant Christum esse, ideo signanter dicit Christus: *Cum* in illis signis efficacibus *venerit paraclitus*, id est, consolator *quem ipse mittet a patre, ille Spiritus Sanctus testimonium perhibebit*
25 de Christi divinitate et operum veritate.

3. seeing the effect of the descent of the Spirit.

Et nota quod satis implicatur Spiritum Sanctum procedere tam a patre quam a filio, quia aliter non diceret Veritas se ipsum mittere. Non quidem est ex ingenio naturali quod mittens (in quantum huiusmodi)
30 habet quandam prioritatem originis vel dignitatem aliquam super missum. Et patet quod Christus tacendo Spiritum Sanctum a se procedere docet duo: primo quod inter patrem et ipsum est prioritas originis, sic quod pater non potest mitti ab aliquo; secundo docendo
35 quod Spiritus Sanctus ab ipso non procedit in quantum homo se ipsum implicat esse Deum et nullum hominem debere pompare ex dono quod Deus dederit. Et quia

Christ's words imply the double procession.

2. BC: possit. 3, 4. A: de gradu — excusare deest. 4. A: poterunt; C: poterat. 6. BC: ascribenda; ib. BC: ipsa. 8. A: summo opere. 9. A: luto aliquo. 11. A in marg.: 3; ib. BC: in hoc. 15. A: insuspectabilem. 16. A: pauci Judei. 18. C: hec. 20. BC: suo deest. 21. A: verum esse. 22. BC: in deest. 24. A: Sanctus deest. 25. A: veritatem; C: veritate deest. 26. B in marg.: Spiritus Sanctus procedit a patre et filio, cum dicitur, quem mittam vobis, declarat hoc subtiliter; ib. A: multiplicatur. 27. A: tam — quam deest; B: quam filio. 28. A: quidem deest. 31. A: taciendo. 36. C: implicavit.

Digitized by Google

Deus dignatur habere apostolos adiutores, signanter dicit Christus *quod* ad declaracionem sue divinitatis *ipsi apostoli testimonium perhibebunt*, et causa debita ac congrua est ad illud *quod ipsi ab inicio ipsorum operum* hoc plene testancium *secum erant;* exhinc enim fuerunt cum Christo sic spiritualiter educati et debuerunt tamquam testes ydonei hoc testari.

Sed hec verba tamquam subtilia et consolatoria *locutus est Christus suis apostolis, ut* crescendo in certitudinem cum viderint hoc impleri *non scandalizentur* ex parvitate fidei et virtutum, cum habeant eis promptum tam stabile fundamentum. Scandalon enim est pedum inpaccio inducens ruinam, et significat mistice ruinam hominis a virtute, et sic ne apostoli cadant a paciencia in tribulacione futura quod foret scandalizacio pessima, Christus eis loquitur ista verba.

Christ tells what their troubles will be.

Et ad exprimendum eis planius tribulacionem futuram quam cum paciencia tolerarent, dicit quod *absque sinagogis facient vos*, hoc est, de sinagogis expelli quod fit inter Judeos occasio magni scandali, sicut inter nos est eieccio de ecclesia per excommunicacionem. Talis enim expulsio reputatur sceleratissimis convenire; apostoli enim reputati sunt a Judeis indigni, ut habeant synagogam nec solum in verbis pausabit persecucio apostolica, *sed venit hora* pro suo tempore ut veniatur ad verbera, et eo gravius *quod omne genus hominum* tam Judei quam gentes *ipsos persequentes occidendo arbitretur se obsequium prestare Deo.* Que ignorancia ex priori ignorancia est causata, et ista condicio est eo periculosior quo homines debent in causa Dei animosius, excusabilius et attencius vigorari. Unde perfidi christiani quando volunt inimicos suos excusabilius et inevitabilius destrui, predicant quod elemosina foret ipsos tamquam inimicos Dei ecclesie et sue religionis occidere; sed ante istas tribulaciones veniunt palliate excommunicaciones, sic quod omnis persecucio quam diabolus palliavit in Christi apostolos est palliata, sed

False christians persecute as did the Jews.

2. C: deitatis. 3. BC: apostoli deest. 4. B: congrua et debita; ib. A: ad deest. 9. BC: certitudines. 10. BC: hec. 11. A: eis permixtum. 14. A: cadant deest. 15, 16. A: passiva; Christus. 19. BC: facient illos. 22. BC: repulsio. 23. A: sunt deest. 25, 26. A: ad verba. 26. BC: quo omne. 27. B: persequens. 32. A: quomodo volunt. 33. A: destrui deest.

9. Joh. XVI, 1. 18. ibid. 26. Vulgate: *Sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo.*

Digitized by Google

Fol. 164b cum ampliori cautela usque hodie in christianos qui | pro causa Dei sunt fervencius zelantes. Sed quia secundum beatum Gregorium tela previsa minus feriunt sive ledunt, ideo Christus ostendens suam divinitatem ac omnisciencia, consolando suos apostolos prenunciat illis ista maiora pericula. Aliqua enim sunt pericula que absolute pronunciata plus cruciant sed pericula que Christus predixit secundum modum suum consolandi et certificandi de premio minus ledunt. Per hoc enim sciverunt apostoli ipsum esse summe veridicum et in promittendo ampliora premia infinita pro tribulacione modica temporali ad sufferenciam gratuitam consolantem.

Persecution comes from not knowing God.

Christus ergo tangens causam huius demencie dicit: *Hec facient vobis, quia non noverunt patrem neque me.* Cum enim secundum philosophos *omnis malus sit ignorans*, patet quod si plene et non sopite Dei potenciam et eius sapienciam mali cognoscerent, nunquam sic contra veritatem primam ac Dei potenciam cum suis fautoribus procurarent, quia certi debent esse quod *super omnia vincit veritas* que in potencia summa est fundata. Ideo talibus cunctis dementibus dici potest hoc verbum evangelicum summe sapiencie quod *hec faciunt, quia non noverunt patrem neque me.* Si enim ipsos distincte cognoscerent, possent dicere illud Actuum IX°, 5 dictum Paulo: *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Quidquid enim ad extinguendum veritatem fecerint redundat ad declaracionem lucidam veritatis. *Hec autem* ad tantum *predixit Christus apostolis, ut cum venerit hora periculi, reminiscantur* quomodo tam periculum quam eius solacium dixit illis.

Circa noticiam huius evangelii et capacitatem recepcionis Spiritus Sancti oportet quod fidelis observet attencius quinque sensus. Sunt enim secundum philosophos quinque sensus intrinseci sed omnes organici et quinque sensus extrinseci nociores, et cum omnes illi fundantur in anima, patet quod ipsa tantum finite capacitatis et

4. 5. A: omnipotenciam. 7. A: pronunciata deest; ib. B: cruciantur. 9 C: primo minus. 16. A: plene et deest. 18. A: sic Dei; ib. A: fautoriis. 19, 20. B: semper vincit veritas; C: supervincit. 20. A: est infinita. 24. A: possunt; ib. B: IX, 10, 6; C: IX, 10, 28. 25. A: contra — calcitrare deest. 31. BC: Circa notam; ib. A in marg.: Nota de decem sensibus, de quinque intrinsecis, de quinque extrinsecis; ib. B in marg.: Quare quinque sensus suis actibus distrahunt a spiritualibus. 32. A: oportet quia.

3. Sancti Greg. Moral. lib. VIII, Opp. tom. I, 253. 33. Cf. Trialogum pag. 94 and S.E.W. III, 117.

Digitized by Google

ab actibus sensuum distrahibilis est per fortem impressionem in sensibus impedita; et hec racio quare viri apostolici ab intencione ad mundialia prohibentur. Unde Numeri XXIV 5, dixit *homo cuius obturatus est oculus qui cadens apertos habet oculos*, scilicet Balaam, de Christo pulcherrimas prophecias. Et huius causam assignat scriptura, quia observanciam suorum sensuum attendebat; sic eciam attestantur naturales magici quod ad habendum prophecias ex illustracione divina in noctibus oportet eos obturacionem sensuum attendere in diebus, ne impressio fortis peregrina diurna impediat levem impressionem divinam nocturnam; unde isti magici latitarunt diebus in antris suis sensibus obturatis. Sed nostri superiores clerici non obstante hoc triplici testimonio efficaci et precepto divino de adventu Spiritus tam salubri sunt mundialibus et carnalibus plus ceteris involuti.

Attention to the senses hinders men from receiving divine impressions.

Sight the most subtle of the senses.

Inter omnes autem quinque sensus extrinsecos est visus subtilior; quod patet ex tribus, primo quia habet spiritualius obiectum quod a distanciori percipit. Possumus enim videre astra illuminacione subita et sic de aliis luminibus et coloribus multipliciter variatis.

Secunda evidencia est quod natura plus ingeniatur in anatomia oculi qui est organum visionis quam in anatomia cuiuscumque alterius organi sensitivi, sicut patet de humoribus, de telis et de tunicis oculorum cum suis figuris et proporcionibus adopercatis. Natura autem non ageret tantum sollicite circa visus organum, nisi tantum proporcionabiliter sit perfectus. Unde inter omnes quinque sensus organum visus habet locum eminenciorem ac si foret tocius humani corporis speculator. Videt enim tam nociva quam conveniencia cuiuscunque visibilis vel sui contrarii. Tercia evidencia est quod visio est propinquior in natura interiori sensui quam alius sensus extrinsecus; unde communius operatur | ymaginativa in sompno de impressione visibilis quam cuiuscunque alterius sensus. Licet enim cecus non iudicat nec sompniat de coloribus, Fol. 164c

1. A: distrahibiles. 4. A: obscuratur. 6. BC: Et eius. 7. A: observancia. 8. BC: testantur. 10. A: obscuracionem. 11. diurna; B: dura correxit e divina. 12. B: diurnam. 13. A: obscuratis. 14. B: duplici. 15, 16. A: et mundialibus. 19. A in marg.: Visus est sensus subtilior propter tria. 1: ib. B in marg.: Nota philosophiam de quinque sensibus et primo de visu et auditu; in sequenti sermone de aliis tribus. 21. C: ceteris luminibus. 22. A in marg.: 2; ib. BC: ingeniata. 24. BC: patet deest. 25. B: tinnicis; A: tumicis. 26. A: adopercatis deest; C: adoptatis; ib. BC: autem deest. 34. A: ymaginabilia in sompnis.

29. Cf. Trialogum pag 96.

Digitized by Google

raro tamen fit sompnium hominis, nisi fiat de visibili quod forcius ceteris sensibus est impressum. Sumitur autem sensus nunc pro virtute sensitiva, nunc pro organo sensitivo et nunc pro actu senciendi. Ex istis patet quod inordinata evagacio sensus visus est ceteris periculosior et plus distrahens scienciam ab illo quod prius cognosceret, et multo magis si sensus sit vetitus; unde Matthei V°, 28 dicitur quod *qui viderit mulierem ad concupiscendam eam iam mechatus est eam in corde suo.* Sensacio eciam mundialiter dominabilium sub maiori pena clericis prohibetur et sic illud evangelicum Matthei VI°, 22, licet sensum subtiliorem habuerit, potest intelligi de oculo corporali. *Si,* inquit, *oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit,* quia si organum huius sensus habuerit officium simplex non bifurcatum, serviendo intellectui sicut debet, non dubium quin totum corpus residuum lucidum est virtute, quia sicut et virtutes sic et vicia sunt connexa. Et cum utrumque sit subiective in anima que non potest simul informari vicio et virtute, patet quod si ad sensum dictum sit simplicitas in visu, est eciam simplicitas in quolibet organo virtutis anime. Est autem simplicitas in organo, quando sine plica duplicitatis vel falsitatis ipsum servit anime pure secundum racionem qua anima servit Deo. Sunt autem de oculis auctoritates multe scripture sentencie huic consone quas suppono.

Misuse of it more dangerous than of the other senses.

Secundus sensus exterior est auditus qui post visum est specialior, unde situs sui organi fere in eodem circulo capitis existens cum oculo habet situm tribus sensibus sequentibus eminenciorem, et sicut virtus auditiva excedit virtutem visivam, secundum condicionem aliquam naturalem, quia ex omni latere percipit suum obiectum, qualiter visus non poterit, sic secundum philosophos auditus per accidens plus proficit ad doctrinam et secundum Apostolum fides et alie virtutes quas evangelizantes imprimunt sunt singulariter ex auditu; et sicut in auribus sunt amfractus, ne soni excellencia confundat auditivam

The second sense is hearing.

2. A: ceteris deest; ib. A in marg.: Sensus accipitur tripliciter. Sensus visus. 4. A: et pro. 5. A: ceteris deest. 6. BC: detrahens; ib. BC: scienciam deest. 7. A: magis deest. 8. A: mulierem etc. 11. A: evangelium; ib. A: Matthei XVIII. 12. C: sensum subtilitatem. 13. A: inquit deest; ib. BC: tuus deest; ib. A: fuerit etc. 14. A in marg.: simplex. 18. A: obiective. 23. BC: aut; A in marg.: simplicitas; ib. B in marg.: Subtilis declaracio si oculus tuus simplex fuerit. 27. A in marg.: Auditus. 28. A: spiritualior. 30. A: sequentem; ib. BC: eminentem. 31. A: visutam. 34. A: perficit. 35, 36. A: quam enumerantes .... sunt simpliciter. 37. C: sonus.

35. Rom. X, 17.

Digitized by Google

virtutem, que inseritur in miringa, sic mens debet notare circumstanciam secundum quam expelli debet horribilis sonus diaboli atque mundi et in auditu dulcis soni spiritus delectari. Nam auditus detraccionum mendacii, blasphemie et ceterorum huiusmodi devote anime est horrendus, sed auditus verborum Domini que sonant opposita est suavis. Ideo Psalmo LXXXIV°, 9 dicitur: *Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Diabolus namque et susurro pessimus et pater mendacii suggerit auri viancium dissensionem et bellum, ut patet in practica. Unde homines mundo dediti, ymmo generaliter clerici et prelati, sunt in huius sensus observancia peiores Balaam, qui Numeri XXIV°, 16 dictus est *auditor sermonum Dei.* In auribus namque ipsorum diabolus et mundus tantum tumultuant quod in ipsis tamquam surdis sonus suavis Spiritus non auditur. Ex fide namque supponitur quod talis sensibilis tumultuacio et spiritus Dei audicio tamquam contraria se confundant, quia Sap. XII°, dicitur: *O quam bonus et quam suavis est Domine spiritus tuus.* Nam spiritus Domini qui replevit orbem terrarum continue loquitur capacibus utilem veritatem. Sed oportet quod auditus sequestretur a tumultu huiusmodi seculari. Et hec racio quare in noctis silencio secundum dispares gradus sompnii et disposicionis hominis percipit lumen predicti Spiritus, et in figuram istorum III Reg. XIX°, 12 dicitur quod *sibillus aure tenuis* et ibi Dominus. Bene ergo foret illi qui claustra huius virtutis cerare sciret, ne eveniat anime nocumentum, quod Christus subtiliter docet Matthei X°, 16: *Estote,* inquit, *prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe.* Serpens quidem dicitur habere istam industriam et Psalmus LVII^us^, 6 meminit quod, cum *incantatur verbis stupefacientibus incan* | *tantis,* unam aurem terre applicat et aliam aurem cum extremitate caude obturat; sic fidelis cum audierit sonum diaboli sive mundi unam aurem interioris hominis terre applicat, fragilitatem suam considerans, quomodo ex audicione vocis serpentis qui primo fuit limus terre, factus est terra fragilis, racione defectus humoris gracie

Abuses of the sense of hearing.

When tempted we should imitate the adder which stops its ears.

Fol. 164[a]

4. A: detraccionis. 7. A: opposita deest. 8, 9. A: in me — suam deest. 10. A: susurro deest. 12. A: mundo dediti deest. 13. C: qui deest. 15. A: illorum; ib. A: tantum deest. 16. A: tumultuerat. 21. B: replet. 26. B: est in. 27. A: sibulus. 27, 28. B: Unde igitur. 28. C: igitur. 29. A: nocivum tum. 31. A: sicut etc. 32. A: et Psalmus LVII. meminit deest; B: Psalmo. 33. A: stupefacientibus deest. 39. BC: est deest; A: est fragilis terre; ib. A: humorem.

Digitized by Google

corrumpenda (ut patet Genesi III°). Et extremitatem vite sue ut finem caude considerans obturat reliquam aurem cordis. Et cum nichil plus valet ad domanda carnis desideria quam pensare qualis erit mortua, patet quantum prodest homini ista prudencia serpentina. Et de multis columbe simplicitatibus hoc ad propositum est notandum quod naturaliter delectatur in amorosis vocibus sui similis, et audito sono accipitris vel avis alterius rapacis in plano lapide requiescit et avis rapax que impulsu feroci columbam raperet ex timore collisionis pectoris sui ad lapidem hoc obmittit. Et sic fidelis temptatus a diabolo vel hoste alio humiliter requiesceret in lapide angulari, nec oportet cum illo timere invasionem hominis vel diaboli insultantis.

SERMO XXXI.

How love to Christ may be tested.

Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Joh. XIV°, 23. Cum Christi dileccio includit utramque tabulam mandatorum, patet quam necessarium est viantem ipsum diligere, sed Joh. XIV° scribitur: *Qui habet mandata mea* fide audiendo, spe meditando et caritate docendo, *et servat ea*, opere implendo, *ille est qui diligit me*, quia signum dileccionis est exhibicio operis secundum Gregorium. Cum ergo qui diligit Christum diligit eius humanitatem ac divinitatem et per consequens Deum et proximum, patet quod in hoc unico verbo dileccionis est tocius legis implecio; et patet quam verum est verbum apostoli ad Rom. XIII°, 10: *Plenitudo legis est dileccio.* Sed quia in hoc verbo nimis multi sophisticant, ut omnes homines dicunt naturaliter se Deum diligere, oportet videre in quibus et ex quibus mendacium dileccionis convinci poterit. Sicut enim Judei persequendo membra Christi reputarunt se Deo prestare obsequium et sic de tanto ipsum diligere, sic gentiles et pagani apostolos et fideles alios persequentes putarunt in hoc

3. A: cum deest. 5. A: serpentinam. 10. A: timore solucionis peccatoris sui. 11. A: emittit; ib. BC: Et deest; ib. A: sic deest. 12. A: aliquo. 13. B: isto timore; C: isto. 14. B: insultantis etc. 16. B in marg.: Pentekosten; ib. A: Joh. I.; ib. A: meum servabit deest. 19. A: Joh. IV; ib. A: mea deest. 20. A: mendicando. 24. A: et divinitatem. 25. A: hoc deest. 26. A: quam verum est. 27, 28. A: est dileccio deest. 32. A: reputant; ib. A: Deo deest; ib. A: prestare etc.; ib. obsequium deest. 33. BC: se deest. 34. A: in hoc, in hoc.

16. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 155. 22. Cf. Gregorii in Ev. lib. II, Hom. XXX, Opp. tom. I, 1574.

Digitized by Google

We must have orthodox faith in Christ.

se colere et diligere deos suos, et ideo necesse est omnem hominem habere fidem orthodoxam domini Jesu Christi. Christus ergo hanc fidem imprimens dicit veritatem connexionis infringibilem quod *si quis ipsum diligit, sermonem suum servabit.* Non enim satis est audire simpliciter verbum Christi, cum hoc faciunt bestie atque aves, sed oportet ipsum servare memoriter et implere opere diligenter.

Captious arguments of the sophists,

Nec oportet timere argucias sophistarum quibus ponunt Petrum salvandum esse in ultimo instanti servacionis verborum Christi; tunc (inquiunt) Petrus diligit Christum (ut ponitur) et tamen numquam servabit etc., cum nunc sit ultimum instans in quo servat. Et supponendum est quod loquitur pertinenter de servancia viatorum; quod cum sit falsum pro eius fine quod eius sermonem servabit in posterum vel mandata, videtur quod condicionalis Christi sit impossibilis et per consequens tota Christi sentencia est suspecta.

and reply to them.

Sed supponendum est sophiste garrulo quod maneat, quantumcunque capciosus voluerit, et condicionalis Christi manebit infringibilis de virtute sermonis. Pro quo declarando suppono quod sophista nescit infringere quod omne quod fuit vel erit est in suo tempore.

Ex quo sequitur quod, *si quis Christum diligit*, tunc est tempus preteritum quod dileccionem illam precedit, in quo est verum quod *sermonem Christi servabit* pro futuro tempore succedenti. Nec caret ista servancia fructu laudabili, cum eo ipso quod sic servat sermonem Christi, Deus *pater ipsum diliget.* Et Christi humanitas in finali iudicio ducet eum secum ad patriam et per consequens sic ad patrem. Ex quo ultra infertur quod habebunt apud patrem sic diligens et Christi humanitas beatificam et perpetuam mansionem. Et patet ex fide quod talis | dileccio non est frustra. Fol. 165a

Et ulterius ad denotandum convertibilitatem extremorum consequencie prius dicte dicit evangelium negativam quod *qui non diligit Christum, sermones suos non servat.* Cum

2. A: domini deest. 4, 5. A: diligit — servabit deest. 7. C: eciam implere. 10, 11. A: prolacionis verborum. 11. A in marg.: Obieccio. 12. A: ut ponitur deest; ib. BC: servabit suos. 13. A: sit ultimum deest; ib. B in marg.: Instancia fortissima contra evangelium: *Sermonem meum servabit quilibet salvandus pro ultimo instanti.* 15. B: sermones. 17. A: Christi deest. 19. A: et supponendum; ib. A in marg.: Responsio; ib. A: est quod; ib. garrulo deest. 20. C: et deest. 24. A in marg.: inf.: Omne quod fuit vel erit est in suo tempore. 26. C: Christi deest. 32. BC: sic diligens et Christi humanitas quod habebunt. 33. C: ex fide deest; B: fine. 36. A: quem prius. 37. A: Christum — servat deest.

Digitized by Google

enim omnia decem mandata sint sermones Christi et secundum beatum Jacobum *qui offendit in uno factus est omnium reus, patet* quod si quis non diligit Christum finaliter, *non servat* finaliter eius *mandata*. Et alia dilec-
5 cio momentanea presciti sicut non est simpliciter aut vere dileccio, sic nec sua observancia mandatorum. Unde sequitur in evangelio: *Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris*. In quibus verbis garriunt grammatici quod necesse est theologos ipsos
10 consulere, cum sine figura antithesis in qua casus pro casu ponitur nesciunt congruitatem istorum verborum defendere. Cum ergo antithesim sine arte grammatice nemo noscit, patet quam necessaria est grammatica ipsis theologis. Sed sicut theologus sophistarum ampullas
15 excutit in priori, sic grammaticorum pomposam eloquenciam destruet in sequenti. Quando autem queritur a grammatico racio huius antithesis, stat Johannes (cum tamen secundum grammaticorum principia non sit figura grammatice) quin sit excusabilis racione, et secundum
20 fidem theologi Spiritus Sanctus non inserit in fide scripture iota vel apicem sine notabili racione. Que ergo racio quare accusativus pro nominativo ponitur in hoc dicto? Conceditur ergo quod recta grammatica et recta logica sunt necessarie theologie ut ancille sue domine,
25 sed (ut dicit Augustinus) quecunque ars sibi subveniens potest in theologia difficultates addiscere quas in sciencia propria vel alibi nusquam inveniet; memorandum ergo est quomodo scriptura prius exprimit tam sermonem in singulari quam sermones in plurali. Sed in hoc dicto
30 tercio quod excusat, grammaticus innuit causam huius, docens subtiliter quod omnes hii sermones qui sunt veritates decalogi, licet ab invicem distinguantur formaliter, sunt tamen substancialiter idem sermo, quia Christus in ipsis loquitur. Punctuentur ergo hec Evangeliste verba
35 quod *quicunque Christum non diligit non solum sermones suos non servat, sed nec servat illum sermonem quem antea*

Relation of grammar to theology.

Why Christ says 'word' (not 'words').

2, 3. A: factus est omnium reus deest. 4. BC: fideliter sermones suos non servat finaliter. 5. A: singulariter aut. 8. A: sed — patris deest; ib. A in marg.: Obieccio. 10. AB in marg.: Antithesis; ib. AC: in quo. 14. A: istis; ib. A in marg.: Responsio. 15. B: excuctit. 16. A: destruit. 17. C: antithesis deest; ib. Hic locus corruptus esse videtur. 24. BC: loyca. 25. A: subserviens; ib. A in marg.: Nota Augustinum. 27. A: nec alibi; ib. A: inveniet. 30. B: accusat. 32. A: ad invicem. 33. A: subtiliter. 33, 34. A: Christus qui ipsis. 34. A: perintuentur. 36. A: sermonem quoque.

2. Jacobi II, 10.

Digitized by Google

audierunt; et ille sermo non est Christi sed unigenitus Dei patris. Christus enim non est de possessione propria, sed pater qui misit eum secundum humanitatem ipsum possidet et secundum deitatem naturalem filium sibi habet.

Christ's words are preparatory to the teaching of the Spirit.

Nec est ista diffusa Christi locucio frustratoria, cum sit ad doctrinam Spiritus Sancti qui est humanitate Christi subtilior preparacio, sicut in ordine discendi oportet premittere rudimenta; ideo dicit quoad hanc doctrinam: *Hec locutus sum vobis apud vos manens.* Hanc enim doctrinam locutus est ut ostium vel ostiarius, dum fuit apostolis suis frater amicabilis proximus et viator, sed consolator, *Spiritus Sanctus,* cum sit me superior humanitus, *ille vos docebit omnia* longe subtilius, cuius doctrine non estis adhuc capaces, cum timetis tam de morte mea quam vestra (et estis carnales per argumenta resurreccionis et alia per missionem Spiritus Sancti preparatorie instruendi); verumptamen Spiritus Sanctus mihi in toto consonus declarabit subtilius *quecunque dixero vobis.* Nam in missione Sancti Spiritus et sono facto de celo quem auribus perceperunt et illapsu tocius Trinitatis quadam proprietate *Spiritus Sanctus suggerit illis omnia* que prima Christo didicerant in confuso, et correspondenter sicut sentiri debet de apostolorum noticia sic de pace. Nam *pacem* suam dedit Christus et reliquit apostolis sed sicut doctrinam sic et pacem secundum gradum disposicionum imperfectum. Reliquit autem apostolis pacem in exemplo, sed post resurreccionem dedit pacem efficacius in verbo, dum crebro dixit post resurreccionem *Pax vobis.* Sed tercio in missione Spiritus Sancti dedit eis | pacem secundum gradum tercium plus perfectum. Sicut enim pax est secundum Augustinum tranquillitas ordinis que potest tripliciter variari, dum est pax hominis ad Deum, hominis ad proximum et hominis ad se ipsum. Et tota ista pax consistit in observancia mandatorum que fuit in Christo primo quodammodo humanitus imperfecta, sed secundo post resurreccionem preterita perfecta sed post ascen-

In the mission of the Spirit Christ gave peace more perfectly than before.

Fol. 165b

3. A: ipsum deest. 4. BC: et deest. 5. A: frustrata; B: frustrata tota. 7. A: preparatoria; ib. A: discendi deest. 8. A: quod ad hanc. 10, 11. A: hostiarius. 16. A: alia ante. 19. A: Sancti deest; ib. A: et suo de. 22. C: confuse. 23. A: consequenter sicut. 26. BC: dispositum. 32. B in marg.: Pax est tranquillitas ordinis secundum Augustinum. Quomodo pacem Christus reliquit similiter et doctrinam. 33. A in marg.: Pax tripliciter accipitur; ib. B in marg.: Quid pax secundum Augustinum. 36, 37. A: secundo patet.

32. Augustini Opp. tom. VII, 557.

Digitized by Google

sionem fuit pax in Christo divinitus plus quam perfecta, que inesse poterit persone que precise fuerit creatura, sed ad distinguendum pacem Christi a pace mundi que est quieta fruicio temporalium sine sensibili perturbacione hostili subiungit: *Non quomodo mundus dat ego do vobis.* Nam pax mundi est communiter criminibus involuta (ut patet Deuteronomii XXXII° 15, et Ezechielis XIII° 10). Mundus autem dat pacem ad sui indigenciam, cum sit imperfectus dominus, non sic Christus. *Non turbetur ergo cor* apostolorum de morte Christi, quia (sicut predixit) est in proximo surrecturus, *neque formidet* de morte propria, quia ipsa est via preciosa illis, ut veniant in pace ad patriam. Si ergo apostoli Christum diligerent, gauderent de quolibet suo transitu et specialiter de suo ascensu quo vadit *ad patrem*, cum per hoc exaltabitur secundum naturam humanam qua est minor patre et postulat pro illis efficacius quam nunc facit. *Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis* ex dicendis circumstanciis quod sim Deus, quia Ysaie XLI°, 23 scribitur: *Annunciate nobis que ventura sunt in futurum et sciemus, quia dii estis vos.*

Christ's peace consists in the observance of His commandments.

Licet enim astrologus dicat futura coniectura probabili et propheta cui fuit revelacio, tamen proprium est Deo per se infallibiliter futura predicere. Specificat igitur Christus particularius mortem suam futuram in crastino, cum dicit: *Iam non multa loquar vobiscum*, licet Christus post mortem plurima sit locutus, nec debent tristari de morte sua inculpabili sed sibi et toti ecclesie gloriosa, (inculpabili dico, quia *venit princeps mundi huius, hoc est, diabolus, et non invenit in eo peccatum*, sed sensit posterius in eius morte redempcionem ecclesie quam timebat) sed oportet me mori pro implendis dictis propheticis, pro salvandis predestinatis et pro dandis exemplis obediencie Deo patri. Sicut enim secundum Apostolum ad Rom. V°, 12 *mors intravit in mundum per peccatum*, sic oportet quod mundus purgetur a peccato per hanc mortem. Sicut ergo pater dedit Christo mandatum maxime dileccionis ut moriatur pro sua ecclesia, sic oportet quod

Only God has power of Himself to foretell.

2. A: que pure. 5. B in marg.: Quid est pax mundi; ib. A: ego do vobis deest. 7. AB: Ezechielis XVI°; ib. C: XVIII. Correxi. 14. A: de quibus suo. 14, 15. A: de ascensu. 16. A: que est. 18. A: cum — credatis deest. 21. Codd.: dicemus. Correxi. 23. B: fit revelacio. 23, 24. A: Deo persone infallibiliter dicere. 24, 25. BC: ergo Christus. 26. BC: cum dicit deest; ib. A: Christus deest. 27. A: sed debent. 28. A: graciosa. 30. Vulgate: *et in me non habet quidquam.* 32. A: in splendis. 35. BC: oportet ut. 37. BC: pater deest. 38. A: mereatur primo.

Digitized by Google

faciat cum sit Deus. Et totum hoc redundat ad utilitatem ecclesie.

Cum hoc evangelium mencionem faciat de pace, et cum pax hominis sit mentis tranquillitas que debet iusto inesse modo triplici, patet quod pax debet esse in intellectu ne erroribus involvatur, in voluntate ut ad Deum dirigatur libere, et in affeccione tam intellectiva quam sensitiva ne inordinatis passionibus moveatur.

Of the sense of smell.

Ideo de sequenti sensu extrinseco triplici est dicendum et primo de olfactu. Sicut enim visus excellit auditum quoad obiecti sui distanciam, cum apprehendit celestia, auditus autem ad maximum non apprehendit nisi tonitrua, sic auditus excedit olfactum cum fumalis evaporacio que est obiectum olfactus, nisi forte per delacionem ventorum non percipitur ad tantam distanciam, et correspondenter nares que sunt organum olfactus inferius in capite situantur.

Mystically it signifies God's pleasure in virtue.

Loquendo autem de odore ad sensum misticum, ut dicit famam vel Dei delectacionem in opere virtuoso, est satis equivocum et huic sentencie non repugnans. Sic enim dicitur Deus a summo celo flores virtutum delectabiliter odorare, et viciosi dicuntur fetere coram Domino; unde angeli boni dicuntur loca peccancium propter fetorem relinquere, quia vident Dominum ex induracione criminis ipsos odire et ad suffragium angelicum indignos esse. Sed quoad abusum corporalis odoris patet quod sophisticatur multipliciter in | peccatis Fol. 165c

Abuses of this sense.

carnalibus ut gula et luxuria. Gulosi namque in vescibilibus odoriferis indebite delectantur et luxuriosi quod pudet in feminis consumunt sumptuose in subfumigacionibus ac pannorum et lintheorum et flammeolorum odoribus preciosa aromatizancia, cum quibus magnus populus poterit sustentari. Et revera causa videtur ut fetor luxuriantis femine mitigatur et ardor viri avidius excitetur. Et totum hoc indicat fetorem peccati abhominabilem apud Deum. Iste autem sensus dicitur medius inter quinque, cum in duobus prioribus parcialiter in spiritualitate communicat et cum duobus sequentibus

3. A in marg.: Pax; ib. BC: facit. 4. A: cum deest. 8. C: inordinatis possessionibus. 10. B: de deest; ib. A in marg.: Olfactus. 14. A: delecionem. 15, 16. A: et coram nares. 19. A: Dei deest; ib. A in marg.: De odore. 22. Codd.: adorare. 24. C: delinquere. 26. A: visum corporalis. 28. BC: et deest. 28, 29. A: in vestibus. 29. A: ut luxuriosi. 31. C: et pannorum; ib. B: ac lintheorum. 37. Codd.: parciatur.

9. Cf. p. 205, 27. 15. Cf. Trialogum pag. 96, 97.

Digitized by Google

condiciones materialitatis participat. Omnes autem hii tres sensus sunt secundum quandam proprietatem stimuli carnalium peccatorum, licet olfactus per accidens excitet ad accidiam et avariciam, sicut omnes hii quinque
5 sensus promovent per accidens ad singulum peccatorum mortalium. Visus enim indignantis sicut stimulat ad superbiam atque invidiam, sic oculus petulantis excitat ad iram, accidiam, gulam atque luxuriam. Et ita est de quinque sensibus intrinsecis et suis sensibilibus sencien-
10 dum. Nam neque in sensibus nec in suis obiectis est per se culpa fundabilis, cum sint pure naturalia et per accidens infecta, sed culpa est primo et per se in anima peccatrice et primo radicaliter in ipso demone. Ideo anima regulata virtute potest uti omnibus hiis natura-
15 libus virtuose.

The senses are only occasions of sin; the fault is in the soul.

Secundus sensus est gustus, qui predictis tribus sensibus in capite inferius situatur, quia in lingua hominis et palato, et cum sit quidam tactus secundum philosophos, non a tam longinquo suum obiectum percipit
20 ut priores. Oportet tamen distinguere inter tactus, quia licet tactus sit concomitans ad sensum gustus, sunt tamen sensus disparis speciei. De proporcionibus autem obiectorum istorum sensuum et numero suarum specierum cum anotomia suorum organorum ac aliis diffi-
25 cultatibus est philosophis longus sermo. Satis autem est nobis notare quod non per se in delectacione gustabilis sed in omissione divini servicii que exhinc provenit est peccatum. Tantum enim potuit Esau peccare in gustacione decoccionis rufi (de quo Gen. XXV°, 30), sicut
30 peccavit Salomon in gustacione cuiuscunque liquidi opere pigmentario compositi vel sibi secundum artem coquinariam quantumlibet delicati. Accipiat ergo viator mensuram quantitatis et qualitatis cibarii secundum quod ad servicium divinum plus promovet, et est satis. Et
35 hoc videtur Christum docere Johannis XII°, 3, quando

The sense of taste.

The pleasure of taste is not wrong, but its interference with the God's service.

1. A: naturalitatis; ib. A: autem deest. 4. A: sic omnes hii sensus. 6. A: est indignantis. 6, 7. A: ac superbiam et. 9. B: intrinsecis deest; ib. A: sensibus senciendum. 12. BC: et deest. 13. BC: et deest. 14. A: recta virtute. 16. A in marg.: Culpa est radicaliter in demone et primo et per se in anima peccatrice. 18. A: cum sit quod tactu; ib. B: quidem tractus vel tactus. Cf. Trialogum: et secundum Aristotelem quidam tactus; ib. A in marg.: Gustus. 21. A: sit communicans. 26. A: per se deest; ib. A: gustali. 28. B in marg.: Nota pro libenter comedentibus. 29. A: rufe; ib. A: Gen. sequitur lacuna; XXV deest. 31. BC: pigmentario deest. 34. BC: ad fructum Domini; ib. A: plus deest. 35. BC: hoc deest; ib. 4. XII deest; ib. in cod. lac.; B: et quando.

16. Cf. Trialogum pag. 97.

Digitized by Google

ordinavit alabastrum unguenti pistici preciosi super caput suum effundi, licet quidam proditores ecclesie affectantes sibi singulariter inesse talia hoc abhorrent. Nam mixta subtilissima et preciosissima debent Christi famulis subservire, sed caveat gulosus in isto ne excedat in quantitate et qualitate cibarii. Quod cum sit facile evenire, declinet a sensus iudicio ad extremum parvitatis secundum iudicium racionis; sic enim bene egit Baptista cum suis sequacibus abstinendo, et melius egit Christus cum suis discipulis secundum racionis regulam preciosa cibaria consumendo. Et ad hoc oportet filios sapiencie secundum discrecionem prudencie cuius sunt filii mensurare (ut patet Matthei XVI°). Et patet quantum ordines privati superaddentes in istis vota ac regulas abstinencie sunt cecati.

Rules of abstinence.

The sense of touch.

Ultimus sensus et ceteris materialior est tactus non mathematicus consistens in mediacione quarumlibet linearum, sed vis apprehensiva subiectata in corpore retili per maiorem partem corporis expanso, et hoc rete vocatur aput philosophos nervus tactus. Unde corpora nervosa sunt plus sensibilia isto sensu. Et habet hic sensus pronitatem erroris in actibus venereis, ut in amplexibus, in osculis et opere procreandi. Valet autem contra is | tam pruriginem corporis punicio et magis occupacio in rebus insensibilibus, ut celestibus et mathematicis ac cunctis comitivam sensibilis personarum peccantium destructivis. Fol. 165[4]

Dangers of this sense.

Cum enim tota organa taliter peccancium ex multiplici anime peccato plus quam aliqua natura corporea sunt infecta, cogitaret lubricus quomodo quelibet impudica taccio est supra taccionem serpentis vel venenosi cuiuslibet plus horrenda. Alias autem evidencias quod hoc peccatum est tam corporis quam anime destructivum et in penas quas homo abhorret maxime inductivum ac fame terrene substancie et cuiuscunque boni presentis notabiliter privativum, potest pius theologus faciliter plene colligere. Et patet quam necessarium est ad illuminacionem spiritus defectus in hiis sensibus devitare.

1. B: ordinat; ib. BC: ungenti ac. 2. BC: affictantes. 3. A: hoc deest; ib. A in marg.: Nota bene. 6. A: declinet deest. 8. BC: bene deest. 16. A in marg.: Tactus. 17. A: qualibet. 19. A: reticulo; ib. B: reali. 20. A: numerus tactus. 25. A: in rebus deest. 26. BC: consitive; ib. A: sensibilem; ib. B: personarum; ext. in cod. 27. A: destructis. 29. B: peccato multiplicitate animi. 34. A: et penas homo. 36. A: prius. 37. A: postquam. 38. BC: hiis deest; ib. A: divitare etc.

Digitized by Google

SERMO XXXII.

Erat homo ex phariseis Nicodemus nomine princeps Judeorum. Joh. III°, 1.

Why this history is appointed for the Gospel on Trinity Sunday.

Quia fides Trinitatis est fundamentum fidelibus quicquid viando crediderint, ideo hoc fundamentum est fidelibus sollercius attendendum. Sed quia iste Nicodemus licet fuerit phariseus ex speciali dileccione purgatus est a rudimento perfidie, cognoscens in signis quibus aptatur noticia Trinitatis multa fidei christiane misteria, inter que cognovit obscure fundamentum fidei de Trinitatis misterio; ideo ordinavit ecclesia quod hoc evangelium de Nicodemo sollempnitati huius servicii aptaretur.

Why Nicodemus came by night.

Dicit ergo evangelium quod *Nicodemus*, licet fuerit phariseus qui ex maiori parte Christo discrediderant, *venit ad Jesum nocte*, quod novit humiliter confitens ut a fonte sapiencie archana plura cognosceret; nec solum signat adventus sui in nocte occupacionem suam in tenebris ignorancie, sed timorem quem habuit de noticia communicandi cum Christo, cum pharisei exhinc Judeos extra synagogam expulerant (ut patet Joh. IX°) et intolerabilem indignacionem incurreret de suis fratribus multipliciter molestantem. Sed tercio adventus suus in noctis tenebra signat naturale desiderium ad articulos fidei ulterius cognoscendum. Licet enim fuerit princeps Judeorum et per consequens inter phariseos precipuus, noluit tamen communitatem offendere, cum sine tali offensione potuit noticiam fidei desideratam acquirere. Quia ergo humiliter confessus est Christi humanitatem, dum sic aperit sine ficticia: *Scimus quia a Deo venisti magister*, tamen eius divinitatem ignorans meruit in ipsa et aliis instrui ut fidelis. *Nemo*, inquit, *potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit Deus cum eo.* In quibus verbis satis exprimitur Christi humanitas, sed ultra alios homines ex precellenti Domini gracia exaltata. Nemo enim a Deo mittitur tamquam magister miraculose reserans tot archana nisi fuerit propheta eximius et per

2. C in marg.: Trinitatis festo; ib. A: Nichodemus. 2, 3. A: princeps Judeorum deest. 3. A: Joh. XIII. 4. A: fidelibus viando ideo. 7. A: spirituali; ib. purgatus deest. 8. A: perfidie deest. 11. A: hoc deest. 13. A: quod Nicodemus deest. 14. C: Christi. 16. A: nec seculum. 18. A: habuerit. 22. C: multis; ib. B in marg.: Triplex racio quare ad Jesum Nicodemus venit nocte. 24. C: fidei deest. 25, 26. A: Judeorum — sine tali deest. 27. A in marg.: 3. 29, 30. A: venisti magister deest; in cod. etc. 32. A: facere — eo deest. In cod. etc.

2. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 158.

Digitized by Google

consequens vera humanitas sibi insit. Christus ergo simul instruit Nicodemum de spirituali nativitate hominis per baptismum qua fit denuo Dei filius et de divinitate Christi virtute cuius originaliter ista fiunt: *Amen Amen*, inquit, *dico tibi: nisi quis natus fuerit denuo non potest videre regnum Dei;* ac si diceret: Nativitatem naturalem habes et rudimenta fidei de mea humanitate ex priori miraculo cognoscenda, sed super hec oportet quod sis denuo spiritualiter generatus et spiritualiter adoptivus filius Dei factus. Quod cum non potest fieri nisi a Deo, patet quod ego faciendo generacionem huiusmodi super hominem sim Deus. Ideo Joh. I°, 12 dicitur *Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Et est per se notum philosophis in lumine naturali quod quicunque dederit potestatem homini ut sit filius Dei oportet dantem potestatem huiusmodi esse Deum. Cum enim non sit alia filiacio pertinens nisi adopcionis, patet quod quicunque adoptat hominem ut sit Dei filius prius naturaliter erit Deus. Quomodo (rogo) est pure hominis adopcionis pertinens ut alius adoptetur in Dei filium, cum ipsemet non habet potestatem nisi pure ex titulo gracie ut sit Dei filius adoptivus? Sic enim posset pure creatura dare alteri summum gradum gracie sicut Deus. Nec valent hereticorum instancie: Apostolus in Christo Jesu genuit fideles nativitate secunda ut patet 1. Cor. IV°, et per consequens fecit eos esse Dei filios adoptivos. (Aliter enim verificaretur dictum Christi Matthei XII°. *Quicunque fecerit voluntatem | patris mei qui* Fol. 166a *in celis est, ipse frater meus, soror mea et mater est.* Sic enim dicit Apostolus ad Galatas IV°, 9 *esse suos filios quos iterum parturit, donec formetur in eis Christus*). In talibus supponendum est heretico totum evangelium infringibiliter esse verum, sed ultra oportet ipsum consequencias suas addiscere. Si fidelis facit alium esse Dei filium, sicut facit rite baptizans vel ipsum gignit spiritualiter per evangelium, sicut facit evangelice catecizans, ergo dat ei potestatem filium Dei fieri vel adoptat eum in Dei filium.

Christ teaches him of the spiritual birth.

Heretics assign too much power to man,

3. A: qua fuit; ib. AC: de deest. 4. A: ita fiunt. 7. B: naturalem homines; ib. C: hominis. 8. A: cognoscendum; C: cognoscenda nostis. 9. BC: specialiter. 10. B in marg.: Duplex nativitas spiritualis, una baptismalis, altera spiritualis divina. 13, 14. A: receperunt — fieri deest. 19. A: erit Deus deest. 20. A: vel alius; ib. B in marg.: Quod nemo potest alterum adoptare nisi fuerit solus Deus et hoc est contra fraternitates. 24. A: instancie deest. In cod. lac.; ib. B in marg.: Instancia de sancto Paulo dicente: *Ego vos genui.* 29. A: mea deest. 30. BC: enim deest; ib. A: ad deest. 36. A: caterizans. 37. B in marg.: Verum est quod dat et adoptat vere administratorie.

Digitized by Google

Revera non plus sequitur quam si dolabra facit lignum esse partem domus, ergo dat sibi potestatem vel disponit architectonice quod sit ita. Omnes enim evangelizantes citra Christum sunt instrumentum suum et sarra secundum vaticinium; et hoc patet secundum vaticinium Isaie X°, 15.

who is but the tool in Christ's hand.

Dicit ad illum Nicodemus tamquam rudis adhuc carnalis verba Christi de generacione spirituali non intelligens: *Quomodo*, inquit, *potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris sue iterato introire et renasci?* Et patet quod hic grossus phariseus tripliciter equivocavit cum Christo solum nativitatem corporalem considerans. Nec est omnino contempnenda sua obieccio, quia exhinc clarescit carnalis nativitatis et spiritualis distinccio; unde, sicut Nicodemi conversacio docet non omnes fratres vel religiosos esse contempnendos, sicut nec laicos, quia multi eorum finaliter prosunt ecclesie et sunt Dei filii adoptati: sic eius ruditas laicalis qua sic magistrum interrogat prodest sequentibus rudibus pro sentencia fidei capienda. Nec oportet mussitare quomodo ille religiosus fuit princeps aut proprietarius per se vivens, quia non omnes religiosi moderni perpetuo incarcerantur in claustro, sed multi sparguntur in seculo et habent in proprio, ut patet de fratribus et hospitalariis. Et sic potuit esse de phariseis qui non tantum in ritibus et suis adinvencionibus erraverunt. Sed magister optimus necessitatem generacionis spiritualis premittens illis separat a carnali: *Amen, Amen*, inquit, *dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.*

Distinction between carnal and spiritual birth.

Nec timende sunt ampulle sophistice quibus contra verba christi obiciunt quod multi possunt esse salvati, licet nec fuerint naturaliter nec spiritualiter generati. Et iterum nedum stat eum qui non fuit sic natus sed erit posterius esse natum, verum licet nunquam fuerit baptizatus in aqua, stat quod baptismo flaminis sit salvatus. Quomodo ergo est dictum Christi verum quod

Frivolous objections to Christ's words.

3. A in marg.: Omnis predicans est instrumentum Dei, sed non magister. 4, 5. A: et sarra — vaticinium deest. 5. C: vaticinium suum; ib. A: Isaie VII. 6. BC: Dicit ad Jesum; recte: ad eum. 7. A: spirituali ignorans. 9. A: numquid numquid. 10, 11. A: turpiter equivocavit. 12. A in marg.: Ad quid utilis sit Nicodemi ruditas; ib. A: contemptenda. 14. A in marg.: Nativitas duplex; B in marg.: Attende bene. 16. A: prosunt eidem. 17. A: sic enim. 19. A: non oportet. 20. B: ille regiosus. 20, 21. B: pro se; correxit: per se; ib. B in marg.: Ad quid valent fratres et religiosi et utrum debeant destrui. 23, 24. C: hospitulariis. 30. A in marg.: Obieccio. 1. 31. C: obiciant; ib. B in marg.: Quod sine baptismo multi sunt salvati. 33. A in marg.: 2.

Digitized by Google

nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto non potest introire aut videre *regnum Dei.* Stat enim prescitum videre non solum per fidem sed intuitive beatitudinem, cum hoc quod ipsam nunquam recipiat subiective, quia aliter esset Christi potestas nimium coartata et evangelium de divite Lazaro nimis falsum. Et cum omnis negativa falsa de possibili sit impossibilis atque heretica, videtur istam partem evangelii esse talem.

Sed dicendum est sophiste gratis equivocanti quod oportet ipsum sensum scripture primo addiscere et deinde secundum hunc sensum facere argumenta. Est autem sensus Christi pertinens intelligere verbum suum impugnatum a sophistis in sensu composito, ita quod iste sit sensus. Non potest esse quod quis sit salvatus nisi ex aqua et Spiritu Sancto fuerit baptizatus. Nec sunt audiende moderne regule quod ad talem sensum compositum oportet terminum modalem omnino precedere; nam logicus subtilissimus illud negat. Secundo suppono sophiste ut prius quod omne quod fuit vel erit est in aliqua parte maximi temporis. Et tercio patet responsio ad quatuor sophiste instancias. Quantum ad primam, patet quod intelligendo assumptum in sensu diviso verum assumitur, sed hoc est impertinens ad aliquid contra sensum evangelicum concludendum. Quantum ad secundam, patet ex supposicione secunda quod si quis posterius erit natus spiritualiter, tunc sic in magno tempore fuit natus. Et patet quod in argucia secunda falsum assumitur.

We must take the sense of Christ's words as a whole and not quibble about single clauses.

Quantum ad terciam, patet iterum quod falsum assumitur, cum oportet omnem salvandum in aqua et sanguine fluente de latere Christi baptismo flaminis | baptizari. Cum enim necesse sit omne quod fuit tempore suo esse, patet quod usque ad finem mundi nemo baptizandus salvabitur, nisi in virtute huius aque et huius sanguinis sit salvatus.

Every one who is to be saved must be baptized in the water and blood from Christ's side.

Fol. 166b

4. B in marg.: Non omnis videns beatitudinem intuitive habet eam subiective. 6. BC: vidente Lazaro; recte: divite et Lazaro; ib. B: Et deest. 8. A: istam istam. 9. BC: sophistice. 11. A in marg.: Responsio. 13. BC: sophisticis. 14. A: ille sit. 17. A: debet terminum modalem; ib. BC: omnino deest; ib. A in marg.: Totum evangelium est infringibiliter verum. 18. A: nec logicus subtilius; ib. A in marg.: Omne quod fuit vel erit est in aliqua parte maximi temporis. 22. C: intelligendo significatum. 24. A in marg.: 2; ib. B in marg.: Arguit contra impugnantes hunc punctum huius evangelii, nisi qui renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto non potest videre regnum Dei. 29. A in marg.: 3. 29. 30. C: Quantum — assumitur deest.

30. Cf. **Trialogum, p. 286.**

Digitized by Google

Et si quis obiceret quod Christus posset dimisso hoc modo humanum genus redimere, conceditur ad hunc sensum quod posset si vellet. Sed credens Johanni qui ista vidit et testimonium perhibuit expecto probacionem huius quod sine hac condicione Deus potuit ita velle. Et si gravetur difficultas quod aliter omnia que evenient absolute necessario evenirent, negatur consequencia sed (ut senciunt multi fideles) evangelium loquitur stricte de posse, ut dicit posse Dei taliter ordinatum. Et per istam equivocacionem tollunt omnes instancias ad quartam instanciam sophiste garruli. Patet quod non intelligit quid ad propositum est *introire in regnum Dei* vel *videre* quod exponitur per Christum. Nam introire vel videre hoc regnum est introire vel videre suum statum beatitudinis; et cum videre sit solum vere entis, patet solucio. Relictis ergo istis cautelis sophisticis tamquam superfluis notemus quomodo summus philosophus et magister optimus docet humiliter quomodo nativitas carnalis et spiritualis distinguuntur. *Quod*, inquit, *natum est ex carne caro est, et quod natum est ex spiritu spiritus est.* In quo pulcre docemur quod omnis homo est duarum naturarum utraque, scilicet corpus et anima, et secundo docemur quis sit per se terminus mocionis. Nam terminus ad quem secundum philosophos est illud a quo debet accipi nomen motus, nam pro primo instanti esse cuiuscunque hominis potest intelligi duplex eius nativitas naturalis. Prima secundum spiritum qua singulariter fit a Deo et secunda secundum corpus qua successive secundum virtutem informativam fit ab homine generante. Sed secunda nativitas, qua fit spiritualiter et supernaturaliter Dei filius, succedit communiter interpolate; et de illa loquitur hoc evangelium dicens hominem nasci denuo.

Christ could redeem without this, if it were in accordance with His nature.

Christ's words teach us the double nature of man.

Man's natural birth is double (of soul and body),

and it is by a second birth he becomes a child of God.

Nec oportet timere sophistarum instancias quibus arguunt quod homo non nascitur posterius licet spiritualis gracia inducatur, quia per idem nasceretur ad

Objection: If receiving grace is a new birth,

1. A: obiecerit. 1. 2. A: hoc mundo. 4. C: viderit; ib. A: et deest. 6. A: Et signaretur. 7. B: negetur; ib. B in marg. (manu altera): Verum loquitur sed alibi contradicit sibi ipsi; alia manu: vel tu alibi false intelligis. 11. B: sophistice. 13. A: per secundum. 14. A: hoc regnum — videre deest. 16. A: tamquam superfluis deest. 17. B in marg.: Quomodo nativitas spiritualis et carnalis distinguuntur. 19. C: ex carne deest. 22. A in marg.: sup. fol. 166b: Omnis homo est duarum naturarum utraque et hanc duplicem nativitatem naturalem et terciam spiritualem qua fit spiritualiter filius Dei. 27. B in marg.: Duplex hominis nativitas spiritualis. 30. A: spiritualiter et spiritualiter. 32. A: nascens. 34. BC: sophisticarum; ib. A in marg.: Obieccio. 36. BC: per idem deest.

Digitized by Google

so is every acquisition of a quality.

induccionem cuiuslibet qualitatis, et aggregatum ex accidenti et subiecto foret substancia sic subiecta.

Sed hic dicitur negando predictam sophistarum arguciam, cum per graciam regeneracionis fit homo noviter filius Dei, et (ut sancti loquuntur) aliquid quod prius non erat et quodammodo novus homo fit membrum Christi in actu, sicut ligna per artem artificis fiunt domus.

Answer: By regenerative grace man is made a child of God and a new man.

Et secundum logicam Aristotelis sicut domus incipit esse, intelligendo simpliciter, licet prius esse naturale habuerit personaliter intellecta, sic est de homine spiritualiter generato; et ista gracia regeneracionis more forme substancialis generat novum spiritum alio modo quam aggregatum tantum per accidens. Et de tali spiritu intellecto simpliciter loquitur Dominus Luce IX°, 55: *Nescitis cuius spiritus estis.* Et isto modo loquendi suppositio notandum est ulterius quam sapienter magister optimus manuducit hunc rudem phariseum ad credendum: *Non mireris*, inquit, *quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis, sed nescis unde veniat aut quo vadat; sic est omnis qui natus est ex spiritu.*

Exposition of text: "The wind bloweth etc."

Ubi secundum Crisostomum Christus exemplo sensibili manuducens Nicodemum loquitur de corporali spiritu sive vento, ac si diceret: ventus ubi appetit flat, licet eius origo, eius qualitas et finis quo deveniat ignoratur. Et proporcionaliter est de quolibet ex Spiritu Sancto nato. Nam sensibilis locio in baptismo percipitur, sed spiritus principians et beatitudo vel gracia finiens ignoratur. Quis (inquam) scit ventorum originem in eorum XII speciebus aut quis scit visu vel alio sensu qualitates eorum discernere. Cum enim ventus sit aer motus, licet exalaciones terrestres secum commixte olfactu vel tactu ab homine senciantur cum aeris qualitas ignoratur; correspondenter, licet instinctus Spiritus Sancti percipitur, tamen eius natura atque proprietas ignoratur. Ventorum autem sonus auditu percipitur sed adhuc auditus fit illustratus et inarticulatus, ut eorum qualitas occultetur. Sic et instinctus quem Spiritus Sanctus ori-

2. B: subiecto deest. 3. A in marg.: Responsio. 3, 4. A: philosophorum arguciam. 5. BC: ut deest. 6. A: et fit. 9. BC: esse deest. 10. B: intellectam. 12. B: modo deest. 13. B: tantum deest. 15. B in marg.: *Nescitis cuius spiritus estis*, Luce IX, quomodo intelligitur. 26. BC: ex Spiritu deest. 27. A: principitans. 28. B in marg.: *Spiritus ubi vult spirat.* Quomodo intelligitur. 29. A: aliquo. 30. BC: eorum destruere; ib. A in marg.: Quid est ventus. 32. BC: tamen aeris. 34. A: precipitur. 35. A: auditu — adhuc deest. 36. A: auditus ad hoc. 37. A: Et instinctus quomodo; ib. A: Spiritus deest.

Digitized by Google

ginat satis cognoscitur, sed ille spiritus ignoratur. Augu-
Fol. 166c stinus | autem videtur sine huiusmodi repugnancia de
Spiritu Sancto concipere istum textum, quia ille spiritus et
non ventus habet volucionem vel vocem cuius vox fuit
5 percepta a Nicodemo in Christo et in verbis propheticis,
sed spiritus unde originata fuit illa vox et beatitudo ac
finis quem Spiritus Sanctus intenderat fuit incognitus
Nicodemo, et ita debuit sentire de sacramento baptismi
et vocibus aliis fidei sibi dictis. Sic ergo omnis nati ex
10 Deo spiritualitas ignoratur; sed Nicodemus nimirum
obnubilatus ex ista subtili sentencia querit *quomodo*
possunt hec fieri? Sed Christus in tribus ipsum modeste
redarguit: *Tu es magister in Israel et hec ignoras?* quasi
diceret: Ex ista ignorancia tu es culpandus, cum ad
15 magistrum legis veteris pertinet cognoscere istam sen-
tenciam, cum in eius nucleo sit absconsa. Nam I Cor.
X°, 2 scribitur: *Omnes in Moyse baptizati sumus in*
nube et in mari, ubi indubie baptismus spiritualis quem
Christus hic explicat est abscondite intellectus; et Ezechielis
20 XXXVI°, 25: *Effundam super vos aquam mundam et*
mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et Zacharie
XIII°, 1: *Erit fons patens domui Juda et habitatoribus*
Jerusalem in ablucionem peccatorum; ymmo cum secundum
Apostolum *omnia in figura contingebant antiquis patribus*,
25 patet quod nichil exprimitur in lege quin fuit antiquis
patribus in lege veteri figuratum. Ille ergo qui fuit
magister in Jerusalem in adventu Christi ista cognosceret.
Secundo redarguitur ex auctoritate Domini hec dicentis
quem prius adeo approbavit: *Scimus*, inquit, *quia a Deo*
30 *venisti magister*. Quomodo ergo super dicta magistri
quem per ante tantum laudavit racionabiliter dubitaret?
Ideo dicit Christus quod ipse solum quod vidit *in verbo*
loquitur, et sic de suis apostolis qui solum quod aucto-
ritate Christi cognoverant eloquentur; et tamen gens
35 Judaica et specialiter pharisei et sacerdotes repellunt
tantum divinum testimonium. Et tercio redarguitur ex
facilitate discibilis; nam cum terrena et corporalia argu-
menta dixit isti Nicodemo et suis sequacibus, dum non

Augustine refers it to the Holy Spirit.

Nicodemus rebuked; 1. for not knowing what he might have learned from the old law;

2. for doubting Christ's authority;

3. because what he had to learn was so easy.

2. A: melius autem; ib. A: huius. 4. C: volicionem. 6. C: spiritus vestri. 7. A: Spiritus Sanctus deest. 7. Codd.: incognita. 14. A: tu deest. 15. C: pertinet pertinet. 16. A in marg.: Baptismus duplex. 24. A: omnia omnia. 26. B in marg.: Omnium veritatum legis nove figure precesserunt. 27. BC: in Israel; ib. A: isti; ib. A in marg.: 2. 28. BC: docentis. 31. A: dubitaretur. 33. A: de deest.

24. I. Cor. X, 11.

Digitized by Google

credunt istis naturalibus notis in lumine naturali quomodo si dixerit illis fidem Trinitatis et alias veritates celestes que plus ab illis sunt abscondite, *illis credent.* Ex hoc ergo Nicodemus arguitur quod deficiens a credulitate illius quod magis crederet ab abscondito quod minus omnimode retardatur. Sed quia Christus novit istum Nicodemum cum suis sequacibus alia misteria fidei ex post cognoscere, subiungit fidem ascensionis ex incarnacione et conversacione Domini consequentem. *Nemo,* inquit, *ascendit in celum, nisi qui de celo descendit, filius hominis qui est in celo,* quasi diceret: nemo ascendit in celum acquirendo beatitudinem virtute propria, nisi fuerit filius hominis quem vos vocatis Messiam, qui per incarnacionem descenderat et secundum deitatem perpetuo est in celo. Omnes enim alii non ascendunt proprie sed virtute huius capitis tamquam membra corporis ecclesie sunt attracti. Et racio est quia verbum Dei et tota attrahens Trinitas perpetuo est in celo; oportet enim trahentem secundum philosophos si sit immobilis esse inibi quorsum trahit. Et in isto dicto Christus istam subtilitatem inculcat, quod omnis homo ascendens vel elevatus in celum debet esse membrum Christi et quodammodo ipse Christus, sed quia medium ad omnia ista necessarium est Christi occisio, ideo docet Nicodemum finaliter tamquam noscentem figuras legis, quia *sicut Moyses exaltavit serpentem eneum in deserto,* ut intuentes ipsum salventur a morte corporali (ut patet Numeri XXI°), *sic oportet exaltari filium hominis,* hoc est, morte crucis; suspendi tamquam vexillum ad debellandas aereas potestates et ad salvandum hominem a morte secunda (ut sentenciatur ad Hebr. XII°). Sicut ergo serpens eneus habuit similitudinem veneni in quantum serpens et carenciam veneni in quantum eneus, sic filius Dei habuit similitudinem carnis peccati in quantum homo et carenciam possibilitatis peccati in quantum Deus, et per consequens habuit ultra serpentem eneum per se sufficienciam ad salvandum.

Christ teaches Nicodemus of the ascension,

and of the virtue of His own death.

Et patet instruccio de baptizante, de incarnacione, de Christi passione et eius ascensione. Et sic Pater in divinis manifestatur, in voce Filius in homine, et Spiritus

2. A: dixerint. 5. A: ab abscondito quod minus deest. 8. A: fidem consequentem. 10, 11. A: filius — celo deest. 17. C: Domini. 19, 20. BC: esse ubi. 24. BC: ista deest. 26. A: eneum deest. 32. A: veneni — carnis peccati in quantum deest. 39. A: sic deest. 40. BC: et deest.

Digitized by Google

Sanctus in sacramentali salvacione. Potest autem theologus exortacionem aptare ad populum quomodo quilibet fidelis debet excitare suam potenciam ad operandum fideliter, cum potencia correspondeat Deo patri; secundo debet aptare suam sapienciam in servicio Dei, cum sapiencia correspondeat verbo Dei, et tercio debet elon-
Fol. 166[a] ganimiter aptare suam benevolenciam ad perseverandum | finaliter in servicio Dei, cum hoc benevolencia et perseverancia correspondeat sancto flamini. Nec est possibile vitam hominis sic exemplatam a Trinitate deficere quin finaliter sit beata.

SERMO XXXIII.

Homo quidam erat dives. Luce XVI°, 19.

Dives and Lazarus.

Constat ex parabola hac evangelica quomodo stulti mundo divites reprobantur et humiles mundo pauperes commendantur. Dives autem iste in duobus racionem supergrediens primo *induebatur* superflue *purpura et bisso*, ut ad mundanos honores populum subiectum tam per terrores quam per adulaciones alliceret, et secundo *epulabatur quotidie splendide*, ut ex continuacione et mundana sumptuositate tam eius excellencia quam carnalis voluptas laucius nutriatur. *Mendicus autem nomine Lazarus plenus ulceribus iacebat ad ianuam eius famelicus, cum eguit de micis huius divitis saturari* sed indignacionis avaricia hoc negabat; *sed et canes*, hoc est, ministri abiecti talis divitis *veniebant et ulcera eius pauperis lingebant* cum naturali compassione et vocis formacione eius miseriam condolebant. Sed sepe voluntas nisi assit potestas est minus utilis, et hinc Christus (Joh. VI°) corpus suum et oculos in locum montuosum et altum erigens ostendit se tam esurientibus compati quam eciam per se divinitus relevare, et sic facit mundi potens misericors, sequax Christi; unde potentis ficta compassio est canis linccio. Sed Apoc. ultimo precipitur: *Foris canes.*

1. A in marg.: 1. 2. A: exortative adaptare. 4. A in marg.: 2. 6. A in marg.: 3. 6, 7. A: loganimiter. 7. A: et perseveranciam. 11. B: beatus etc.; ib. A in marg.: Explicit prima pars. 13. BC in marg.: Dominica prima post Trinitatis; ib. BC: dives etc. 14, 15. A: stulti mundo deest. 15. A: humiles deest. 17. A in marg.: 1. 18. C: honores; correxit ex: homines. 20. A in marg.: 2. 26. A: subiecti. 27. A: cum carnali; ib. A: fornicacionis. 29. BC: hinc Jesus. 31. C: ascendit. 32. A: fecit. 33. A: Christi. 34. A: linicio; ib. A: ultimo deest.

13. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 1—3. 24. Vulgate: *Cupiens saturari de micis que cadebant de mensa divitis, et nemo illi dabat, sed et canes veniebant et lingebant ulcera eius*

Digitized by Google

What we have to dread is the abuse of good things.

Et ex isto evangelio palam convincitur, non quod virtuosa induicio ac pastio sit dampnanda (cum hoc sit possibile) sed quod superba et superflua et voluptuosa talium rerum abusio sit a fidelibus fugienda, et sic mendicacio vel rerum mundanarum egencia qualis fuit in Lazaro non est per se laudabilis, sed Deo ad hoc necessitante et egeno humiliter acceptante est virtuosa. Et ad hunc sensum commendat hoc evangelium mendicitatem Lazari et reprobat superfluitatem divitis, primum nominans sed nominacionem secundi preteriens, ad denotandum quod tales virtuose egentes sunt ad beatitudinem Deo noti et tales mundi potentes sunt ad beatitudinem Deo incogniti. *Factum est autem ut moreretur mendicus et spiritus eius ferretur in sinum Abrahe,* qui intelligitur limbus patrum in quo predestinati ante incarnacionem secundum animam quieverunt. *Sed dives mortuus sepultus est in inferno,* quia secundum animam in pena perpetua stabilitus. Ministri autem pauperis notantur esse angeli, sed ministri divitis non curantur, sed iste dampnatus ex Dei miraculo ad posteriorem instruccionem ecclesie *elevans oculos in tormentis vidit a longe Abraham* et istum Lazarum et declarans suam miseriam, cum Judeus fuerat, vocavit Abraham patrem suum et rogavit relevamen a Lazaro, ut extremum digiti sui intinctum in aqua refrigeret linguam divitis dampnabiliter cruciati, et cum dampnati sunt racionis expertes et prorumpunt in verba furibunda, non est mirum, sive Lazarum crediderit vivum sive mortuum, quia taliter cupiat erronee relevari. Si autem hic dives, quod ex evangelio videtur probabilius, cognoverit Lazarum mortuum corpore et felicitatum in limbo potest intelligi mistice ad hunc sensum quod spiritus divitis rogabat Abraham ut spiritus Lazari qui est eadem persona cum illo secundum subtiliorem potenciam eius operatricem deferat corporalem aquam ad refrigerandum virtutem lingue huius divitis sic dampnati. Quamvis autem dampnatorum ignorancia non sit excusabilis in toto, nec verbis eorum sit nimis diuturna vel subtilis glosa addibilis, tamen probabile

2. BC: virtualis. 3. BC: quod deest; ib. A: superbia superflua. 5. A: rerum habitacio. 9. A: divitatis. 12, 13. C: et tales — incogniti deest. 16. A: divus; C: divis. 19. A: divitis mortui. 22. A: declinans; B: declamans; ib. BC: Judeis. 23. BC: fuerat deest; ib. A: et deest. 24. BC: sui deest. 26. A: dampnati sine spe racionis. 27. A: est deest; ib. A: Lazarum deest. 28. B: quod; ib. A: erronie. 29. A: ex deest. 31. A: sepultum in limbo. 32. BC: quod spiritus. 33, 34. A: subtilitatem penam. 38. A: gloria.

Digitized by Google

videtur quod spiritus dampnatorum cruciantur elemento corporali in suis potenciis quas ante in organis corporeis habuerunt. Et sic cum iste dives tam pomposa loquacitate quam eciam gustu nimis voluptuoso in lingua peccaverat, signanter notat evangelium quomodo in lingue potencia cruciatur. Cruciatus autem iste potest fieri per huius potencie allegacionem illiberam ad ignem materialem fervidum spiritualiter et per accidens cruciantem. Sic enim secundum Augustinum homines in sompniis cruciantur. Sed Abraham licet fuit misericors, erat ibi impotens ad faciendum aliquid contrarium racioni; ideo recompensat nomen paternitatis vocando eum filium. *Fili*, inquit, *recordare quia recepisti bona* delectacionis sensibilis sed indebite *in vita tua. Et Lazarus* iste recepit Fol. 167a in sensu *mala* | tristabilia sed tibi contrarie, quia pacienter ac meritorie, et ideo iusto Dei iudicio sibi succedit nunc consolacio et tibi eodem iudicio cruciatus; nec est spiritus Lazari talis miserie modo aptus, cum in omnibus existentibus in purgatorio et sepultis dampnabiliter in inferno firmatum est chaos magnum, hoc est, localis distancia in qua tetra corpora sunt confusa, ut nec predestinati licet velint transire ad dampnatos vel econtra habeant potenciam taliter transeundi. Sed exclusus dives ab hoc relevamine convertit se ad aliud quod crederet esse sibi possibile. *Rogo*, inquit, *te pater ut mittas Lazarum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres*, ut testetur illis de retribucione pene et premii sempiterni, *ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum*. Sed Abraham exclusit hanc peticionem, declarans ipsam esse irracionabilem ut priorem. *Habent*, inquit, *Moysen et prophetas, audiant illos*. Deus enim qui posuit omnia in mensura ordinavit viventes eiusdem generis consulentes viventibus, et cum Christus sit tam Deus quam homo, cuius sermo exprimebatur in lege veteri, si viventes non convertantur suis sermonibus et non convertentur verbis angelicis vel sermonibus mortuorum. Et sic totum crimen ecclesie oritur ex hoc quod homines discredunt infideliter verbis Christi. Non autem hoc peciit iste dives propter caritatem

How spirits are tormented.

God has ordained the living to teach the living.

1. BC: dampnati. 3. A: ille dives. 4. A: et gustu. 6. A: cruciatur cruciatur. 10. A: sit misericors. 13. C: Et fili; B: filii. 14. A: ille. 15. A: contraria. 18. BC: talis mistio; ib. B: apta. 19. A: purgacio. 21. A: terra corpora; ib. A: ubi nec. 22. BC: vel ad dampnatos. 23. A: non habent; ib. A: taliter deest; ib. A: transiundi. 31. C: audant. 35. A: et deest. 36. A in marg.: Nota.

9. Aug. Opp. tom. II, pag. 11.

Digitized by Google

quam habuit ad fratres suos viventes, sed quia puniretur gravius ex eorum dampnacione, ex hoc quod fuit consenciens eis in crimine. Hanc enim scintillam racionis habent dampnati quod eos qui ipsis spiritualiter malefaciunt magis odiunt, unde Deum qui infert eis ex immensitate sue iusticie penam culpe magis odiunt, sicut et multitudinem dampnatorum.

Begging is not in itself laudable.

Circa hoc evangelium dubitatur si mendicacio sit per se laudanda et ditacio increpanda, sicut videtur hoc evangelium sonare. Et certum est quod non, quia iste mendicus laudatus singulariter in scriptura receptus est in sinum Abrahe et per consequens plus laudati; et certum est quod Abraham sicut Job et patriarche alii fuit dives. Loquamur autem de mendicitate clamosa et importuna, non autem de mendicitate innuitiva quoad Deum, sicut necessitatur quilibet mendicare. Et tunc videtur quod talis mendicacio sonat peccatum, quia aliter non preciperetur in lege Domini quod omnino non sit mendicus inter Judeos (ut patet Deuteronomii XV°).

Men should live of their labour.

Item, sapiens imprecatur quod Deus nec det sibi diviciarum copiam nec mendicitatem (ut patet Proverb. XXX°).

Item, videtur esse contra legem evangelii et nature taliter mendicare. Apostoli enim vixerunt de labore manuum (ut patet Actuum XX°, 30 de vase eleccionis), et idem patet in privatis regulis religionum precipientibus laborare; ymmo secundum leges civiles mendicantes validi sunt propterea puniendi.

Sturdy begging is a waste of time.

Et quantum ad legem nature, certum est quod repugnat aliquid esse superfluum in natura. Valida ergo mendicacio dicit carenciam mendicantis et tempus perditum quo mendicatur sine equivalencia recompense, et ideo mandat Apostolus quod *qui non laborat non manducet*. Unde attendendo ad artificialia nimis sumptuosa atque superflua in fratribus et aliis mendicantibus, videtur quod eorum mendicacio sit magis culpabilis quam rapina. Perdita ergo est temporis sollicitudo qua taliter mendicatur.

Et istud confirmatur ex dictis alibi quod superflua et infundabilis est talium comitiva propter quam tam avide

8. A in marg.: Dubium; ib. B in marg.: Questio; ib. Questio si mendicacio per se est laudanda et ditacio increpanda (man. post.). 10. A: ille. 12. A: sinu Abrahe et consequens. 14. B: clamorosa. 16. A in marg.: Mendicacio duplex; ib. A in marg.: 1. 18. A: Domini deest. 19. A: sicut. 20. A in marg.: 2; ib. A: interpretatur. 21. A: Prov. XXX° deest. 22. A in marg.: 3. 26. A: primo secundum. 28. A in marg.: 4. 28, 29. A: quod reprobat. 33. A: artificialia minus. 34. A: et aliis deest. 36. A in marg.: 5. 38. A: tam deest.

Digitized by Google

mendicatur. Si enim unusquisque eorum foret ut pluvia dispersus in populo et plus possent proficere et contra eorum cibaria melius tolerare. Christus enim et apostoli nunquam innuebant eorum egenciam nisi in mensura necessaria elemosinantibus ipsis retribuentibus elemosinam plus valentem. Unde summe detestabilis est obligacio ad taliter perpetuo mendicandum, tum quia mendicacio talis est sepe culpabilis tam mendicantibus quam eciam ex parte egeni populi spoliati, tum eciam ex parte discolorum pro quibus taliter mendicatur. Ceca ergo est regula qua frater astringitur ad taliter perpetuo mendicandum.

Friars would be better dispersed.

Et patet quod fratres commendantes suam mendicacionem voluntariam et accusantes mendicacionem necessariam ad quam Deus necessitat se accusant; ymmo cum deberent exemplare Christi egenciam et sic clamose Fol. 167b extor | quent bona egencium et (quantum in ipsis est) scandalizant Deum; sed Christus dicit Matthei XI°, 6: *Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.* Si ergo sunt quoad egestatem Christi vicarii, non excessive illicerent formam suam, sed sicut alii ampliant Christi passionem et absolucionem cum aliis sapientibus lucrum temporalium. Sed isti propter eundem finem fingunt eorum egenciam et vere ampliant suam rapinam; medicina ergo contra tales irracionabiliter mendicantes foret secularem nihil eis tribuere, secundum racionem qua sunt in tali privato ordine et specialiter plus ipsis egentes quoad alimenta et tegumenta, cum consonancius foret quod illi potenciores in temporalibus et qui debent esse plus misericordes econtra retribuant plus egenis. Ideo cum fingunt quod ipsos sic habere temporalia sit eis perfeccio, multo magis foret ad perfeccionem secularis ad nullam mendicitatem huiusmodi obligati. Videtur quod contra legem nature sit perfeccionem confratris tollerare et suam minuere, nec aliquam evidenciam adducunt pro tali mendicacione clamosa nisi sophisticam quam mendicant mendaciter ex scriptura. Dicunt enim quod Johannis IV°, quando Christus mandavit

Laymen should give their money to poor people who want it more.

1. A: enim deest. 2, 3. A: quanta eorum; B: contracta. 9. BC: eciam deest. 15. BC: excusant. 16. A: dum; ib. C: exemplo; B: exemplo iter; ib. A: sic deest. 17. Codd.: et deest; addidi. 18. A: Deum; ib. A: XI, 6 deest. 21. BC: illacerent. Hic locus haud dubie corrupt. 22. A: possessionem. 23. B in marg.: Nota. 24, 25. A: rapinam igitur propter tales. 25, 26. A: secularem. 27. A: egentem. 32. A: et multo; ib. BC: seculares. 33. A: ullam; ib. A in marg.: Nota. 34, 35. A: fratris tollere. 35. A: aliam. 36. B: clamorosa.

Digitized by Google

Friars say absurdly that Christ begged of the woman of Samaria.

mulieri Samaritane *dare sibi bibere* aque poculum mendicavit. Sed quidam instant logice quod per idem tota trinitas mandatorum observanciam mendicavit et Christi humanitas mendicavit mendicacionem huiusmodi pro ipso et membris suis; ideo dicunt quod pocionem illam dominanter imperavit vel a Samaritana amicabiliter et familiariter postulavit, et cum pari evidencia nedum amicus ab amico mendicaret sed dominus a suo servo. Christus enim ibidem ostendit dominacionem suam, cum preteritum spiritu prophetico ipsi femine declaravit. Unde videtur secundum evangelium quod locutus fuit mistice, cum venientibus apostolis ad manducacionem hortantibus dixit: *Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis.* Sicut ergo cibus Christi spiritualis fuit, voluntatem facere patris sui, sic et potus quam mulier dedit sibi occasionaliter, dum tam in persona propria quam in figura ecclesie gentilium fuit obiectum in quo Christus fuit miraculose operatus voluntatem faciens Dei patris. Tales ergo mendici detegerent descripcionem mendicacionis sed celant ipsam (ut alias), ut venenum caucius occultetur et scola diaboli nequius declaretur. Et omnia ista licet parvipensa fuerint, sunt prenostica pluris mali; primo enim mendicat christiana religio debite secundum exigenciam virtuosam, secundo mendicarunt secte rapide secundum extollenciam monstruosam, et tercio timendum est quod exsurgerent raptores publice qui mendicent depopulantes religionem pauperem christianam. Nam in defectu modorum capiendi elemosinas Antichristus gradatim invaluit, sic quod raptores hodie dicunt illud Proverb. I°, 14: *Marsupium unum sit omnium nostrum.* Ideo necesse est populum tenere se in limitibus ordinis christiani.

Their doings are signs of worse evil to come.

SERMO XXXIV.

Homo quidam fecit cenam magnam. Luce XIV°, 16.

The man is Christ.

Homo iste singularis est Christus, et cena sua est convivium in quo omnes predestinati super mensam

2. A: sed ut; ib. A: instat. 3. B: mendicat. 3, 4. A: et Christi humanitas mendicavit et Christi humanitas mendicavit. 4. B: mendicamine. 5. A: ideo debent. 15. A: ferre patris. 16. A: propria deest. 22. A: per impensa; ib. BC: prenostica plurimi. 23. A in marg.: Mendicacio triplex. 1. 24. B: secundum egenciam; ib. A in marg.: 2; ib. A: mendicavit. 26. A in marg.: 3; ib. A: resurgerent; quod deest. 30. A: Prov. I deest. 32. B: sequitur: *Homo quidam fecit cenam magnam.* Luce XIV°. 33. A in marg.: Sermo XXXIV; ib. BC in marg.: Dominica secunda; ib. C: post Trinitatis. 35. A: ille; ib. A: sua deest. 35, 36. A: suum convivium.

53. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 3—6.

Digitized by Google

Domini perpetuo erunt refecti, et ipsa cena est magna propter magnitudinem Domini cibantis, propter valitudinem populi convivantis, propter preciositatem prandii preparati et propter diuturnitatem convivii perpetuo continuati. *Vocavit* autem *multos*, quia predestinatos singulos et prescitos. Ad tantum enim Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum quod dat ei instinctum quemdam ad beatitudinem appetendum. Et tunc vocat eos ad cenam predictam. Illam autem vocacionem secundum etates varie replicat. *Hora* autem *cene* potest intelligi tempus incarnacionis in quo dulcedo celestis beatitudinis paratur propinquius et avidius affectatur. *Servus autem missus hora cene ad dicendum invitatis ut veniant* ad hanc cenam fuit multitudo prophetarum et apostolorum et specialiter Baptista, quia iam incarnatus est Christus, et sic tam eius divinitas Fol. 167a quam eius humanitas est | parata, deditque legem novissimam post quam non debet lex antichristiana succedere. Ipse autem est *omnia in omnibus* secundum legem sufficientissimam ad beatificacionem hominis preparatus. *Et ceperunt simul omnia genera hominum excusare*, et cum fuit excusacio in peccato, patet quod secundum triplex genus peccati tripliciter excusarunt. *Primus dixit: Villam emi*, et intelligitur quicunque servus piger peccato diaboli quod est superbia retardatus; nam empcio ville que est ad dominacionem mundanam aspiracio notat superbiam: talis autem *necesse habet exire* a via Domini *et videre* sollicite que ad continuacionem dominacionis huiusmodi requiruntur. *Et secundus dixit quinque iuga boum se emisse*, per quem signatur populus cupiditate seculi eviratus. Boves enim racione laboris et racione utilitatis multiplicis de suo laboricio procedentis notant affluenciam mundanorum, et ideo dicit sapiens: *ubi non sunt boves presepe vacuum est.* Sed quia terrenorum affluenciam comitatur superbia, ideo signanter dicitur quod cupidus emerat quinque iuga boum. Quinarius enim circulariter in se ipsum rediens vocatur numerus superbus, et iugum binarii infamis signat quomodo cupidi sunt iugo aspero mundi

the supper the bliss prepared for the predestinate.

All men are called.

By the time of the supper we may understand the time of the Incarnation.

The excuses point to three kinds of sin:

1. pride

2. avarice

3. A: convivati. 6. B: Dominus. 8. A: eis. 9. BC: Illam tunc. 17. B: humanitus. 18. C: christiana. 20, 21. A: post paratus. 24, 25. BC: servus deest. 29. A in marg.: 2. 31. C: oneratus. 32. BC: suo corpore. 34. C: oves. 36. A: emeret. 37. A: boum deest.

34. Prov. XIV, 4.

Digitized by Google

atque diaboli coniugati. Tota autem sollicitudo eorum expenditur in probacione questus temporalium. *Tercius autem dixit se uxorem duxisse* qui notat populum peccato carnis viciatum; corpus enim et anima tamquam uxor et vir copulantur ad invicem quod si uxor sit domina et anima servus eius, nichil plus necessitat ad celestia contempnendum. Ideo signanter dicit sic viciatus peccato carnis: *Non possum venire;* alii autem duo priores loquuntur facecius dicentes: *Rogo te, habe me excusatum,* quia promittunt licet false quod adquirent dominium ad rebelles ecclesie destruendum ac mundi divicias ad pauperes relevandum. Sed carnalis tamquam agrestis et bestialis voluptatem propriam solum curans pretermissis excusacionibus huiusmodi dicit quod oportet ipsum in ipsis voluptatibus necessario volutari. *Reversus servus nunciavit hec domino,* quia operacio invitancium est excusacio peccancium, sicut quelibet creatura dicit Deo se ipsam. *Tunc iratus paterfamilias* qui est Christus *dixit* interna inspiracione predicto *servo quod exeat cito predicando plebeis et populo et quatuor genera hominum introducat. Pauperes* quibus licet sint validi in naturalibus tamen affluencia temporalium non arridet et sunt illi qui licet habeant subtile naturale ingenium, tamen exercitacio deest illis. *Debiles* sunt illi qui ex debilitate nature sunt impotentes qui sunt moraliter homines inferioris capacitatis ingenii. *Ceci* sunt homines qui ex doctrina diaboli in spiritualibus sunt cecati. Et *claudi* sunt qui accidia torpent ut in viam Domini introcedant. Illi autem dimissis prescitis quoad naturam plus validis sunt per evangelium introducti, et cum necesse sit numerum predestinatorum impleri qui post hoc ministerium evangelistarum nondum impletur, quia *adhuc locus est,* ait dominus illi servo: *Exi in vias et sepes et compelle intrare.* Nam in diebus nostris deficiente plurimum evangelistarum officio seculares domini qui debent esse servus ille secundum partem debent

3. lust.

The lustful are the worst sinners.

2. A in marg.: 3. 5. A: ad invicem deest. 6. BC: vel plus. 10. A: adquirunt. 15. A: interim volutari; C: voluptari. 16. A: nunciat hoc; ib. A: qui operacio imitancium. 18. C: ipsum. 19. A: aspiracione; C: spiracione. 21. A: qui licet. 25, 26. inferiores. 28. Codd.: quia accidia. 28, 29. A: intercedant. 33. A: est deest; ib. A: Deus; ib. A: per vias. 34. A: in deest. 36. BC: debent deest.

19. Vulgate: *Exi cito in plateas et vicos civitatis et pauperes ac debiles et coecos et claudos introduc huc.*

Digitized by Google

compellere viantes lata via diaboli et sopitos rete huius seculi ac potentes extra viam publicam per versucias Antichristi, ut intrent per artam viam que ducit ad celum, ut triumphans ecclesia impleatur finaliter. Ad declaracionem dictorum dicit dominus: *Dico vobis quod nemo illorum* primorum virorum qui sic renuerant et finaliter excusarunt gustabit cenam novissimam cum beatis. Ex quibus patet quod Christus sit ille homo quidam et paterfamilias de quo evangelium per ante fecerat mencionem; aliter enim impertinenter connecteret quod illa cena quam ante meminit fuit *sua*.

Duty of rulers to drive men into the narrow way.

Circa hoc evangelium dubitatur utrum numerus predestinatorum vel prescitorum augeri possit vel minui. Et certum videtur quod non, quia Deus eternaliter diffinivit utrumque; cuius diffinicio mutari non potest in contradictorium, quia tunc Deus foret insipiens. In oppositum videtur quod aliter primi vocati sunt inefficaciter et si voluerint ad cenam Domini non venirent. Secundo videtur quod omnia futura necessario evenirent, quia Deus non potest frustrari in reprobis vel electis, et cum providencia extenditur ad omnia Fol. 167d opera sua |, videtur quod generaliter omnia futura necessario evenirent. Tercio videtur quod lapsus hominis et finalis impenitencia non dampnificant ecclesiam ymmo prosunt, quia tot utrobique erunt electi et reprobi prosunt per accidens.

The number of the predestinate and foreknown is unalterable.

Quantum ad istud, certum videtur quod omnes homines venire possunt ad beatitudinem de Dei potencia absoluta, verumptamen potencie Dei ordinate repugnat quod omnes homines sunt beati, et eodem modo quilibet prescitus impossibilitatur ut beatitudinem adquirat, sicut est impossibile numerum ecclesie triumphantis augmentari. Deus enim qui distinctissime ordinat universa eque necessitat ut iste et quilibet salvandus salvetur, sicut necessitat ut in communi sit tantus numerus beatorum, ideo est abhominabile hoc sophisma: Necesse

God, in appointing how many, appoints who shall be saved.

1. C: compellere; ib. C: sepes rete. 6. A: reverterant. 7. A: excusarant; ib. A: gustabunt. 9. A: quidem; ib. A: per ante deest; in cod. lacuna. 12. A in marg.: Dubium; ib. B in marg.: Questio utrum numerus prescitorum vel predestinatorum augeri possit vel minui. 14. A in marg.: 1. 15. A: utrumque deest. 16. BC: contradicionem; ib. BC: Deus esset. 17. B: aliter deest. 18. A: voluerunt. 18, 19. BC: venire. 19. A in marg.: 2. 22. B: futura deest. 23. A in marg.: 3. 27. A in marg.: Responsio. 28. A in marg.: 1. Potencia Dei duplex: absoluta, ordinata; ib. B in marg.: Omnes homines venire possunt ad beatitudinem. 31. A: impossibilitur; C: impossibiliter. 36. A: hoc sola; ib. C: zopha.

Digitized by Google

est aliquos salvari, sed nullum hominem citra Christum necesse est salvari. Nec valet ista cecorum instancia qua obiciunt quod, si omnes homines collectim possint salvari, tunc cum infiniti homines possunt esse quantitas ecclesie triumphantis, poterit esse infinita, quia expectanda foret huius solucio quousque probaverint quod quantitas humani generis procedere posset in infinitum. Nec expectare possumus quousque quoad hoc tota Dei potencia sit exhausta.

Quoad secundum conceditur conclusio quod omnia necessario evenient et tum contingentissime et sic non necessario absolute sed necessitate ex supposicione ut hic supponitur, sed difficultas est in affirmativa, que earum sunt impossibilia absolute; utrum de Dei omnipotencia possunt tam mundus quam ecclesia esse maior, et tenetur probabiliter in multis talibus pars affirmativa et negatur processus in infinitum. Sed reservatum videtur Deo scire causam quare posset producere tantum numerum et non maiorem, ideo instant quidam quare in aliquo finito numero sit instandum quin per idem in isto. Sed totam istam materiam relinquo aliis confitens meam ignoranciam de numero sapiencie infinite.

We cannot tell why God's will limits his power.

Quoad tercium dicitur concedendo conclusionem. Licet enim presciti ad tempus nocent ecclesie, prosunt sibi tamen finaliter, cum ex eorum dampnacione in parte gaudent beati et tota universitas secundum esse naturale dampnatorum perficitur et undique Dei gloria dilatatur; nec habent dampnati causam contra Deum, quia eorum esse naturale quod appetunt est perfeccius quam non esse, ideo debent de tanto laudare graciam creatoris. Nec dubium quin si starent in gracia finalis perseverancie, cuius defectus ipsi sunt causa, forent de numero salvandorum; et sic licet uxoratus dicat singulariter quod *non possum venire*, tamen omnibus pre-

The existence of the foreknown is a good for the universe and even for themselves.

1, 2. A: sed nullum — salvari deest. 2. valet; A (ut saepius): videlicet; ib. A: ceterorum. 3. BC: collecti. 7. A: quantitas deest; ib. A: produccio possit procreare infinitum. 10. A in marg.: 2; ib. A: quia omnia. 13. BC: affirmativis; ib. A in marg.: Necessarium duplex: absolute, ex supposicione. 14. C: de deest. 17. B: negetur; ib. A: in deest. 19. A: et deest; ib. B in marg. inf. fol. 68d: Unde triplex est necessitas, puta coaccionis, consecucionis et naturalis inclinacionis; unde ergo voluntas necessitatur a Deo ad bene volendum, quia non potest convenire voluntati divine et quia Deus vult illam bene velle, ergo necessarium est eam sic velle, sed non sequitur quod ergo absolute necesse est eam sic velle sed solum secundum quid et ex supposicione, et hoc est necessitas constitucionis, non coaccionis; sic ergo est verum quod Christum oportebat pati. 25. BC: simpliciter; ib. B in marg.: Multitudo dampnatorum non dampnificat ecclesiam in aliquo sed multum edificat. 30. A: Salvatoris. 31, 32. B: imperseverancie. 33. BC: salvatorum; ib. BC: sic deest. 34. A: venire deest.

Digitized by Google

scitis istud convenit, cum quicunque peccat in uno, peccat in singulis horum trium; sed in temptato secundum carnem que est hostis magis domesticus est quedam impossibilitatis racio que in aliis non sic lucet et diffi-
5 cultas istius temptacionis exprimitur, ut eius periculum caucius caveatur, per istam negativam evangelii: *Non possum venire.*

Secundo dubitatur quomodo licet specialiter secularibus dominis predestinatos compellere sic ut intrent,
10 et videtur quod non, quia tales non habent spiritualem iurisdiccionem ut convertant filios Dei.

Doubt whether rulers have power to coerce; for

Similiter, nemo convertitur ad Deum nisi volens. Compulsio ergo repugnat isti introitui, cum nichil est meritorium vel demeritorium nisi voluntarium.

1. they have no spiritual jurisdiction,

15 Similiter, omnis talis introitus est delectabilis et per consequens voluntarius; omnis autem compulsus est tristabilis, et sic dicta compulsio videtur includere repugnanciam in adiecto.

2. conversion must be voluntary,

In isto dubio tenendum est ut fides quod seculares
20 domini habent ad hoc a Deo potestatem taliter coactivam et hinc habent suum dominium, non laborando manibus ut agricultores sed per ipsorum ministerium a Domino preparatum, ut liberius et apcius intendant huic Dei ministerio ad eius adversarios destruendum et
25 alios habiles compellendum; sacerdotes autem Christi habent modum sustentacionis plus humilem, tum quia illis plus competit sequi in humilitate Christi humanitatem, tum eciam quia non dominative vel timorose debent ut seculares domini ostendere austeritatem.
30 Licet enim prelatus debet timeri a populo propter comminacionem pene iehennalis, non tamen ut secularis dominus propter illacionem pene corporalis.

3. compulsion is repugnant to voluntary action.

Ad primum dicitur quod falsum assumitur, cum *reges* secundum Augustininum *sunt Dei vicarii* et secun-
35 dum leges hominum sunt pontifices, ideo cum potestas
Fol. eorum quam innuit Apostolus ad Romanos | XIII non
168a sit corporalis, quia in hoc excellit eos operarius, mani-

Answer: 1. Kings are God's vicars and priests.

2. A: horum deest; ib. A: sed debet. 4. A: sit licet. 8. A in marg.: Secundum dubium; ib. A in marg.: 1. 12. A: convertitur nolens. 15. A in marg.: 3. 17. A: stabilis. 19. A in marg.: Responsio. 21. A: suum victum. 28. C: vel timorose deest. 33. A in marg.: 1. Augustinus. Reges sunt vicarii Dei secundum Augustinum, sunt eciam pontifices secundum leges hominum. 36. BC: innuit.

33. Aug. Epist. CLXXXV, Opp. tom. II, 651. Cf. Trialogum, pag. 279.

Digitized by Google

festum est quod est potestas spiritualis et evangelica, licet sit in penam peccati eorum per sacerdotes cesareos diminuta. Ipsi enim non notant quomodo non debent intrare sancta sanctorum nisi sacerdotali veste in tintinabulis tinniente, eo quod secundum beatum Gregorium debent tinnire in ecclesia populo verbum Dei, sed aspirant ad dignitates mundanas quomodo possunt per antichristianas leges simplices a via Domini exterrere et censuras fingunt sapientes lucrum per quas possent subditos spoliare. Et sic non sunt vicarii Christi sed procuratores precipui Antichristi.

2. The first entry into the narrow way may be penal although finally it becomes pleasant.

Ad secundum dicitur quod inicialis introitus est penalis sed finaliter delectabilis et voluntarius, et ita sicut Christus prostravit Paulum, eiecit vendentes de templo et fecit in sua capcione Judeos retrocedere, ostendens in huiusmodi suam regaliam, sic seculares domini debent in isto proporcionabiliter sequi ipsum. Presbyteri enim sui non sunt huius potestatis capaces, sicut Christo non compeciit secundum racionem sacerdocii sue humanitatis hec facere, et sicut opera multa virtuosa talis introitus in principio sunt penalia et tamen secundum partem superiorem anime sunt ex gracia Dei delectabilia, unde Apostolus dicit de se ipso et suis sociis: *Nos*, inquit, *primicias Spiritus habentes intra nos gemimus.*

3. Viewed in different relations an act may be at once compelled and voluntary.

Seculares ergo principes debent secundum beatum Ysidorum principaliter exequi illud officium. Et per hec patet solucio ad tercium. Idem enim opus potest dici voluntarium et involuntarium secundum disparem racionem; coaccionem ergo imperfectam iniciantes civiles domini reservant Deo timorem filialem pure delectabilem, cum per timorem servilem ipsam generant sicut seta.

4, 5. A: intintinales; C: intintinabilis. 7. B: possent. 12. A in marg.: 2. 13. A: finalis. 18. BC: potestatis deest. 21. BC: talis. 21—23. Codd.: penales ... delectabiles. 25. BC: infra. 26. A in marg.: 3. 27. A: illud. 30. B in marg.: Idem opus voluntarium et involuntarium secundum disparem racionem. 33. B: seta etc.

5. S. Gregorii Reg. Epist. lib. I, Ind. IX, Opp. II, pag. 511. Cf. et pag. 17 et 1065. 24. Rom. VIII, 23. 26. Isidori De Summo Bono lib. III, cap. 51 (ed. Venet. 1443), pag. 15[b]. 33. sicut seta. Cf. De Septem Donis (ed. Buddensieg) pag. 226, 1. Also Sermons S. E. W. II, 148.

Digitized by Google

SERMO XXXV.

Erant appropinquantes ad Jesum publicani et peccatores, ut audirent illum. Luce XV°, 1.

Reasons for Christ's associating with publicans and sinners.

Celestis medicus et incontaminabilis, videns quod publicani et peccatores sunt sanabiles, quia verbi divini capaces, quod est huius manifestum indicium, voluit corporaliter communicare cum illis propter tria, primo ut ad confusionem superborum phariseorum ipsos converteret, secundo ut daret vicariis suis exemplum concurrentibus circumstanciis faciendi similiter, et tercio ut ostendat ipsum esse dominum et salvatorem gencium non solummodo Judeorum. Sed pharisei et scribe blasphemando accusarunt Christum in isto, sed ipse in parabola sic condempnat: *Quis ex vobis homo* cordatus virtute *qui habet centum oves*, quarum custodia sub pena intollerabilis dampni est sibi commissa, *et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto et vadit ad illam que perierat, donec inveniat illam et cum invenerit illam imponit in humeris suis gaudens?*

Parable of the lost sheep.

Iste homo est dominus Jesus Christus qui fuit ex Judeis, de quo Psalmo LXXXVI, 5: *Homo natus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus;* ad quem sensum dicitur Johannis IV°, 22: *Salus ex Judeis est.*

The ninety nine sheep are the angels; the hundredth is mankind.

Iste autem homo habuit a Deo patre in custodia centum oves, quia universitatem nature angelice, que notatur per nonaginta novem et genus humanum quod vocatur: *Ovis centesima.* Ovis autem ista centesima est perdita per peccatum, ut patet in prevaricacione primorum parentum. Et cum iste homo fuit tantum obligatus patri ad ovium istarum custodiam, dimittet naturam angelicam confirmatam in celo quod propter solitudinem et propter defectum visitacionis cultorum humani generis ac tercio propter copiam arborum spiritualium semper virencium desertum dicitur. *Vadit*

1. BC in marg.: Dominica tercia; ib. C: post Trinitatis. 4. A: et deest. 5. A: verbi Domini. 6. BC: huius magnum. 7. A in marg.: 1. 10. BC: faciendo. 14. A: recordatus. 19. A: illam deest. 20. AB: gaudes etc. que secuntur. 22. B: Psalmus; ib. Codd.: LXXXVIII. Correxi. 31. B: omnium. 33. A: solicitudinem; ib. A: propter deest.

1. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 7—9.

Digitized by Google

autem Christus *ad ovem illam que perierat*, dimittens naturam angelicam inassumptam et assumens de ove salvanda ypostasim, ut ille qui non potuit peccare in propria persona sed puniri pro ove illa que peccavit, sed ipsam redimere non potuit, satisfaceret; secundo ut ovis ista Christum tamquam personam sui generis notorie balantem cognosceret, et tercio ut ultimam facturam suam secundum ultimum fabrice sue perficeret. Quam necessarium ergo fuit Ade peccatum occasione cuius sic genus hominum exaltatur. Ovem ergo istam invenit iste homo specialiter in humilitate beate virginis et de ipsa carnem assumens gaudenter et potenter imponit in humeris, quia Psalmo XVIII°, 6 de ipso scribitur: *Exultavit ut gigas ad currendum viam*. Et cum cursum huius peregrinacionis compleverit veniens domum per ascensionem, *convocat amicos* | tam angelos quam spiritus utriusque legis sue dicens illis: *Congratulamini michi, quia ovem perditam et* iam salvatam *inveni. Dico autem vobis quia ita gaudium est in celo* super humano genere, quod secundum unam partem est peccator et agens penitenciam secundum quamlibet eius partem, de ipso est maius gaudium eciam in omnibus angelis quam super universitate novem ordinum angelorum *qui non indigent penitencia*, cum nunquam peccaverant. Secunda parabola est *de muliere habente decem dragmas* que unam perditam querit accendendo lucernam et evertens domum et inventa ipsa dragma congaudet modo quo supra. Mulier autem ista est sapiencia Dei patris. Decem dragme sunt universitas decem generum nature racionalis create; dragma perdita est genus humanum sic dampnabile pro peccato, lucerna accensa est Christi humanitas, in qua relucet eius deitas ut lux vera, domus eversio est fabrice Dei ordinacio undique salvate, ut homo qui fuit ultima eius fabrica fiat circulariter Deus ipse, et sic domus universitatis create fuit primo ut linea recta, sed quando finis et principium ypostatice sunt coniuncta, fuit dicta universitas facta circulus et sic per Christi incarnacionem, cuius humanitas consistit in quatuor, dictus circulus

Adam's sin necessary for the universe.

Fol. 168b

Parable of the ten pieces of silver.

6. A: Christum deest. 14. A: viam etc. 15. C: complevit. 16. A: domum. 19. ita; ib. A: per gaudium; ib. BC: in celo deest. 20. A: quia secundum. 21. A: peccatorum. 22. A: ipso autem; ib. BC: magis gaudium. 23. B: universitatem. 25. A: peccaverat. 28. A: autem ipsa. 29. A: sunt deest. 33. A: divinitas. 35. B: sic dominus.

Digitized by Google

est quadratus, et sic licet tempore Aristotelis quadratura circuli fuit scibilis, non tamen ante incarnacionem fuit nobis cognita, licet quidam patriarche et prophete in fide cognoverunt quod dictus circulus sit quadrandus. Nec dubium quin de invencione huius dragme gaudent angeli et super humano genere secundum Christum qui est eius suppositum magis gaudent quam super tota natura angelica non assumpta.

How the circle was squared by Christ's incarnation.

Et quantum ad difficultates in quibus stant logici, non dubium quin totum genus humanum sit unus peccator, sicut est una persona que secundum diversas partes capit diversas predicaciones, sic quod non est timenda sophistarum instancia qua videntur de virtute sermonis impugnare istam sentenciam; sed oportet catholicum ad huius noticiam ac defensionem esse nutritum in antiqua logica scripturarum.

The whole human race is one sinner.

Circa hoc evangelium dubitatur, primo utrum communicacio cum excommunicato ab homine sit licita; et videtur quod sic, primo quia communicacio Christi cum istis peccatoribus excommunicatis a Deo fuit licita: ergo multo magis licet communicare cum excommunicatis ab homine. Angeli enim sepe communicant cum illis predestinatis ad gloriam quibus Deus ordinavit angelos conservire, sicut patet de Christo et suis apostolis. Si ergo factum Christi propter similitudinem debet nobis trahi in consequenciam, ut faciamus similiter, videtur quod sicut ipse communicavit cum peccatoribus nos ad eorum conversionem debemus eciam communicare cum illis. Sic enim Christus specialiter communicavit cum ceco nato quem sacerdotes excommunicaverant (ut patet Johannis IX); nec aliter videtur quomodo debeamus convertere peccatores. Ideo pharisaica est hec excusacio qua dicitur quod licuit Christo propter suam impeccabilitatem communicare cum peccatoribus, sed nobis non licet per locum a simili, cum simus peccabiles:

It is lawful to hold communication with the excommunicated,

1. A: ut semper quadratura; ib. A in marg.: nota. 14. A: impugnare illam. 17. A in marg.: Primum dubium; ib. B in marg.: Questio brevis. 21. BC: communicari; ib. B in marg.: Arguit quod licet communicare cum excommunicato et propter quod sic. 26. A: trahi ad. 27. BC: communicat. 35. A: per locum deest; cum sumus.

1. Cf. De Ecclesia, pag. 100, ubi sic habetur: Quadratura quidem circuli est scibilis, sed fuit in tempore Aristotelis nondum scita. Cf. Trialogum, pag. 212, ubi rectius: cum Aristoteles vere dicat quamvis quadratura circuli sit cognoscibilis, verum tamen nondum scitur.

Digitized by Google

Nam iuxta hoc non sequeremur Christum in aliquo, quia non possumus ad perfeccionem operacionis sue attingere, ideo si communicamus cum reprobis colligendo de ipsis pecunias, multo magis debemus communicare cum non desperatis predicando illis penitenciam et spem beatitudinis.

if it is for the purpose of doing good.

In isto dubio non obstante quacunque tradicione vel quacunque mandacione pharisaica, videtur tenendum indubie quod licet fideli communicare cum excommunicatis ab homine, eciam a Deo, supposito quod speret contagionem eorum aufugere et eos vel ecclesiam aut meritum suum ad bonum convertere. Et hodie viluit ad tantum pharisaica excommunicacio quod fidelis libencius communicaret cum homine quem satrape hodie excommunicant, et cum fugienda sit communicacio cum homine quem Deus excommunicat, at illi manifeste excommunicantur a Deo tamquam heretici, communicacio cum illis est inter omnes alias fugienda. Et quantum ad leges que sunt ponderis in oppositum allegandas, dicitur quod intelliguntur de excommunicato notorie a Deo et homine cum quo non licet communicare nisi evidente incontaminacionis securitate et conversionis | probabilitate aut profectus ecclesie utilitate; nec profecto generaliter excommunicantur ab homine qui sunt excommunicacione digni, sed sepe discordando ab excommunicacione Dei excommunicantur iusti propter lucrum. Et tales excommunicatores sunt a Deo excommunicatissimi et tam spissim hodie seminati quod vertitur in argumentum topicum quod, si christianus excommunicatur a tali prelato, tunc securum est cum ipso tamquam iusto communicandum. Et sic detecta veritate istius materie cessaret exaccio excommunicacionis sophistice qua simplices spoliantur, cum excommunicantes sint tamquam membra diaboli fugiendi et excommunicati non propterea abhorrendi. Notum quidem est ex fide quod quicunque excommunicat alium principaliter propter lucrum, propter honorem proprium vel propter iniuriam propriam vindicandam, tamquam

Fol. 168c

Excommunications often wrongful and for gain.

1. A: cum sequeremur. 5. B in marg.: De excommunicacione non bene sentenciat sed extranee. 7. A in marg.: Responsio; ib. A in ipso dubio; ib. A in marg. inf. fol. 168b: Totum genus humanum est unus peccator, sicut est una persona, communicacio cum (in cod. ab) excommunicatis ab homine est licita. 11. C: affugere. 16. A: Deus excommunicant. 22. A: contaminantis. 23. BC: perfecte. 30. A: secure. 31. B: tamquam cum.

Digitized by Google

Antichristus pessimus excommunicat se ipsum et sua excommunicacio est impertinens ad directe dampnum vel scandalum alteri inferendum.

Such are invalid.

Secundo dubitatur ad quid Christus voluit incarnari et tam diutine ad redimendum genus hominum cruciari, cum nudo verbo posset genus humanum redimere et meliorando hominem ac iuvando ipsum quandocunque oporteret brevius ac melius undique facere, et sic quare non confirmavit hominem post tantam morulam in statu innocencie, ut confirmavit angelum. Tunc enim exclusa fuisset tota ista miseria.

Why Christ did not prevent sin instead of suffering for it.

In istis tenendum est ut fides quod oportuit verbum Domini incarnari, nam genus humanum totaliter citra Christum secundum Adam factum est impotens ac imperfectum ad se ipsum salvandum. Quomodo ergo satisfaceret propter totum genus humanum? Et nedum propter salvacionem humani generis, sed magis propter perfeccionem universitatis et ostensionem graciose potestatis divine fuit verbum Domini incarnatum. Et ita credendum est, cum omne factum suum fecit ad regulam quod non per momentum vel instans moratus fuit in aliquo opere penali vel delectabili nisi propter causam certissimam ac necessariam, sicut patet specialiter de toto tempore viacionis sue. Et ita si nudo verbo redemisset hominem, medicina satisfaccionis perpetue que iam ponitur defuisset, et ita melius est quod homo in perfeccione ponatur in tali gradu et statu merendi quam foret ipse super angelos vel Christum quantumlibet exaltatus; unde obiectus est infidelium ingratorum qui diabolice non contentantur de Dei munificencia, agendo sibi gracias pro tam grate datis, quod murmurant vel musitant quare non fecit melius cum hoc posset. Ipsi enim nesciunt si pensatis omnibus sit modo melius quam foret homini ad perfeccionem duplicem exaltato. Ideo loco huiusmodi questionum gracias agamus Deo qui sine nostro merito nobis fecerat tantum bonum, cum per idem si Deus duplicasset in bonitate totam suam fabricam et sic in infinitum, ymmo si quamlibet creaturam fecisset parem Lucifero, volassent tot questiones

The Incarnation has displayed the divine power and made the universe more perfect.

We should avoid such questionings and thank God for his goodness.

3. A: alicui inferendum. 4. A in marg.: Secundum dubium. 9. B: conformavit. 10. B in marg.: Quare Christus pocius verbo non redemit genus humanum, cum hoc potuit et videtur melius. 12. A in marg.: Responsio. 13. A: genus hominum. 27. A: gradu in statu. 28. A: ipso super. 28, 29. A: quamlibet exaltato. 34. A: homini deest. 35. A in marg.: Nota consilium. 38. BC: sic infinitum. 39. A: tales questiones.

Digitized by Google

inutiles ut sunt modo. Et patet quare Deus non confirmavit hominem in statu sue innocencie ut fecit angelum: Neque enim homo hoc meruit nec Deum decuit sic fecisse, ymmo toto pensato est utilius humano generi nunc quam tunc fuisset, sicut melius est toti universitati create quod stet iste ordo, quam foret una parte eius meliorata, quia destructa tunc foret pulcritudinis proporcio ex qua mundi fabrica est hodie decorata; unde interpretaciones invidorum proprietati innitencium desiderant quod tali persone vel parti mundi hoc bonum eveniat, licet dignior fabrica peioretur.

Whether angels had clear knowledge of the Incarnation beforehand.

Tercio queritur utrum angeli ante incarnacionem noverint Christi incarnacionem sicut noverunt lapsum hominis, et videtur quod non, quia noviter gaudebant homini reparato, quod innuit in eis novam noticiam, unde per modum dubitacionis incogniti querunt angeli Ysaie LXIII°, 1: *Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra.* Sed quamvis tractatus sint inutiles huiusmodi questionum, videtur mihi tamen probabile quod multi angeli noverunt in verbo eius incarnacionem, cum multi viantes hoc fide cognoverant et scriptura sacra quam angeli clare intelligunt in prophetis legis veteris hoc innuit. Et quantum ad obiectum, dicitur quod angeli habent in verbo constantem unam noticiam | sempiternam et preter illam dicitur communiter quod habent elaboratam ex cognitis unam noticiam successivam; et sic primo modo eque gaudent angeli perpetuo de incarnacione et ceteris futuris et non per modum questionis incogniti sed per modum delectabilis admiracionis prius noti querunt hoc angeli se reciproce consolantes.

Fol. 168d

SERMO XXXVI.

Estote ergo misericordes. Luce VI°, 36.

Notatis verbis huius evangelii patet quomodo Christus hortatur tam affectum quam intellectum hominis in

1. A in marg. inf. fol. 168c: Quare Deus non confirmavit hominem in statu innocencie ut fecit angelum. Angeli habent in verba unam constantem noticiam sempiternam, et preter illam dicitur communiter quod habent elaboratam ex cognitis unam noticiam successivam. 9. A: inter precaciones; BC: imprecaciones. 10. A: intencium. 12. A in marg.: Dubium tercium. 14. B in marg.: Unde angeli ante incarnacionem noverunt ipsam incarnacionem sicut noverunt lapsum hominis. 17. Codd. LXII. Correxi. 18. A: de Bosra deest; ib. A in marg.: Responsio. 20. A: quod multi quod multi; ib. A: noverint. 31. A in marg.: Sermo XXXVI; ib. BC in marg.: Dominica quarta; C: post Trinitatis. 32. BC: ergo deest.

32. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 9.

Digitized by Google

quinque quomodo serviret Deo suo; et primo affectum movet ad misericordiam, eo quod debeat sequi Deum. *Estote*, inquit, *misericordes sicut et pater vester misericors est*. Deus enim eternaliter est misericors (quod sonat in habitum), sed temporaliter miserator; et est ista prima instruccio volitive potencie, cum nemo excusatur quin debeat velle egentem a sua miseria relevari; post diem autem iudicii manebit misericordia et Dei miseracio, cum quemlibet dampnatum misericorditer puniet sed non tunc erit miseracio viatorum.

Five things commanded by Christ: 1. Mercy,

Secundo prohibetur temerarium iudicium intellectus. Nam ad miseracionem necessarium est rectum iudicium indigentis, cum multi temere iudicant ypocritas indigentes quos stultum est in temporalibus relevare et multos iudicant superbos locupletes et aliter viciatos. Dum tamen sit verum oppositum, ideo ad miserandum necessarium est iustum iudicium.

2. Care in judging,

Tercio specialius prohibetur temeraria condempnacio sub obtentu fuge condempnacionis severe summi iudicis. Quarto specialius prohibetur nedum iniurie confratris illacio, sed iniurie proprie amonetur misericors dimissio, et quinto precipitur boni collati a Deo communicacio. Nam ad illum finem dabatur et sub illa condicione dabit Deus copiosius in futurum; et in hiis quinque instruuntur terreni iudices tam intrinsecus quam ad extra exemplo primi iudicis et sub pena talionis, et sic intellectus et affectus per volubile et terribile commoventur. Iudices enim terrenos necesse est esse primo misericordes, cum ad austeritatem sint magis flexibiles et in vera misericordia non excedunt; ideo oportet habitum misericordie fundare actum iudicii; iudicium autem commune ad bonum et malum oportet condempnacionem precedere. Sed quia in misericordia consistit fundamentaliter disposicio promerendi, ideo repetuntur duo actus ordinate de misericordia procedentes, primo quod misericors dimittat iniuriam suam et secundo quod frugaliter det de suis.

3. Not to threaten with dampnation, 4. Forgiveness of injury, 5. to share God's gifts with others.

Et sexto ad exhortacionem omnium istorum narratur quadruplex superhabundans retribucio taliter operantis:

1. A: serviet. 6. A in marg.: 1; ib. A: volutive. 7. A: velle deest. 9. BC: immisericorditer. 11. A: tenerarium; ib. A in marg.: 2. 14. A: quod stultum. 16. B: sit unum. 18. A in marg.: 3. 20. A in marg.: 4; ib. A: specialius nedum amovetur; ib. B: prohibetur nedum amovetur. 21. B: amoveretur. 22. A in marg.: 5. 27. B: per voluntatem. 29. A: ad deest. 30, 31. A: non excedunt — misericordie deest. 36. C: et deest. 38. A in marg: 6.

Digitized by Google

The reward of mercy.

Mensuram, inquit, *bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum*. Nam fides sentenciat quod egeni recipientes elemosinam dabunt quodammodo retribucionem beatitudinis que, quia proporcionabiliter ad meritum hominis mensurabitur, ideo dicitur mensura que est bona, quia de rebus optimis. Secundo est conferta, quia sine vacuitate boni extranei replet mentem. Tercio est coagitata, quia ad tantam constanciam inheret homini, ut ab eo non possit separari. Et quarto est supereffluens beatitudine accidentali. Et quia totum hoc non est de essencia hominis sed secundum virtutes que sunt instrumenta sua ipsa recipit, ideo dicitur homo in sinum suum ipsa recipere. Et simile videtur in modiis vel instrumentis aliis in quibus farina vel granum recipitur. Primo enim notatur quod ipsum in natura sua sit bonum, secundo notatur quod instrumentum vasis sit confertum vel usque ad oram repletum, et tercio est ipsum ut excludat corpus extraneum agitatum, et quarto est ipsum secundum vasis capacitatem superius cumulatum. *Eadem quippe mensura qua viator mensuraverit* in bono vel malo proximo suo, *remecietur sibi* secundum omnipotentis misericordem iusticiam. Eadem dico, non numero sed proporcione, non sic quod tantum pene recipiet quantum mali fecerat aut tantum premii quantum boni, sed proporcionabiliter secundum supereffluenciam misericordis Dei. Sed quia ista scola nimis extraneatur a populo propter defectum doctrine sacerdotum, phariseorum et scribarum, ideo dicit Christus sub similitudine quomodo ista sentencia debeat in populo seminari, notans primo quomodo prelatus cecus in anima cum duceret per artam Christi semitam subiectum populum legem Domini ignorantem ex cecitate evidenter exorbitat et utramque partem cadentem in foveam peccati illaqueat. Et patet quod, sicut cecitas in intellectu et affectu ducis spiritualis per quem iuvaretur populus ad celum est magis periculosa, quia beatitudinis | corporis et anime ex ignorancia huius sentencie perditiva, sic caritativa speculacio in duce

The same measure, not in number, but in proportion.

Blindness most dangerous in spiritual guides.

Fol. 169a

3. A in marg.: 1. 7. A in marg.: 2. 8. A in marg.: 3. 9. A: poterit; B: posset. 14. A: ipsa; ib. A: evidet. 16. A in marg.: 1. 17. BC: est bonum; ib. A in marg.: 2. 18. A: hora; C: horam; ib. A in marg.: 3. 19. BC: et deest. 20. A in marg.: 4. 36, 37. A: minorat. 37. A in marg. inf. fol. 168d: Deus eternaliter est misericors quod sonat in habitum, sed temporaliter est miserator. 39. B: in duce; ib. indubie.

Digitized by Google

spirituali est magis necessaria, quia ex sagaci seminacione huius sentencie beatitudinis inductiva. Unde infidelitas magna est in illis qui videntur regere populum, quod ponunt in eum tales cecos prepositos, cum dicant plane in opere quod plus curant affeccionem vel commodum temporale quam bonum eternum corporis et anime quod est infidelitas manifesta. Cum enim omnis subiectus debet duci per suum prepositum ut magistrum, non est autem de lege debita quod subiectus talis magistrum superet quoad artem, omnis homo sicut debet assimilari magistro, sic debet habere ducem talem qui re et nomine sit magister. Sic enim Christus cui principaliter intendit quilibet viator fidelis indefectibiliter superat quemlibet fratrem suum, et sic proporcionabiliter quilibet dux populi superaret subditos in ducatu; cecitas autem pharisaica que eciam in prelatis nostris nimis habundat est quod minuta peccata ut festucam preponderant et considerant in subiectis, sed manifesta peccata ac gravia ut trabem non considerant in se ipsis. Debent enim primo attendere quod superent populum in sciencia et virtute, et per consequens, quod istas virtuose applicent ad subditos regulandum. Unde quia omnes tales sunt abiecti ypocrite, ideo precipit Christus eis quod *eiciant primo trabem de oculo sue consciencie*, et tunc possunt minora peccata eicere de subiectis, quia aliter timendum foret quod subiectus in noticia ipsos superans non acceptaret sed contempneret eorum doctrinam, cum manifeste dicant in vita, vel tacendo vel sibi ipsis contrariando, quod non sit a minutis subditorum criminibus taliter fugiendum, quia per locum a maiori (ut novit subditus) a maiori crimine quale manifestatur in ipsis foret pocius fugiendum, et cum factis quibus plus credendum est quam suis sermonibus dicant oppositum, inducitur subditus ad eorum sentenciam discredendum.

Corrupt patronage.

Leaders (e. g. prelates) should know more than their subjects.

Ideo (ut dicit Christus) medicina optima foret curatum manifesta peccata quibus cecatur de consciencia sua

3. BC: in deest. 4. B in marg.: Quantum malum quando duces ceci preponuntur. 9. A: debitam. 11. A: assimulari. 12. AC: talem deest. 17. BC: modo habundat. 18. A: preponderanter considerant. 25, 26. A: in subiectis. 26. BC: subditus in. 27. C: ipsos superans. 28. C: dicunt. 29. BC: a deest. 31. A: ut novit — maiori deest. 36. A in marg.: Nota.

24. Vulgate: *Eice primum trabem de oculo tuo: et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.*

Digitized by Google

eicere et tunc possent ut priores sancti minora peccata de subiectis eicere et eos per semitam Christi ut veri pastores conducere. Aliter enim non forent pastores sed depastores, non ductores sed seductores, non speculatores sed spiculatores, et sic de aliis nominibus que istis ducibus convenirent. Et ita non superest nisi phariseorum cecacio et per consequens quod populus subditus non acceptat tales prelatos ut Christi vicarios, sed contempnit eos ut lupos rapaces et precipuos discipulos Antichristi.

We should withdraw payment from prelates who are notoriously unfit.

Circa hoc evangelium dubitatur utrum prelato notorie deficiente a suo officio subiectus debeat sibi tribuere stipendia ut prelato, et manifeste videtur quod non, quia sic foveret subiectus suum principalem hostem, ut ducat populum per voraginem viciorum. Cum ergo hoc sit consentire suo crimini, videtur quod subiectus cui hoc est cognitum debet istud aufugere ut consensum.

Item, ex fide talis prelatus est infidelis excommunicatissimus apud Deum, sed cum nullo tali est communicandum et specialiter ministrando affluenciam temporalium que sunt bona pauperum, quia sic iniuriaretur pauperibus, ergo nulli tali prelato noto huiusmodi debet in temporalibus communicare. Nec valet dicere quod illa non dat sibi sed ecclesie, quia certum est quod realiter dantur sibi et a pauperibus quorum sunt bona realiter auferuntur.

If we ought to pay them we ought also to follow them; an absurd consequence.

Item, cum omissio vel commissio prelati sit nota subiectis, si exinde debent stipendia temporalia sibi tribuere, multo evidencius debent vite sue credere et attencius sequi ipsum, sed consequens manifeste obvians legi Dei; si enim debent sibi tribuere dicta stipendia ut prelato, et est illis evidens quod non sit prelatus sed elatus Antichristi discipulus, videtur quod debent secundum racionem falsam notam eis esse huiusmodi, ipsum in malicia tali defendere; consequens nimis hereticum. Prima consequencia videtur, quia sicut leges dictant quod stipendia debent dari prepositis, sic dictant signancius quod subiecti debent illis credere et tam vita quam opere obedire et interimere eorum

1. A: posset. 3. B: pastotores. 8. A: acceptet; ib. tales deest. 11. A in marg.: Dubium; ib. B in marg.: Questio bona. 13. A in marg.: 1. 17. C: affugere. 18. A in marg.: 2. 19. A: sed deest; ib. BC: nulli. 20. A: ministrandum. 21, 22. A: iniuriatur. 22. A: nullo tali. 25. C: a deest. 27. A in marg.: 3. 28. A: subiectus; ib. A: temporalium. 39. A: tum vitam.

Digitized by Google

Fol. 169b obedienciam et sequelam foret interimere racionem propter quam forent sti | pendia illis danda; et certum est quod omnino peccatum carens racione foret quod subditus daret eis stipendia sine causa.

5 In oppositum sunt multe tradiciones pharisaice et racio inconveniencie, cum per idem quilibet subiectus posset fingere quod suus prepositus non sit dignus et labor spiritualis posset ut emptum commercium a subditis mensurari.

A bad prelate is not God's ambassador.

10 In isto videtur mihi indubie quod subditus cui notum est prelatum vel omittendo vel committendo non facere debitum eius officium, non debet temporale stipendium sibi tribuere, licet debeat dare sibi ut capitali inimico artam vite sustentacionem forte in ultima 15 necessitate. Et ista stulticia qua clamatur subiectos per talem internuncium decimas suas Deo tribuere est ita infamis carens racione quod stulti in populo hanc convincunt. Maior (inquam) foret stulticia quam si tenentes mitterent per cervam in loculo alligato collo eius suo 20 domino redditum annualem, quia de cerva non foret tam evidens causa quod monetam illam consumeret; nec evidencia racionis nuncii cum desit officium plus relucet; nam litere pape vel episcopi sunt mute et inutiles, ut faciant vel per se testentur aliquem esse 25 debitum medicum animarum. Ideo olim fuit lex ecclesie quod populus regulandus in lege Domini eligeret sibi medicum quem ex vite sanctitate experta foret sibi evidens esse ydoneum et ipso perverso alium aptum sibi eligeret et illum aufugeret ut venenum, et inconveniens 30 inde sequens quod prelati non vendicarent iure hereditario bona pauperum est faciliter remittendum. Omnes enim prelati affectarent precipue suum officium propter beatitudinem dandam a Deo ut summum stipendium, et temporalia stipendia aufugerent nisi de quanto 35 necessaria alleviarent ad prelatorum officium peragendum. Sed hodie Jordanis conversus est retrorsum, et sic tam lex quam fructus huiusmodi prelatorum. Nec moveat quod Christus elegit in apostolum Scarioth maledictum, cum non dedit sibi curam regiminis animarum

Formerly prelates were elected by their flock.

Christ did not give Iscariot cure of souls.

1. A: et loquelam et sequelam. 5. A: philosophice. 7. A: quod quod deest. 10. A in marg.: Responsio. 11. A: vel committendo deest. 14. C: artem. 16. B: internuncium obedienciam prelatis. 20. AC: animalem; ib. A: quod de. 23. A: litere ipse. 25. A: divitum medicum. 28. A: sibi ydoneum; ib. BC: et deest; ib. BC: quod ipso; ib. sibi deest. 31. C: eciam faciliter; ib. A in marg.: Attendant prelati. 37. A in marg.: Nota. 38. Codd.: eligit.

Digitized by Google

sed officium ferendi loculos ad futuros apostatas figurandum. Et quod Christi vicarii plus ipso vendicant instituendo prelatos sibi incognitos super gentem remotam et alcius taxant ut ipsis placuerit sua stipendia, manifeste indicat Antichristum cuius inicium est cecitas, quod ex institucione humana Christi vicarius reguletur. Istam enim blasphemiam Antichristus ideo introduxit, ut in maiorem precipitet. Sicut ergo apostoli habuerunt ex instinctu Spiritus subiectos in patriam limitatos et universalis limitacio tamquam Deo propria a nullo eorum dependerat, sic debet esse hodie sacerdotibus spiritu Dei ductis et legibus paparum cesareis pretermissis. Sed necesse foret ab isto ordiri quod curati primo expectent a Deo stipendium et mensuretur eis copia temporalium, ut exigitur ad illud officium. Tunc enim non sic volaret peccatum symoniacum nec acceptaret quis regendi officium nisi noscendo per revelacionem vel probabiliter credendo quod sit medium ad amplius promerendum.

Priests should act on God's commission and not depend on the Pope.

SERMO XXXVII.

Cum turbe irruerent in Jesum. Luce V°.

Allegorically Gennesareth represents our troubled life in the world.

Patet primo notata historia quomodo ad sensum allegoricum stagnum Genezareth est turbata fragilitas huius conversacionis lapse, cum mundi confidencia sit labilis et inconstans. Nunc enim turbatur hec aqua fluctuans vento superbie, nunc diminuitur lapsu humane miserie, ideo signanter Genezareth interpretatur inita nativitas, quia in ventre matris incipit ista miseria; tercio fetet ut mare et quarto est pugna piscium et alterna destruccio. Tales sunt multe proprietates cur mare quod secundum Hebreos est aquarum congregacio comparatur mundo.

Secundo stacio Christi iuxta stagnum est stabilimentum divinitatis sue supra et extra omnem creaturam, ante-

1. BC: apostotas. 3. BC: iustificando prelatos. 5. BC: indicant. 7. A in marg.: Nota; ib. A: introducit. 9. A: et patriam. 12. A: cesariis. 15. A: exigetur. 16. A: vicium symoniacum. 18. A: sibi medium. 19. BC: merendum. 20. A in marg.: XXXVII. 21. C: ad Jesum; ib. AB: Jesum etc. que sequuntur in evangelio; ib. BC: Luce V que sequuntur in evangelio. 22. A in marg.: 1. 23. A: stangnum: ib. A in marg.: Sensus allegoricus. 27. 28. AB: inicia nativitas. 30. 31. A: quare mare. 33. A in marg.: 2; ib. A: est deest. 34. BC: deitatis.

20. Cf. Wyclif's Sermons, ed. by Arnold I, 12—14.

Digitized by Google

quam fuerat incarnatus. Tercio due naves sunt ecclesia Judeorum et gencium que ad Dei sapienciam cum impetu confluxerunt. Quarto descensus Christi in navem Petri est Christi incarnacio ex genere Judeorum; de qua nave quinto docuit sedens in virtutibus predestinatos tamquam | stantes in terra. Sexto piscacio Petri ruptis retibus est congregacio fidelium in lege Christi quorum aliqui exierunt. Septimo alterius navis suffragium est ecclesie gencium adminiculum. Octavo indignitatis Petri confessio assistente Johanne et Jacobo est nota a Deo faciente opera elongacio, que noticia nedum est in christianis sed in paganis, ut in saracenis et barbaris. Nono piscacio Petri expressa ad homines est prepositura eius super ecclesiam, et decimo reliccio retis Petri navis et omnium que possedit est renunciacio viri apostolici quoad secularem modum habendi qui vult in paupertate evangelica sequi Christum.

Further allegorical exposition.

Fol. 169*

Supposito hoc sensu allegorico accedendo ad sensum tropologicum, notandum quod triplex est rete, primum est rete Christi quod est connexio virtutum in religione Christi connexa nodo quadruplici caritatis. Secundum est rete diaboli quod est connexio viciorum in exemplacione diaboli complexa multiplici nexu invidie, sed tercium est rete seculi quod est connexio causarum seculi secundum leges humanas contexta. Et hoc rete sicut rete carnis est tela aranee, que nisi fuerit involuta, tela diaboli faciliter potest rumpi. Rete autem Christi contexitur filo veritatis invincibilis, ut Christi, in predestinatis secundum sex differencias posicionis et contextum extenditur ad Deum et subiecto homini secundum superius et inferius, ad amicos et inimicos secundum dextrum et sinistrum, ad patres et priores et sequentes secundum ante et retro, secundum limites caritatis; recipit autem hoc rete dum laxatur in mare seculi per foramina aquas tribulacionis mundane sed

Tropologically: There are three nets:
1. of Christ,
2. of the devil,
3. of the world.

1. A in marg.: 3. 3. A in marg.: 4. 5. A in marg.: 5. 6. A: terram: ib. A in marg.: 6. 8. A in marg.: 7. 9. C: ammiculum; ib. A in marg.: 8. 12. BC: in christianismo; ib. A: in deest; ib. BC: ut deest. 13. A in marg.: 9. 14. BC: ad ecclesiam; ib. A in marg.: 10. 15. BC: possidet. 18. A in marg.: Sensus tropologicus. 20. A in marg.: 1; ib. BC: religionem. 21. A in marg.: 2. 22, 23. A: in extraccione. 24. A in marg.: 3. 26. A: rete caricis; ib. A; aranie; ib. A: nisi fiunt. 27. A in marg.: rete Christi. 28. A: invincibilis. rete autem Christi: C: invincibilis caritatis Christi in. 29. A: et deest. 30. BC: subiecta. 33. A: et secundum. 34. A: autem deest.

Digitized by Google

irretitus in septem operibus spiritualis misericordie trahitur ad litus terre vivencium.

The works of mercy.

Et de illis septem operibus notatis in hoc versu

Doc. consul. castig. solare, remitte, fer. ora

I. Preaching.

protracta est hortacio et finita. Omnis enim fidelis et curatus precipue debet predicare non tragedias sive comedias, non fabulas sive ludicria sed pure legem Domini, ut fecerunt Christus et sui apostoli, quia in ipsa lege latet vita per quam vivificaretur ecclesia. Unde sicut Deus necessario indicat se ipsum, docens beatos et secundum capacitatem suam alias creaturas, sic debet homo de lege nature sub obtentu beatitudinis docere alios retribucionem a Deo magistro unico expectando, et prelatus ut talis obligat se ad illud officium, cum debet esse pastor ducens per Christi semitam gregem suum, et cum pastus corporalis sit laicale officium et sibi impertinens (ut patuit in Petro et aliis sanctis apostolis), manifestum est quod debet spiritualiter pascere, quod est docere. Unde in Petro sub obtentu dileccionis Dei mandat Christus specialiter tripliciter pascere oves suas (ut patet Joh. ultimo). Et ad illud mandatum debent omnes curati attendere, scientes quod non aliter sunt pastores; ideo videntur plus dampnabiles quam symoniaci, quia ipsi vendunt vel emunt spirituale pro temporali.

Priests who take payment and do not preach are guilty of fraud.

Isti autem emunt officium recipientes temporale lucrum longe avidius quam fecerunt apostoli sed pastus huius ministerium pure negant. Unde Luce VI° per locum a maiori Christus sic arguit: *Si mutuum dederitis hiis a quibus speratis recipere, que gracia est vobis? nam et peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipiant equalia.* Isti autem diabolice mercantes officium avide rapiunt lucrum sine aliqua equivalencia recompense. Nec videtur excusacio quod quilibet subditus novit fidem et quod non plus in verbis quantumcunque dispendiosis connectitur nisi quod tam benefacientibus quam malefacientibus Deus erit intimus retributor. Tales (inquam) ex levi capite licet vera balbuciunt, tamen et ignorant

1—3. BC: spiritualis — operibus deest. 4. B in marg.: Septem opera misericordie spiritualis conveniencia clero Christi. Doc. Codd.: dic. Cf. Hussi Opp. fol. 213b, ubi doct. legitur. 5. A: et sciencia. 6. BC: debet docere. 8. A in marg.: Quod prelati tenentur predicare subiectis. 16. A: impertis. 19. A in marg. inf. fol. 169e: Rete triplex scilicet Christi, diaboli et seculi. 20. A: specialiter deest. 27. A: misterium. 33. A: Nec valet. 34. A: et deest. 35. B: convertitur. 36. A: necessarius retributor.

17. Acts VI, 2.

Digitized by Google

fidem explicite et sunt in opere pessime operantes; ideo tales curati effugiendi sunt ut discipuli Antichristi. Prelatus enim correspondenter ad triplex peccatum tam alienum quam suum debet tripliciter pascere oves Christi, scilicet tam sermone quam opere, quam utrumque, et sicut habet amplius quam esse naturale, quia ut dicit multiplex esse gratuitum, sic debet multipliciter pascere gregem suum. Sicut enim Deus dicit se naturaliter sibi ipsi intrinsecus quod est verbum, sic quelibet creata natura dicit Deo et sibi ipsi omnia naturalia que habet a Deo; ideo absit quin curatus sit ulterius obligatus.

Et quantum ad instancias logicales quibus instatur quod curatus de possibili antequam foret opportunitas predicandi occiditur, a loquela suspenditur et sic de multis aliis casibus | quibus ex opere nature prime oportet habere presbyteros excusatos, dicitur quod ille qui eximit eum a tali officio, eximit eum simpliciter a nomine curatoris. Nec valet excusacio qua dicitur curatos per procuratores satisfacere, quia ipsi ut exercentes mortui gerunt superflue in ecclesia nomen et officium ydiote. Nec valet in compendio subiectis publice vel private disserere quod observent mandata, quia hoc quilibet fidelis debet cognoscere, et quilibet fidelitatis gradus sufficeret curato ad claves sciencie. Ideo sicut non sufficit pedagogo grammatice quod dicat suis scolaribus ut noscant artem recte loquendi et scribendi secundum principia illius sciencie, sed oportet ipsum tollendo ignoranciam in eis particulariter insudare, et sic multo magis oportet in scola Domini de curatis; et sic dampnabilior est huius artis noticia dum in curatis assit accidia. Sic ergo grammaticus vel instructor in arte alia non capit pecuniam nisi facta debita instruendi diligencia. Et de talibus signanter curant magnates atque respublica et signancius de medico corporali, quanto magis de custodia anime sub cuius potestate est salus perpetua partis hominis utriusque. Primum ergo opus spiritualis misericordie licet se extendat ad singulos, tamen excellencius ad curatos.

Fol. 169d

He who does not preach ceases to be a curate.

2. A: discipuli deest. 3, 4. A: tam primi Adam. 6. A: sicut licet amplius. 11. A: absit quoniam; ib. A: sit deest. 12. A in marg.: Obieccio. 14. A: de deest. 16. A in marg.: Responsio. 17. A: exemit: ib. A: eximit simpliciter; eum deest; B: similiter. 18. BC: curatorum. 19. BC: perfecciores satisfacere; ib. A: ut exterrentes; B: exterientes; C: nec exercentes. 21. A: Nec cor valet. 22. A: private dicere. 31. B: Si ergo. 36. A in marg.: Opera misericordie; B in marg.: Declarat septem opera misericordie spiritualis; ib. A in marg.: 1.

Digitized by Google

II. Counsel, which must tend not to wordly profit but good life.

Secundum opus misericordie est sane consulere non ad mundane mercandum nec hostes corporales provide invadendum nec ad aliud huiusmodi mundanum consilium, sed per que media debet catholicus apcius beatitudinem vel regnum celorum acquirere; et sic solum ad virtutem vel eius opera videtur esse evangelice consulendum, non ut quis fiat de religione privata vel faciat opera quoad mores neutra sed relinquendo hoc impulsui Spiritus qui in virtuosis nunquam deest, licet carentes spiritu divini consilii ex ficticia humani arbitrii multiplicantes secundum suas tradiciones humana consilia multipliciter perturbant ecclesiam.

III. Reproof. None nowadays to rebuke the powerful.

Tercium opus spiritualis misericordie est subiectos cum prudencia castigare. Sophisticatur autem hoc castigacio specialiter in prelatis, cum vix unum reperies quin vel propter fastum aut lucrum vel non secundum claves consciencie vel cum Heli sacerdote peccet desidia. Ubi est modo Baptista qui Herodem propter peccatum publicum publice arguebat? Ad personas quidem simplices secundum formam que lucrum aut questum sapiunt declinamus, sed in personis potencioribus ubi foret maior obligacio, maior utilitas et gloriosior triumphus, castigacionem talem omittimus, quia non in nomine Domini mandamus sed in nomine principis huius mundi. Hoc autem genus castigacionis habet in secularibus minorem calumpniam, cum ipsi innitentes et confidentes in tradicionibus humanis audacius puniunt in leges hominum delinquentes. Et hec racio quare plus confidens de dominis temporalibus, tam crebro monebam eos ad clericos castigandum. Habent enim iurisdiccionem saltem ad suos tuendum et Antichristi discipulos invadendum. Viri autem apostolici qui sunt veri Christi discipuli in omni timore sint eis subiecti, sicut Christus et Petrus eius vicarius docuerunt.

IV. Consolation. This specially binding on the clergy.

Quartum autem opus spiritualis misericordie est fractos et debiles consolari, quod licet statui cuiuscunque conveniat, tamen curatis qui debent esse medici animarum debet autonomatice convenire. Et cum superiores tantum desolant eciam fratres suos quod volentes

1. A in marg.: 2. 2. A: ad deest; ib. C: hostes carnales. 7. A: privata deest. 8. C: mores necessaria; ib. A: sed relinquendo deest. 10. B: spiritu deest; ib. A: dominii consilii. 13. A in marg.: 3. 16. A: quin propter. 17. B: deissidia. 20. A: fastum questum sapuerunt. 24. A in marg.: De septem operibus spiritualis misericordie. 26. A: mittentes. 27. BC: leges deest. 28. A in marg.: Nota. 33. B: Christus deest. 35. A in marg.: 4. 37. A: eveniat; ib. A: quia debent. 38. A: et deest. 39. BC: et fratres.

Digitized by Google

secundum legem Domini edificare ecclesiam persequuntur, statuentes sibi iurisdiccionem et reservantes sibi infundabiliter certi peccati absolucionem cum aliis censuris ac tradicionibus magis nephandis, quam erant pharisaice, 5 et si aliquem qui de mundo ipsos iuvare poterit ipsum secundum temporalia et non celestia consolantur, quia totum hoc brachium secundum iudicia hominum reputatum est a vero corpore Christi discontinuatum et cum terrestribus aggravatum, ideo nisi ecclesia Christi con- 10 solacionem habuerit aliunde per ipsos, non sapiet celestia sed terrena.

Quintum opus spiritualis misericordie est iniurias sibi illatas remittere quod aliquantum sed nimis remisse competit brachio seculari; ipsi enim remittunt ma- 15 ximas iniurias sibi illatas a clericis sed meritorius remitterent in casu in quo illis benefacientes misericorditer instrumenta peccandi subtraherent; econtra autem laici fideles sophisticantur per clericos quod ipsi penam et culpam eorum remittunt vel quotam partem 20 aptari viderint ad mercandum. V. Forgiveness.

Fol. 170a Sextum opus spiritualis misericordie est iniurias in dictis | vel factis proximi instar Christi equanimiter tolerare; quod vellem utrumque brachium ecclesie prudenter cognoscere et contra phariseos instar prime 25 regule acute invehere. Non enim est virtuosa tolerancia fovere periculosas et manifestas iniurias, ut quis posset ab illis secundum doctrinam Christi sagaciter declinare, sed sufferre contumelias et opprobria propter hoc quod quis partem Christi detegit et defendit; hoc est 30 opus spiritualis misericordie, sed quod licet non in presenciarum, cum postmodum homines quantumcunque primo in opere et verbo asperi postmodum quietantur. VI. Patience in bearing injury.

Septimum opus spiritualis misericordie est pro omnibus eciam inimicis humiliter exorare; ad quod requi- 35 ritur in orante prima disposicio virtuosa, unde si prelati a lege sui status exorbitant, nulli sunt magis indispositi ut orarent pro populo vel ministrent ecclesiastica sacramenta. Cum autem factum sit Deo accepcius quam est sonus, patet quod oracio qua Deus placatur 40 debet magis constare in iusticia operis quam in verbis. VII. Prayer. which consists chiefly in good life.

5. A: si aliquid; ib. BC: de deest. 12. A in marg.: 5. 13. A: ad aliquantum. 14. A: remittunt sibi. 15. A: a deest. 27. A in marg.: 6. 28. BC: dictis vel deest; ib. BC: instar Christi deest. 30. A: secundum quodlibet. 31. A: unde postmodum. 32. BC: verbis afferi; ib. A: postmodum deest. 37. A: orent.

Digitized by Google

Fructus tamen labiorum est in virtuoso laudabilis, unde signanter mandando docet Dominus ut omnes homines sint misericordes (ut patet Luce VI°), sed secundum formam captam a Christo (ut exponitur sermone proximo). *Estote*, inquit, *misericordes, sicut et Pater vester misericors est*. Tales enim secundum promissionem Christi Matthei V° misericordiam consequentur. Sed indubie *nisi habundaverit iusticia vestra in ista spirituali misericordia plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum*. Ideo oportet illis relictis attendere aliud virtutis principium quod est Christus.

The highest work of mercy would be to correct bad prelates.

Ex istis colligitur quod summum opus misericordie viatoris foret in phariseis prudenti misericordia peccata corrigere. Patet quia misericordia est in effectu relevare miserum a sua miseria. Sed hoc fieret exercendo misericordiam in illis potissime; sunt enim magis miseri per peccatum et magis misere captivant subditos, cum secundum Judam sunt *nubes sine aqua* celeste lumen et graciam a fidelibus eclipsantes. Non enim videtur michi quod sint secundum misericordiam iusticiariorum corporaliter occidendi, sed prudenter ad statum primevum et per subtraccionem fomitis sui criminis reducendi; tunc enim proficerent in capiendo fideles in suis retibus, ubi iam laborantes in nocte tenebre et peccati nichil forte capiunt nisi in rete diaboli; oportet autem quod fideles capiant in verbo Christi.

SERMO XXXVIII.

Nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Matth. V°, 20.

The three parts of the Church.

Constat quod ecclesia integratur ex tribus partibus quarum prima generacione et infima perfeccione est vulgus vivens de laboricio vel arte mechanica; et ista

1. BC: tamen deest. 2. C: signando; ib. A: mandato. 5. BC: et deest. 6, 7. BC: promissiones. 7. C: Matthei V deest. 7. 8. A: consequuntur. 10. B: introibitis. 15. A in marg.: Quid est misericordia. 18. C: captivare. 23. B: per deest. 24. A: et tunc. 27. A in deest. 28. B: Christi etc. 29. A in marg.: XXXVIII. 30. BC in marg.: Dominica sexta; ib. C in marg.: post Trinitatis. 31. B: introibitis. 33. B: generacior; ib. A: infirma: ib. B: perfeccior: ib. A in marg.: 1.

19. Judae 12. 30. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 14—17.

Digitized by Google

pars est bona et secura, si servet Dei mandata et labori fideliter sit intenta. Secunda pars ecclesie melior sunt domini temporales, et illa pars perficiens quod incumbit suo officio est perfeccior sed periculosior. Officium autem suum est legem Dei defendere, servos Christi protegere et Antichristi ministros opprimere. Hec enim est causa cur portant gladium, et rex secundum Augustinum est vicarius deitatis. Est autem iste status periculosus et pronus, ut superetur superbia, cupiditate mundana et voluptate accidiosa. Tercia vero pars ecclesie optima est clerus dum perficit quod incumbit suo officio; debet enim mundum relinquere, ecclesiam vivificare ut spiritus (sicut notatur Luce IX°) et omniquaque proxime sequi Christum. Si autem pars ista apostatat, nulla est peior vel profundior Antichristus, quia ubi gradus vel status est alcior est casus gravior, ut patet de Lucifero, de sacerdotibus qui Christum occiderant et de Juda. Sicut enim Moyses et Aron sacerdotes primi legis veteris erant optimi et declinando a lege erant pessimi, ut patet in fine sue successionis tempore Christi, sic in lege nova Christus et apostoli erant optimi et declinando a paupertate Christi ad seculum sunt pessimi tempore Antichristi. Ipse enim maxime contrarius legi Christi que est veritas et sic Antichristus tamquam ypocrita duplicitate sua seducet populum et illum credunt aliqui esse papam de apostatica multitudine aggregatum. Iste autem clerus sic perversus dividitur in seculares et religiosos tempore utriusque testamenti; quos Christus tam crebro vocat scribas et phariseos; et isti indubitanter sunt pessimi, cum Christus qui non est *personarum acceptor* ipsos plus exprobat (ut patet Matthei XXIII°).

Supposito ergo secundum testimonium Augustini, Chrysostomi et aliorum sanctorum, qui sunt scribe et pharisei tempore utriusque legis cavendi, patet quod Christus dando doctrinam generalem quoad tempus

Labourers.

Rulers.

Priests. They form the best part when they do their duty; the worst when corrupt.

Now Antichrist is at their head.

2. A in marg.: 2; ib. BC: melior deest. 3. A: pars deest. 4. BC: melior sed. 7. A in marg.: Rex secundum Augustinum est vicarius deitatis. Idem dicit doctor de Lira cap. XIII et I, Paralip. Ecclesia ex tribus partibus integratur, scilicet ex vulgaribus, dominis temporalibus et clericis. 10. A in marg.: 3. 12. A: Debet autem. 13. BC: ut nominatur. 14. BC: proximo. 15. BC: apostotat. 18. A: enim deest. 20. A: sue cessaciones. 21. BC: tempore Christi deest. 23. A in marg.: De Antichristo. 26. A: esse ipsam de apostatarum. 33. B: ergo testimonio.

8. Augustini Ep. CLXXXV, Opp. tom. II, 651.

Digitized by Google

Justice includes all virtue;

do | cet quomodo preclarissima virtus iusticie est pur- Fol. 170b
ganda, et hoc est necessarium observacioni legis Domini, cum *iusticia sit omnis virtus* secundum philosophos nec sine illa aliqua lex meritorie observatur. Et patet quod in ampliacione vel habundancia iusticie supra hos scribas 5

and is of equal scope with charity.

et phariseos est beatitudo viancium adquisita. Nam iusticia est equalis ambitus cum caritate, sed ipsa debet extendere se ad omnes, unde Apostolus orat quod *caritas nostra magis ac magis habundet*, et sic iusticia nostra debet extendere se ad omnia bona mundi. Sed 10 scribe et pharisei nostri non possunt iusticiam terminari nisi in terrenis ut pecunia vel vendibilibus, quia ad illa eorum affeccio terminatur; sed Christus qui mentiri non potest dicit quod nisi iusticia hominis plus habundaverit, non meritorie intrat in regnum. Iusticia quidem 15 est in effectu tribuere unicuique quod debeat esse suum, quod oportet absolute necessario Deo competere. Ipse enim eternaliter dat sibi omne quod debet sibi competere et perpetuo dat cuilibet creature omne quod convenit ut ipsa habeat. Ideo Deus autonomatice est 20 iusticia in abstracto. Quelibet autem creatura racionalis

Human justice consists in giving their due to God,

debet unicuique tribuere non omne sed aliquid quod debeat esse suum. Et patet quod in tribus consistit humana iusticia, scilicet in tribuendo Deo quod debeat

to the good,

esse suum, in tribuendo virtuoso eius famulo quod 25 debeat esse suum et in tribuendo vicioso eius servo

to the wicked.

nequam quod debeat esse suum.

Quoad primum patet quod Deo debetur operacio et honorificencia. Cum enim omnis creatura Deo servire debeat, patet quod omnis status hominum debet Deo 30 servire servando iusticiam; ideo precipit Apostolus *servis*

To God we owe service and honour.

quod serviant dominis suis fideliter tamquam Deo, et sic tota operacio hominis que debet esse meritoria est Deo debita tamquam domino capitali. In omni autem vita viantis debet primo attendere quid foret honorificum 35 Deo suo, credendo quod sibi tamquam domino omnium sunt honoris primicie tribuende, cum omnis creata

1. A: est deest. 5. AB: amplitudine. 6. BC: viancium deest. 7. BC: ipsa deest. 12. B: pecunia et. 13. BC: Christus deest. 15. A: in deest. 15, 16. B: quidam est. 18. A in marg.: Quid est iusticia. 20. B: ideo dominus. 22. B: non esse. 24. A in marg.: Humana iusticia consistit in tribus; B in marg.: Iusticia consistit in tribus. 25. BC: virtuose. 27. BC: debet. 28. A in marg.: 1; ib. Codd.: Quod ad. 29. BC: enim deest. 37. A: omnis deest.

6. Cf. Trialogum pag. 132. 9. Phil. I, 9. 31. Eph. VI, 5.

Digitized by Google

natura in comparacione ad ipsum sit umbra et vanum prope nichil.

Tribuit autem homo virtuosis eis debitum, cum ipsos defendit vel fovet in virtutibus et prohibencia sive sint mundani honores sive temporalia prudenter subtrahit ac tercio et postremo cum parit eis abiecta organa temporalium quantum est eis necessarium ad virtutes. Quantum ad viciosos, patet iuxta sermonem proximum quod debent misericorditer castigari, a suis maleficiis refrenari et in casu de seculo tolli. Sic enim fecit Petrus cum Anania et Saphira et sic undique oportet plus habundare iusticiam fidelium quam artatam iusticiam scribarum et phariseorum, hoc est, causidicorum et religiosorum privati ordinis, sive sint possessionati ut monachi vel canonici sive fratres, quia aliter non intrabunt in numerum militantis ecclesie vel triumphancium beatorum. Unde Christus propter imperfeccionem strictitudinis huius ficte iusticie non dignatur ipsam inter iusticias explicite nominare sed eam modificat per terminum distrahentem. Et in artacione ista pharisaica cecatur populus, non credens esse iusticiam vel iniusticiam nisi circa temporalia que sensibiliter possunt emi. Et adhuc mensurat in illis secundum tradiciones humanas iusticiam.

To the good we owe assistance in living virtuously.

To the vicious we owe merciful punishment.

Audistis quia ex seduccione pharisaica dictum est antiquis: *Non occides*, quia solum occidens corporaliter punietur, cum cogitacio vel passio mentis non procedens extrinsecus in effectum non nocet ecclesie. Sed ego dico vobis quod ante opus tale sensibile est venenum inclusum in anima quod plus nocet ecclesie, cum non exeunte peccato iracundie non procedunt malefacta extrinsecus que per accidens sunt peccatum. Tres autem sunt gradus virtutis irascibilis qui in fidelibus sunt cavendi: primus est cum quis irracionabiliter irascitur fratri suo. Tunc enim incurrit divinum iudicium. Si autem quis irascitur ad Dei iniuriam vindicandum sicut Deus et Moyses, indubie promeretur, sed oportet cavere

Three degrees of anger of which we must beware.

1. A: et vacuum. 3. A in marg.: 2; ib. BC: virtuosus. 6. BC: et tercio ac; ib. dum; ib. A: parant eis; ib. BC: obiecta. 10. B: maleficis; ib. C: reservari. 11. AC: Saphira sic. 15. C: aliter deest. 18. A: structitudinis; ib. B: huiusmodi ficte; ib. BC: dedignatur. 19. BC: explicite deest. 20. BC (ut plurimum): phariseica 26. C: quia deest. 28. A: effectu. 31. A: non existente. 32. A: Triplices autem; ib. B in marg.: Nota de ira. 37. B in marg.: Omnia extrinseca opera sunt per accidens peccata sed in anima per se.

33. Cf. Trialogum, 175 seqq.

Digitized by Google

in isto mendacium ficcionis, quia corda intuens erit iudex. *Qui autem dixerit* in secundo gradu *fratri suo Racha reus erit consilio*, ut dampnacioni perpetue deputetur. Ille autem ultra iracundiam mentis absconditam dicit Racha qui prorumpit in verba inutilia ac derisoria; *qui autem* tercio *dixerit fatue* in verba blasphemie vel scandali prorumpendo *reus erit iehenne ignis*, quia de tali non oportet nude procedere ad iudicium, ut in primo, nec indiffinite consulere ut in secundo, sed eo ipso fertur in ipsum dampnacionis sentencia diffinite. Ideo dicit Christus Matthei XVIII°, 7: *Ve mundo ab scandalis.* | Sed quia in omnibus hiis gradibus est possibile resipiscere et salvari, ideo signanter in omnibus hiis tribus additur divina sentencia de futuro. Nullus enim viator ante finem peccans mente, verbo vel opere est dampnatus simpliciter, nisi in finali impenitencia perseveret; alii autem secundum quid vel secundum presentem iusticiam sunt taliter iudicati. Oportet ergo servare caritatem ad proximum nedum in anima sed in verbis et per consequens contra sentenciam phariseorum nedum operacio sed tam affeccio quam locucio est servanda, et tercio non solum cavendum a verbis improvidis et supereroganter prolatis hec secundum quintum verbum spiritualis misericordie est reconciliacio iniuriantis proximi humiliter expetenda. Et cum omnia opera que fuerint extra caritatem sint demeritoria, patet quod homo debet satisfacere, antequam procedat ad opus quantumcunque bonum de genere. *Si* (inquit) *offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quod quicunque frater tuus habet* propter quamcunque causam *aliquid contra te*, cessa ab illo opere eciam ab oblacione quantumcunque displiceat phariseis et fac satisfaccionem Deo et homini per quam merearis reconciliacionem et spirituale adiutorium fratris tui. *Et tunc* fortificatis cooperantibus *veniens offeres munus tuum*; licet enim iniuriatus sit mortuus, distans vel intractabilis, tamen Deus qui est presens ubique ultra stulticias phari-

Fol. 170a

Yet for all of them a place is left for repentance.

When we have done a wrong we must make satisfaction; to God and if possible to man.

9. B: indifficultative; C: in difficultatem. 13. BC: resistere et. 20. A: contra deest. 23. BC: prolatis hec deest. 25. B in marg.: Nota. 28. A: procedit; ib. BC: in opus. 32. BC: et ab. 35. BC: offers. 36. BC: enim deest. 37. BC: est deest; ib. A: ubilibet.

8. Cf. Opus Evangel. sive de Antichristo (M.S.) lib. I, cap. XXXVIII. 24. 'quintum verbum' i. e. remitte cf. pag. 248 l. 4.

Digitized by Google

saicas satis adest; in Deo ergo contra quem principaliter peccabatur debet peccator omnino satisfacere cuicunque iniuriato proximo, antequam post illatam iniuriam ad quodcunque opus processerit. Oportet tamen cavere in isto sicut in aliis ficcionem. Quando enim est oportunitas satisfaciendi proximo et mitigandi eius animum, debet procedi humiliter ad hoc opus et proposita opera bona de genere post satisfaccionem debitam consummare. Et hoc notatur cum dicitur *hominem relinquere munus suum ad altare.* Non autem credendum est phariseis in ista materia quod oportet omnino illis satisfacere, dando quicquid vendicant pro debito corporali, sed precipuum et pertinentissimum opus peccantis taliter contra Deum est contricione sibi satisfacere, quia Psalmo L° dicitur: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Et hec spiritualis oblacio ad altare mentis plus prodesset eciam phariseis quam solucio corporalis debiti vel oblacio corporalis. Deus enim est contra quem primo delinquitur et consequenter contra quamlibet creaturam; unde impossibile est quemquam sibi satisfacere, nisi eo ipso satisfaciat cuilibet creature. Ideo tradicio pharisaica in quam prorumpunt scribe hodie quod quicunque dampnabitur qui non dederit eis temporalia (que dicunt deberi ecclesie) est blasphemia; et sic contra sensum stultum pharisaicum quicunque in mente peccaverit est primo reus Deo et delinquit contra totam ecclesiam; ideo tota ecclesia, cum debet iuvari per talem Deo merentem, habet aliquid contra illum, et sic quamvis opus extrinsecum bonum de genere operanti proficiat septem modis, tamen opus satisfaccionis Deo in quo rite satisfaciens reconciliatur cuicunque proximo est precellens.

Yet we are not bound to give Pharisees all they claim.

Some of their claims are blasphemous.

Circa istud evangelium dubitatur utrum conversacio pharisaica plus prosit ecclesie quam conversacio secularis, et videtur Hostiensi et multis decretistis quod sic, in tantum quod universali ecclesia expurgata de heresi canonista et non theologus debet eligi in prelatum. Sed tenendum est ex fide, cum nemo peccat nisi ex defectu fidei, theologorum autem est auditui populi fidem detegere, quod nullus foret prelatus ecclesie vel custos anime nisi theologus; et quamdiu manserit hec infamis secta

Pharisees = Canonists.

Every prelate should be a theologian.

5. A: Cum enim. 6. A: mitigando. 7. A: procedi humanitus. 15. A: vel hec. 22. A: scribere hodie; ib. B in marg.: Nota. 24. BC: sic deest. 25. B: mentem; ib. BC: est primus. 27. Codd.: merentem. tota ecclesia. 32. A in marg.: Dubium; B: questio.

Digitized by Google

scribarum et phariseorum, non plene purgabitur ecclesia ab hereticis leprosis, quos oportet tam theologos quam scolares dominos confutare. Immo de ipsis theologis qui a scola Christi magis degenerant est fidelibus plus timendum. Religiosi namque dotati et fratres exproprietarii deserentes evangelium plus perturbant ecclesiam, ymmo quicunque constanter et permanenter non detegunt scolam Christi sed favent Antichristo propter mundum, carnem vel seculum, sunt proditores pessimi veritatis, et ab istis hereticis foret necessarium ecclesiam principaliter expurgari. *A fructibus autem eorum cognoscetis eos*, ut si efficaciter et non symoniace predicant verbum Christi, si non mundialiter sed in vita vere paupere simulant vitam Christi et si in omnibus dictis suis et factis relictis tradicionibus pharisaicis fundant se super evangelio Christi. Sed quis scribarum aut phariseorum observat ista, | cum verba exhortacionis sue avaricia simoniaca sint infecta? Et quoad secundum patet quod clerici eciam Mendicantes exemplant pocius in vita et suis circumstanciis populo subiecto vitam pompaticam Antichristi. Patet tam ex indumentis suis, domibus, ex modo vescendi et tam fastu quam questu ad seculum aspirandi. Et quoad tercium, patet quod sicut religiones private omnes preter legem Domini fundantur in tela aranee, sic omnia dicta et facta sua sapiunt tradiciones humanas lege Dei contempta. Nam contra evangelium Luce XII°, 14 docent et hortantur in mundanis legibus laborare, cum tamen Christus ibidem iudicium humanum deseruit, dum inquit petenti divisionem hereditatis: *Quis me constituit iudicem aut divisorem super vos?* Et sequitur: *Cavete ab omni avaricia, quia non in habundancia cuiusquam vita eius est ex hiis que possidet.* Econtra vero docetur per istos quod in causa que lucrum sapuerit iudicetur, quia ut dicunt in facto proporcionabiliter ut in possessione temporalium quis habundaverit est vita eius melior et ipse maior tam apud Deum quam apud hominem, et nichil ex facto vel dicto tali est magis hereticum et blasphemum.

There are many false theologians.

Judge them by their fruits.

Fol. 170d

1. A: et deest. 4. A: degenerarent. 13. AC: in in; ib. C: vera. Codd.: non deest. Addidi. 15. A: et relictis. 17. A: istam. 18. BC: sunt infecta; ib. A: Ex quo; ib. A in marg.: 2. 19. B: et deest. 23. A in marg.: 3. 25. BC: aranea. 33. A: sapiunt. 34. B: mendicetur. 37. BC: ex deest.

Digitized by Google

SERMO XXXIX.

Misereor super turbam. Marci VIII°, 2.

Tria possunt notari supra literalem sensum in evangelio hodierno: primo quomodo ad sensum allegoricum prelatus debet spargere in capaci populo verbum Dei. Ipse enim debet esse Christus quem populus debet sequi in triduo penitencie, et post debet refici per epistolas verbi Dei, quia aliter in via ad patriam ieiuni deficerent. *Septem panes* sunt quatuor evangelia et tres libri, sapienciales, prophetales et historiales veteris testamenti, *pisciculi pauci* sunt sapienciales epistole nove legis, *populus discumbens est* plebs humilis ad audicionem fructiferam verbi divini inclinata; *septem sporte* post repleciones conversi populi sunt sapienciales postillaciones quibus posterior populus est pascendus, *quatuor millia* sunt universitas iustorum, que consistit in quatuor virtutibus cardinalibus, que universitas libero arbitrio dimittitur ut in domum Dei acceleret et correspondenter de Christi donis sereret confidenter veritates catholicas; ex quarum contrariis ecclesia Christi perturbatur, sed vecors taciturnitas indicat Antichristos.

Allegorical meaning of this passage.

Secunda sentencia rutilans in hoc evangelio est ordo et attencio elemosine corporalis. Christus enim pauperrimus ex eternis diviciis miraculose pavit non phariseos vel principes sed plebem pauperem, sic secularis habundans in bonis fortune debet prompte et provide dare egentibus. Septem autem opera corporalis misericordie patent in hoc versu:

How we should do alms.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Sex istorum patent Marci XXV°, et septimum de mortuorum sepultura patet Thobie I. Quomodo autem sit ex septem panibus pastus tanti populi cum tanta residuitate narrant multi, ut hii, quod idem panis in numero multipliciter eciam digeritur in ventribus di-

2. BC in marg.: Dominica septima; ib. C: post Trinitatis; ib. Codd.: turbam et cetera que sequuntur. 3. A in marg.: 1. 9. A: ieiunus deficeret. 14. A: verbi domini; ib. A: sperte. 15. BC: omnes postillaciones. 18. A: quatuor que universitas. 18, 19. BC: dimittuntur. 19. BC: accelerent; ib. B in marg.: Approbat postillacionem; ib. tot ge dyw (sic). 20. C: Christi veritate serere domini veritates confidenter catholicas; ib. Codd.: serere. Correxi. 23. A in marg.: 2. 26. A: et principes. 28. A in marg.: Opera misericordie corporalis. Versus. 31. B in marg.: Tres opiniones quomodo ex septem panibus populus est saciatus; sed cave.

2. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 17.

Digitized by Google

versorum, hii quod novus panis insensibiliter est creatus, et hii comparante antiquo pane ut originali fermento alia panis materia per miraculum insensibiliter applicatur; et relicta prima via impossibili videtur michi tercia probabilis, relinquendo noticie prime nature, unde et quomodo nova panis materia exalatur. Sed de illis septem panibus credo hunc populum esse refectum non precise de illis sed principaliter et originaliter, sicut ex doctrina apostolica tota ecclesia est instructa. Septem autem opera corporalis misericordie debent declarari populo (sicut supra Sermone XXXIIII° de septem operibus spiritualis misericordie declaratur), specialiter cum Christus in finali iudicio et presencia angelorum, salvandorum hominum ac eciam reproborum recitabit hec opera activis viantibus plus sensibilia. Sedere autem Christum super sedem maiestatis sue (ut habetur Matthei XXV°) est iudicare stabiliter secundum potestatem iudiciariam eternam, cui non est possibilitas evasionis vel latentis condicionis. Presciti autem erunt a salvandis tam localiter quam condicionaliter separati, sicut pastor segregat oves ab edis; oves quidem ponentur a dextris Christi, quia fruentur bonis Dei pocioribus et (ut creditur) ab humanitatis Christi dextris locabuntur. Oves autem Domini salvandi propter fructum quintuplicem quo prosunt ecclesie, hedi autem dicuntur dampnandi propter extollenciam qua diabolice petunt alta, propter fetorem peccati, propter destruccionem arborum ecclesie et propter vilitatem finalem qua carnes eorum non sunt sapide ut beati | . Tunc dicet rex predestinatis hiis ovibus: *Venite benedicti patris mei et possidete*, hoc est, post tribulacionem quietem habete, *regnum celorum quod vobis fuit a mundi principio preparatum. Esurivi enim et sitivi, et me* in membris meis tam cibo quam poculo *recreastis, tercio hospes eram et me in hospicio recepistis;* quarto *nudus et cooperuistis*, quinto *infirmus et visitastis* et sexto *in carcere et mihi ibi* misericorditer *advenistis.* Septimum autem opus misericordie (de quo Thobie primo), licet non hic exprimitur, tamen in tercio satis intelligitur; nam tumba in qua colligitur corruptus est hospicium mortuorum. Christus autem quia

The people should be taught the seven works of mercy.

Fol. 171a

1. A: panis deest. 1—3. BC: est creatus — insensibiliter deest; originali; Cod.: origali. 4, 5. A: probabiliter. 5. A: et deest. 7. A: non pure. 11. A: XXXVI, recte XXXVII; ib. A in marg.: Nota. 22. A: fruebuntur. 28. BC: propter inutilitatem. 32—34. A in marg.: 1, 2, 3. 35. A: nudus eram.

Digitized by Google

non fuit corruptus in corpore (iuxta illud Psalmi XV°, 10: *Non dabis sanctum tuum videre corrupcionem*) et sic nec anima nec corpore fuit tunc in miseria, non explicat hoc opus misericordie sicut nec fuit explicatum in semet ipso, nec querent boni affirmaciones nec mali negaciones propter ignoranciam facti. Sed dicent volvendo hoc in corde propter admiracionem misericordie facte electis in concessione beatitudinis et propter stuporem miserie facte reprobis in negacione felicitatis.

Christ says nothing of burial because His body had not seen corruption.

Sed hic dubitatur communiter quomodo Christus capit predicacionem suorum membrorum, cum distinguitur personaliter ab eisdem. Videtur enim per idem capere predicacionem cuiuscunque persone predestinate; ex quo multa inconveniencia inferuntur, ut puta quod Christus nascitur, moritur et quomodocunque et quandocunque denominatur accidentaliter predestinatus aliquis, et per consequens est maior, melior et abieccior quam est Christus; et periret omnis personalis differencia qua differet a personis ceteris.

Doubts raised as to the unity of Christ with His members.

Similiter, si Christus sit quodlibet membrum suum post ascensionem, per idem fuit quodlibet membrum suum ante incarnacionem, et sic maneret in eternum in lege tam nova quam veteri incarnatus. Non enim videtur racio quod sponsus ecclesie aliquando sit eadem persona cum ipsa et quolibet eius membro, quin per idem semper stante desponsacione eadem.

In oppositum est multiplex dictum Christi; quando enim singularis minister Domini in nomine eius quidquam asserit, vere pronunciat quod Dominus illud dicit. Cum enim Christus locutus est in apostolo, ipsum totum sibi assimilans quare non potest persona illa excellencior et magis nobilis dici Christus.

In isto dubio tenenda est forma verborum scripture de nulla falsitate impugnabilis ut nec fides. Sed pro responsione notandum est quod est triplex predicacio, scilicet formalis, subiectalis et habitudinalis. Habitudinalem autem predicacionem Christus recipit tribus modis:

Solution: Different kinds of predication.

4. A: explicitum in se ipso. 5. A: ut mali. 10. A in marg.: Dubium; ib. B in marg.: Utrum Christus capit predestinacionem (sic) omnium suorum membrorum et arguit quod non; deinde concedit quod sic. 12. A: quod caperet. 19. B: differt. 20. A in marg.: 2. 21, 22. BC: post — suum deest. 27. A in marg.: In oppositum. 31. A: assimulans. 33. A in marg.: Responsio A. 35. A in marg.: Predicacio triplex, scilicet formalis, subiectalis et habitudinalis; et item Christus recipit tribus modis, cum illa predicacio habitudinalis accipitur tripliciter; ib. B in marg.: Triplex est predicacio, essencialis, formalis et habitudinalis. Et habitudinalis est triplex; quarum qualibet Christus capit predicacionem.

Digitized by Google

primo cum corpus eius sit ecclesia, cum celesti coniugio copulatur. Dicitur secundum illud ineffabile miraculum quod Christus sit quodlibet membrum suum. Sic enim dicunt multi philosophi quod anima cum qualibet parte quantitativa corporis humani sit eadem persona que totus homo. Secunda habitudinalis predicacio est qua dicitur panis quem ecclesia diffinit in secreta ferie quarte Quatuor temporum post Exaltacionem sancte crucis constare ex terre fructibus; et testimonium ecclesie in hac parte est efficacius quam testimonium omnium sectarum que obnubilant hanc fidem.

Tercio dicitur Christus secundum predicacionem habitudinalem agnus, ovis, vitulus, ut patet ex fide scripture et usu ecclesie. Istis notatis conceditur quod quodlibet membrum ecclesie est habitudinaliter sed non ydemptice dominus Jesus Christus; et alias predicaciones preter illas quas explicat ut plane innuit fides scripture expedit fidelem abicere. Unde inaniter extraneanti de conclusionibus que sequuntur dicat fidelis quod non videt quomodo ille sunt explicite vel implicite in scriptura. Sed hoc docto libenter consenciet, et sic cum modificacione conceditur quod, sicut Christus fuit persecutus per Paulum (ut dicitur Actuum IX°), sic crucifixus est per Petrum in Roma (ut dicit credenda cronica). Et sic in illis que graciam sapiunt aut virtutem denominatur in membris suis predestinatis, non autem simpliciter in persona sua propria, cum non ydemptice taliter informatur.

Habitudinally, not identically, each of His members is Christ.

Quantum ad secundum conceditur conclusio; verum tamen ex isto non sequitur quod Christus fuit incarnatus, nisi docto quod ydemptice formaliter et personaliter fuit homo; quod non fuit antequam natus fuit de virgine, et sic, tenta forma verborum scripture quousque sensus spiritus pateat, acquiret homo sensus prius absconditos, ut Matthei VI°, 24, dicit Christus: *Nemo potest duobus dominis servire.* Quod garruli multipliciter nituntur inficere, primo ex hoc quod papa secundum

We must follow the clear sense of Scripture.

2. A: secundum idem. 7. B: quam eciam diffinit. 8. B: secreto; ib. C: fieri quarte. 11. A: obnubilaverant. 12. A: Tercio modo. 14. A in marg.: Anima cum qualibet parte est eadem persona que totus homo; quodlibet membrum ecclesie est habitudinaliter sed non ydemtice dominus Jesus Christus; ib. B in marg.: Christus est quodlibet membrum suum, et econtra predicacione habitudinali que sapit graciam et virtutem et quam admittet scriptura. 23. A: Act. Act. 29. A in marg.: B. 35. A: Matthei VII; ib. B in marg.: Arguit contra dictum Christi quod *nemo potest duobus dominis servire.* Exponit late quomodo intelligitur; *Nemo potest duobus dominis servire.* 37. A in marg.: 1.

Digitized by Google

Fol. 171b confessionem beati Gregorii est *servus servorum Dei*, et per consequens servit cunctis | fidelibus, mundi principibus et sic Domino dominorum et dominis temporalibus. Similiter, multi sunt servi vel ministri communes multis dominis, ut patet de iuridicis, de armifactoribus et aliis ministris communibus, et sic potest homo licite duobus dominis servire.

What is meant by serving two masters?

Similiter, in mundano dominio sunt gradus secundum inferius et superius. Sicut ergo licet fideli servire Christo humanitus atque Deo, sic licet sibi servire sub domino et alii domino capitali; et ideo certum est quod evangelium loquitur de pure domino qui sic est dominus quod non servus; quod non potest competere creature. Christus enim humanitus fuit servus Dei, et cum quilibet alius homo de essencia sua est servus et contingenter dominus, signanter canit ecclesia quod solus Deus est dominus; verumtamen quia nomina talis excellencie usurpantur, dyabolus quem scriptura dicit esse regem super omnes filios superbie, et evangelium dicit esse principem huius mundi, dicitur equivoce usurpative et improprie dominus. Et de istis duobus dicit evangelium quod nemo potest licite vel debite servire istis duobus dominis, et per consequens nullis aliis, quia serviendo Deo active per dileccionem incurritur odium dyaboli et econtra.

Et iterum, defendendo partem Dei oportet partem dyaboli contempnere et econtra. Et sic secundum has equivocaciones de domino oportet concedere evangelium sicut iacet, et sic equivocando et extensive loquendo de dominis, videtur multis quod dyabolus in humano genere habet plures tenentes et maiores servos quam dominus Jesus Christus. Omnes enim qui in vita et opere defendunt viam virtutum et solum tales sunt tenentes Christi, et omnes qui vel in persona sua vel defensione vel consentanee tenent aut fovent ministros dyaboli sunt eius tenentes, qui sunt hodie nimis multi et inverecundi. Sed dicendum aspere foret magnatibus et cuilibet notorio criminoso, quod tamquam satelles dampnabilis tenet contra Christum diaboli partem; quod cum non pos-

The devil seems to have more followers than Christ.

4. A in marg.: 2. 11. A in marg.: Responsio. 14. B in marg.: Omnis homo essencialiter est servus sed contingenter dominus; solus Deus essencialiter est dominus. 16, 17. A: sit dominus. 17. A in marg.: Dominus accipitur dupliciter. 19. BC: super deest. 30. B in marg.: Diabolus habet plures servos quam Christus; ib. A in marg.: Nota differenciam inter ministros Christi et ministros diaboli. 36. B: verecundi. 37. B: civilibus notorio. 39. A: et cum non.

Digitized by Google

sunt aufugere, dicendum foret consequenter quod tamquam proditores Domini debent carere omni privilegio christiano, ymmo quod sunt indigni vivere eciam super terram. Et sciat pars illa diaboli licet ad tempus ex permissione Domini abutantur bonis suis et seviant contra membra Christi, tamen finaliter corruet cum paciendo sibi serviet, sicut magister eius dyabolus, velit nolit.

True priests should war against the devil.

Nec habent excusacionem sacerdotes Christi et omnino fratres qui simulant in talibus detegere populo veritatem; debent enim habere quatuor virtutes cardinales et omnia ad pugnam huiusmodi requisita, quia cum virtutes sunt connexe nec debet presbyter celebrare nisi evidenter crediderit quod sit sine vicio et per consequens virtuosus, ergo est indignus celebrare, nisi invaserit partem diaboli, habita evidenti noticia quod est talis. Et cum peccatum obmissionis sit primum et maximum, nedum presbyter talis est indispositus elemosinas a plebe recipere, sed tamquam proditor veritatis est indignus vivere super terram. Unde in Canone XI°, q. III. Chrysostomus cap. *Nolite timere: Non solum ille est proditor veritatis qui transgrediens veritatem pro veritate palam loquitur mendacium, sed eciam ille qui non libere veritatem pronunciat quam libere pronunciare oportet, aut non defendit libere veritatem quam libere defendere convenit proditor est veritatis.* Cum autem fratres specialiter obligantur ad defensionem partis Domini expurgando vicia et imprimendo virtutes in populo ut prophete, patet quod manifeste sunt tales apostate.

They may not plead the incapacity of their flock,

Nec excusat incapacitas auditorii, tum quia desidia nostra est causa quare auditorium est incapax, tum eciam quia non sumus adeo Dei consiliarii ut sciamus quomodo ipse non vult mollire corda populi et graciose suos milites adiuvare. Ideo cum in hoc mentimur ex nobis dubio et agressus virtuosus foret undiquaque meritorius et mortis passio foret nobis securior ac delectabilior quam taciturnitas, patet quod eligendo partem tam de-

1. A: aliud foret. 3. BC: eciam deest. 5. A: seviat; C: seminat. 9. A in marg.: Contra Mendicantes. 10. B: similant; ib. A in populo detegere. 14. A: sit sine mortali. 15. A: est indispositus. 18. A in marg.: Peccatum omissionis est primum et maximum. 20. B: Unde — est veritatis (in marg.: inf.) AC: Unde in — est veritatis deest. 30. B: diffidia. 35. C: meritorie. 36. B in marg.: Melior et securior est passio pro Christo quam taciturnitas.

21. Decr. sec. pars, causa XI, q. III, cap. LXXXVI. Cf. De Ecclesia pag. 429, 430.

Digitized by Google

bilem et contempnendo securam peccamus vecorditer contra Christum. Si enim in primitiva ecclesia quando fuit minus evidens de capacitate populi, non forent pugiles Christi plus strenui numquam fuisset triumphans ecclesia sic per martyres ampliata, nec fides ecclesie militantis adeo ampliata. Cum ergo ad hoc quod quis prudenter se ingerat requiritur minor noticia quam ad hoc quod prudenter obmittat, patet quod nostra vecordia est in causa omissionis huiusmodi et contemptus precepti vel consilii evangelici Matthei X°. Nam viri apostolici ydiote et post ipsos plus illiterati quos sollempnizat ecclesia ex fidei vehemencia martyribus sunt adaucti et contra istam vecordiam militum Christi foret aspere predicandum.

which cannot be worse than the materials of the primitive Church.

SERMO XL.

Attendite a falsis prophetis. Matthei VII°, 15.

Constat ex fide quod Christus est summe sapiens, Fol. 171° summe cog | noscens preterita et futura; ideo necesse est ex immensitate caritatis sue quod premuniat sponsam suam de futuris periculis; futuri sunt enim secundum vaticinium suum multi falsi fratres de utroque brachio sponse sue et specialiter de scribis et phariseis, ut dictum est. Aliter enim Christus qui non potest esse *acceptor personarum* non imprecaretur eis Ve octuplex de quo Matthei XXIII°, 13—29. *In vestimentis* autem suis simulant sanctitatem, ideo dicit Christus quod sunt ypocrite et ab ipsis falsis prophetis et fermento eorum quod est ypocrisis docet attendere. Inter omnia autem pericula nullum est maius ypocrisi secundum racionem qua homo superat dyabolum in malicia. Homo enim ex signis sensibilibus et domesticitate nature facte est pronus ad decipiendum proximum; ideo docet Christus quod non discernamus eos per vestium distinccionem sed per pravam operacionem. Cum enim omnis homo sit arbor, fructus suus est operacio resultans interiori humido, quia ex

Christ's warnings against future dangers.

1. A: securam deest. 3. B: nimis evidens; ib. B: foret. 5, 6. A: nec — ampliata deest. 9. A: dimissionis. 11. C: et deest. 13. A: audacti. 16. A: Matthei IX; ib. BC: in marg.: Dominica octava; ib. C: post Trinitatis. 19. A: premuniant. 20. B: et futuri; ib. B: secundum fidem scripture; fidem scripture extinct.; ib. in marg.: vaticinium suum. 22. BC: sponse Christi. 30. C: in signis. 31. C: nature sancte. 32. C: dicit Christus. 34. A: enim deest. 35. A: interior habitudo; ib. ex deest.

15. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 19.

Digitized by Google

We must judge men by their fruits.

intellectu et affectu bono vel malo procedunt opera meritoria vel demeritoria. Scribe autem et pharisei tamquam generacio adultera ponunt in signis suis ut vestimentis iusticiam. Sed *attendite ab illis quia intrinsecus sunt lupi rapaces,* ut patet ex opere, cui credendum est, ut qualitas arboris discerni debet ex fructu, non ex cortice vel foliis vel figura.

The evil fruit of prelates.

Fructus autem prelatorum stat in cortice excommunicacionis, non in fructu benediccionis, in verbali suspensione vel interdiccione, non in reali peccati relaxacione, in temporalium sequestracione, non in spiritualium seminacione; et sic ars hominis peccati consistit circa excommunicacionem, circa suspensionem et circa sequestracionem. Quod autem sunt lupi rapaces, ex hoc evidet quod fructus et finis quem elaborant, in quo pausant, est pecunia. Nec dubium quin rapiunt, quia aliena bona per medium excommunicatissimum auferunt. Ab istis autem debemus attendere propter tria: primo quia excommunicacio eorum inficit conviventes, secundo quia nedum rapina eorum nocet, sed consensus facinori suo maculat, et tercio quia malicia eorum serpit non minus sceleste quam sevit in veritatem malicia sacerdotum.

The wickedness begins with the Pope.

Et extenditur ista malicia a Romano pontifice usque ad infimum fratrem; ad tantum quidem secta Antichristi dispergitur. Nam quoad papam Christus Matthei XXIV°, 5: *Multi venient in nomine meo dicentes quia ego sum Christus et multos seducent.* Quilibet enim eorum dicit quod est unctus Domini ut summus presbyter et sic Christus, ymmo dicit quod habet parem potestatem in terris cum Christo humanitus et titulo Antichristi in multis implicite superaddit. Nec dubium quin multos seducit et quoad istam totam generacionem qui non patitur ab eo aliquod genus persecucionis securus est a persecucione iniqua. Nam omnes persecuntur excitando totum populum quantum sufficiunt ut fideles Deo extinguantur. Inferiores autem persecuntur mendaciis scandalosis et superiores persecuntur procuracionibus principum et censuris maioribus Antichristi. Sed heu pauci attendunt ad doctrinam Christi mandantis salu-

3. A: gens adultera. 8. A in marg.: Contra prelatos. 15. C: pulsant. 18. A: primo deest. 19. B: aput inficit. 21. A: et deest. 22. 23. A: sacerdotum — malicia deest. 24. A in marg.: Contra papam. 26. B: veniunt; ib. A: in nomine meo deest. 27. C: Christus deest. 28. A: quia est. 32. A: et quarto ad totam; ib. B: que non. 34. B: excipiendo. 35. A: fideles Domini.

Digitized by Google

berrime: *Attendite a falsis prophetis.* Debent autem fideles caute cavere de illis, censuras sophisticas contempnendo temporalia eorum cum prudencia subtrahendo, et quidquid preter evangelium dixerint discredendo; quicunque enim eis consenserit favendo est proditor Dei sui, quia non dubium sunt falsi prophete: dicunt enim expresse et contenciose quod ipsi singulariter sunt ecclesia Christi et per consequens iuxta sermonem proximum quod sunt Christus qui in ipsis loquitur. Et ita dicunt consequenter quod Christus in suis membris loquitur; quod est vera prophecia, licet ipsi descendendo nimis singulariter habeant partem falsam.

The faithful should not be misled by papal censures.

Vestimenta autem interioris hominis ut baptismus et cetera sacramentalia possunt dici vestimenta ovium, cum *iustorum sunt omnia* secundum Apostolum, vel planius potest dici quod vestimenta sua corporalia sunt vestimenta ovium pretensive. Sic enim dictum est sermone proximo quomodo dyabolus capit nuncupative nomen domini et principis huius mundi. Tales autem falsi prophete in quocumque habitu, episcopali vel fraternali, venerint, realiter veniunt in vestimentis luporum, licet ipsa dixerint esse vestimenta christianorum; quod notato fructu apostolico ex fructibus suorum operum potest cognosci. Sunt enim spine que lanas ovinas rapiunt et tribuli qui pellem Salomonis lacerant; ideo impossibile est de ipsis uvas vini letificantis animas subditorum colligere Fol. 171[d] vel ficus stabilientes et impinguantes fideles, cum sint | nature contrarie. Nam *impossibile est quod arbor bona* predestinacione *faciat fructus malos* simpliciter *vel arbor mala* secundum preordinacionem ad penam perpetuam *faciat fructus bonos* simpliciter. Unde *omnis talis mala arbor* de ecclesia *abscidetur et in ignem eternum mittetur* (ut patet Matthei XXV°). Quamvis enim non sint de vera Christi ecclesia nuncupative dicta et de humano genere ac terre viancium de qua ut arbor inutilis abscidetur, ergo ex fructibus eorum tunc plene noscentur, quando patebit quomodo sunt presciti. Nec movet quod tales rite dicant missas atque divinum servicium, quia *non omnis qui dicit* eciam in corde et

Sheeps' clothing.

Saying divine service will not gain heaven.

1. A: prophetis etc. 5. A: enim deest. 9. A: qui in se. 11. A: licet ipsi. 12. A: partem famam. 15. B: ut planius. 19. BC: autem deest. 23. A: nosci. 24. A: tribuli que. 26. A: animi. 30. B: primi ordinacionem. 30—32. A: secundum — arbor deest. 33. BC: non fuit; A: sit; ib. A in marg.: Ecclesia duplex. 36. A: igitur. 36, 37. A: cognoscentur. 38. A: dicunt. 39. A in marg.: Nota.

Digitized by Google

sermone *Christo Domine, Domine sufficit exhinc regnum celorum recipere.* Sed oportet cum debet esse servus tocius Trinitatis quod addat tercium Domine faciendo quoad finalem perseveranciam voluntatem Dei patris, quia secundum beatum Jacobum *oportet ad fidem meritoriam* 5 *facere bonum opus;* et hinc dicit Crisostomus cum decreto quod *non omnis sacerdos est sacerdos.* Sed cum illis plus quam cum aliis dyabolus sophisticat Christi ecclesiam, et ideo Christus tam signanter prenunciat et mandat eorum versuciam. Nam quicunque sunt presciti non 10 ministrant pro populo sacramenta vel faciunt talia opera bona de genere bona moraliter nisi forte secundum quid, et sic multis operibus laicalibus minus prosunt ecclesie. Et omnia ista ordinantur a Domino ut nullus nostrum de sua dignitate superbiat sed instanter bonum 15 faciat confidenter sperans de Dei misericordia et propter sua bona opera quod ad beatitudinem ordinetur quidquam ex sua dignitate status vendicet. Sed vivendo pauperem vitam ac humilem querat instanter sibi et aliis regnum Dei. Cecitas autem non dico in parte sed 20 quasi ex toto contingit dominos seculares et laycos qui manifeste instant quod mundo potencior licet fuerit secundum artem operandi inhabilis fiat presul, nec dubium quin auctorisantes, procurantes et electores licet monachi quantumcunque devoti sint plus quam priva- 25 cione quorumcunque temporalium suorum puniendi, cum secundum fidem non consentirent ad talem operam propter salvacionem tocius mundi. Et multo magis non propter retencionem illegitimam sue dotacionis vel propter conservacionem modicam vite sue. Episcopus 30 enim ut talis debet noscere predicare populo verbum Dei, nec sufficit quod per procuratorem ista faciat, sicut non sufficit quod in die iudicii per procuratorem non per se pro se et ovibus suis respondeat; tales indubie non in se beatificabuntur sed in aliis pro ipsis electis, 35 quia secundum fidem apostoli *unusquisque onus suum portabit.* Sicut ergo in cura quantumcunque abiecciori

The foreknown only minister 'secundum quid.'

Blindness of the laity.

Bishops bound to preach in person.

7. B in marg.: II. q. VII. *Non omnes episcopi;* ib. A: sacerdos est sanctus. In Decreto hic locus rectius sic habetur: Non omnes episcopi sunt episcopi. 13. B: operibus logicalibus. 16. BC: ex Dei. 17. A: quod sua bona opera . . ordinentur nec. 18. A; vendicat. 21. A: contigit. 23. B: artem episcopandi. 24. A: et procurantes. 30. B: propter deest; ib. A in marg.: De episcopis. 31. C: ut taliter. 32. BC: procuratorem; ib. A: illa.

7. Decreti sec. pars, causa II, quaest. VII, cap. XXIX: *Non omnes episcopi.* 36. Gal. VI, 5.

Digitized by Google

ad officium putatus habilior eligitur, examinatur et satis stricte disponitur, sic per locum a maiori superior electus ad curam animarum cum sit cura curarum.

Extortions of bishops as to wills.

Sed suppositis istis ut fide restat dubitandum si episcopus potest in testamenti defuncti approbacione fieri lupus rapax, nec dubium quin contingit ipsum propter simulacionem istius officii committere tam symoniam quam eciam ferocitatem lupi rapacis. Pro quo esset primo videndum de testamenti multiplicitate, de testamenti moderni fundacione et supposita optima eius parte. Ex quo iure testamentorum talium approbacio est ad episcopum devoluta.

Doubt as to lawfulness of making wills in articulo mortis.

Quantum ad primum, supponitur ex dictis alibi quod testamentum sumitur satis equivoce, cum Christus licet fundavit utrumque testamentum, tamen non testatus est in fine vite sue de temporalibus, sed de spiritualibus prudentissime est partitus. Quo supposito videtur quod illicitum est seculares in mortis articulo sic edere testamenta, quia nec Christus nec scriptura sua hoc edocet. Cum ergo illud fuit exemplar plenum et sufficientissimum ad docendum quomodo fideles debent facere, videtur quod non debent in mortis articulo sic testari.

Such will-makers are wicked or penitent.

Item, nedum apostoli et successores eorum testamentum tale habuerant, sed religiosi nostri tam possessionati quam mendicantes istud refugiunt. Cum ergo nostri viventes in seculo possunt ad gradum caritatis ipsorum ipsos attingere, videtur quod nullus prelatus debet propositum tam sanctum destruere.

Item, omnes tales defuncti vel occupantur avaricia in illo articulo ut presciti vel sunt vere penitentes de hoc quod cum tanta temporalium copia iungebantur. Si primo modo, nephandum est confirmare talium testamentum, cum secundum divinum iudicium non plus habent quam dives, de quo Luce XII°. De quo Christus testatur quod *anima sua de corpore eadem nocte a demonibus fuit rapta.* Cum ergo ex alibi dictis iniustus iniuste

2. A: districte. 4. A in marg.: Dubium; ib. B in marg.: Questio. 6. A: propter filiacionem. 10. A: optima deest. 11. A: Prima iure; ib. A in marg. inf. fol. 171[d]: Presciti non ministrant sacramenta nec faciunt bona de genere nisi forte secundum quid. 13. A in marg.: 1. 16. A: sed de spiritualibus deest. 20. A: exemplum; ib. A in marg.: a. Quod illicitum est secularibus in mortis articulo condere testamenta probatur racione multiplici. 32. A in marg.: b. 24. A: tale abnuerunt. 31. A: copula. 36. C: fuerit.

34. Lucae XII, 20: *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te.*

Digitized by Google

If wicked they have no right to dispose;

occupat | quidquid habet, confirmare testamentum talium Fol. 172a
videtur approbare partem demonum. Si secundo modo,
patet ex fide et racionibus satis vivacibus quod infinitum
melius foret talem vivendo temporalia sua prudenter
tribuere vel in quodam involucro omnia que habet ut 5
evangeliste relinquere quam cum quantacunque tunc

if penitent they should distribute while alive.

sollicitudine temporalia que sibi adiacent, ut post mortem
suam tribuantur egentibus, ordinare. Ille ergo qui im-
pedit hoc magis bonum et pro lucro sine fundamento
minus bonum stabilit multum peccat, et per consequens 10
tocius huius fori contencio est quassanda. Si enim dives
fidelis moriatur in isto proposito, tunc meretur multi-
pliciter in persona propria et ipso mortuo prudens

Distribution after death does not profit a man.

distribucio bonorum suorum sibi non proficit nisi de
quanto superstites ex distribucione suorum meritoria 15
(quod raro accidit) promerentur. Notum quidem est
quod defuncti meritum quod egit in persona propria
infinitum plus sibi proderit quam post mortem suam
meritum alienum, quia iuxta primum meritum prome-
retur beatitudinem eternam, iuxta secundum vero meritum 20
promeretur ad maximum pene purgatorie abbrevia-
ciacionem. Sed que proporcio istorum ad invicem.

In isto dubio videtur michi quod episcopi in talibus
confirmacionibus sunt tam lupi rapaces quam symoniaci;
lupi rapaces, quia sepe rapiunt sibi ex integro bona 25
defuncti, ex hoc quod meritorius eligit sibi partem
securiorem et sic nedum vivencium sed mortuorum
bona rapiunt, quod est amplius detestandum. Nam
quantumcunque sancte quis mortuus fuerit intestatus,
vendicant de iure suo quod ad eorum statum devoluta 30

Bishops rob the estates of intestates.

sunt omnia bona sua. Sed esto quod episcopus secundum
prudenciam suam elemosinarie faciat distribui bona de-
functorum, quid rogo hoc ad augmentum meriti eorum,
cum secundum gradum status quem in morte sua habu-
erant debent premiari cicius vel puniri diucius? Et sagax 35
bonorum suorum distribucio est inpertinens huic parti.
Si autem solum curatur executorum superstitum meritum
premiandi, non est pocior racio in episcopo ad distri-
bucionem huiusmodi provide dirigendum quam ad quod-

6. Codd.: evangelice. 12. B in marg.: scilicet distribuendo omnia dum vivit vel simpliciter relinquit. 19, 20. A: meretur promeretur. 20. BC: eternam deest; ib. et iuxta secundum non per se meretur. 21. C: ad maximum deest; ib. A: nisi pene. 21, 22. B: abrenunciacione. 22. A in marg.: Responsio. 25. A: capiunt. 26. BC: sibi deest. 31. A: onus statuunt omnia; ib. B: estimo in textu; esto in marg. 37. A: solum deest.

Digitized by Google

cunque opus circa bonum proprium, quia nec quoad mortuum nec quoad viventem.

Similiter, cum confirmacio testamenti talis sit omnino spiritualis, exigere propter illam pecuniam foret abho-
5 minabilis symonia. Si autem abhominandum opus presciti testatur tamquam licitum, invenitur ex parte dyaboli falsus testis et accipere propter talem testificacionem de quoquam pecuniam foret opus magis dampnabile, cum debet constare cuicunque episcopo quod propter
10 suam testificacionem pecuniam foret opus magis dampnabile nec magis proderit defuncto. Et quantum ad noticiam superstitum, includitur per confirmantem plebis illusio; non enim habet solum titulum defuncti in bonis remanentibus, quia talis ex sibi dubio nichil habet, vel
15 quomodocunque prudenter aut avare hec bona distribuerit nichil ad meritum vel demeritum, beatitudinem vel dampnacionem defuncti aut ut cicius purgaretur a purgatorio nisi de quanto meritum militantis ecclesie magis prosit. Satis enim excluduntur episcopi nostri a
20 vita contemplativa primeva, licet non alienas divicias stulte et infundabiliter collegerint super ipsos; et colligi potest ex istis quomodo testamentum modernum fuit ex instinctu dyaboli introductum. Et super hoc quod lucrum sapuit eius confirmacio a modernis episcopis
25 infundabiliter est accepta et sic iure dyaboli introducta. Fucus enim cum quo episcopi tamquam servitores populi possunt in istis sane consulere induxit legem Antichristi necessariam de messe; episcopi itaque sagaces cuperent de isto onere liberari et hortarentur multi-
30 pliciter quod seculares defuncti renuncient in manu fidelium omnibus bonis suis

To take money for confirmation of a will is simony.

The modern will is an introduction of the devil.

SERMO XLI.

Homo quidam erat dives, qui habebat villicum. Luce XVI°, 1.

35 Notata litera evangelii patet ad sensum misticum quod homo dives est dominus Jesus Christus de quo Apoc. XIX°, 16 scribitur quod *habet in femore suo scriptum:*

1. A: quod nec. 7. A: testis deest. 8. B: cuiquam. 10, 11. A: pecuniam — dampnabile deest. 11. B: nec defuncto; A: minus defuncto. 16. BC: vel deest. 17. A: liberetur. 18. C: ex purgatorio. 21. C: collegarunt. 26. A: fructus enim. 26, 27. A: seniores populi. 28. A: de me^e; inesse (?). 31. C: suis etc. 33. BC: Dominica nona; ib. C: post Trinitatis; A: et habebat. 37. A: XIX deest.

32. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 22.

Digitized by Google

The steward is an earthly ruler.

Rex regum et dominus dominancium. Villicus est quilibet dominus secularis et specialiter imperator vel rex cuius dominium est villa vel oppidum in comparacione ad amplum Christi dominium se extendens per totum mundum; et illud in comparacione ad Christi divicias in deitate absconditas est parva domus, | cuius pars superior est celum et pars inferior domus dicitur spera corruptibilium; villicus autem est quilibet rex terrenus cui Deus accommodat quidquid habet, requirens ab eo de quolibet prescito strictissimam racionem. Nam omnis homo est naturaliter servus, mendicus et accommodarius Dei sui; dissipacionis autem bonorum Dei diffamacio est erroris regis parturicio. Omnis enim peccator diffamat se ipsum apud Deum; domini locucio est consciencie mocio quomodo Deo nota est prodicio, quomodo necessaria est racionis reddicio et quomodo per mortem necessario sequitur huius ministerii deposicio. Fol. 172b

No one can have merit who has not had it while alive.

Triplex diccio interna prudentis villici sic se habet: Primo confitetur quod post mortem quando villicacio amovetur exspirat tempus merendi quod notatur in isto verbo: *Fodere non valeo.* Secundo confitetur quod confusa sit mortuorum peticio de auxilio viatorum, nisi affuerit racio meriti dum sunt in via, quod notatur in hoc verbo: *Mendicare erubesco.* Nam nec dampnati in inferno nec puniti in purgatorio habent amplius animum ad postulandum sed mendici et inverecundi actualiter procedendo in peccato superant ut sic mortuorum maliciam. Et tercio convertit se provide ad remedium salutiferum benefaciendo conservis ut ipso iam mortuo alii superstites sibi mereantur. Et nota quod ad reges pertinet primo benefacere Deo, secundo debent benefacere suis subdominis et in illis benefacerent toti populo instar Christi.

Christus enim est homo maxime dominative regnans atque liberrime, sed repugnat sue iusticie quidquam de aliqua creatura recipere sive meriti sive doni, nisi retribuat equivalens vel excellens; ergo multo repugnant divine iusticie alium hominem ab illo quidquam recipere nisi retribuat equivalens vel excellens.

The steward was not fraudulent.

Nec intelligendum est quod villicus fraudavit false dominum per quinquaginta cados olei et viginti choros

4. A: quod notum est se extendere. 12, 13. A: erroris regiminis. 15, 16. BC: quomodo — reddicio deest. 18. A: villici deest. 19—20. A: primo — amovetur deest. 23. BC: dum viarunt. 26. A: verecundi. 27. BC: in sic. 29. A: per superstites. 32—38. A: instar Christi — excellens deest. 36. C: ergo — excellens deest.

Digitized by Google

tritici sed exoneravit eos ne tanto reditu gravarentur, et hinc Dominus laudavit eius prudenciam. Sepe enim accrescit regi dominium propter hoc quod multiplicatis tenentibus ex minoracione tenencie redditus minoratur. Summa ergo regum prudencia foret exonerando subtiliare possessiones cleri, ut egeat Christo conformiter, cum subtrahendo ab illo omnem dotacionem cesaream alleviaret eum ad subduplum, cum minus devocionis et spiritualis suffragii teneretur rependere, si sequendo Christi pauperiem non acciperet a Deo redditus temporales. Et innaturalitas huius dotacionis inhabilitat clerum ad tantum merendum ut prius et obligat ad amplius promerendum. Ideo non dubium quin clerus alleviatus per dominos temporales ab ista obligacione Luciferi daret illis ut sic mercedem meriti amplam in patria, cum exhinc disponerentur ut alcius ac retribucius sint beati.

It would be wise in kings to lessen the possessions of the clergy.

Et patet quod reges in dotando taliter multipliciter se ipsos dampnificant, quia quoad mundum se pauperant, oratores suos ad merendum inhabilitant et sic tam temporaliter quam spiritualiter totam communitatem dampnificant. Et eodem modo expedit sepe dominis secularibus quod dominium suum subtilient, cum ex hoc racio Deo reddenda sit levior. Et patet communis experiencia quod conglobacio multorum dominiorum in eadem persona confundit rempublicam. In seculari tamen oportet esse proporcionabile de seculo, ideo villicus subtraxit a seculari viginti et a clericis quinquaginta. Filie tamen sanguisuge clamant prime *Affer, affer*, et tamen notum est quod sepe est magis meritorium quod reges alleviando de sarcina auferant ab indignis, qui (ut docet parabola Christi) exhinc in eterna tabernacula sunt recepti.

Even secular lords may own more than is good for them.

Oleum autem signat devocionem cleri, que debet esse ecclesie cibus subtilior et delicabilior quam panis dominis secularibus correspondens. Debet eciam granis esse uve constancior ex quibus vinum affluit, quia eliquatus de seculo super terrestria et aquatica supernatat.

Ex istis colligitur quomodo dives prudenter distribuens mammona in quo est tanta inequalitas parti-

4. A: ex minora commune. 5. A in marg.: Contra dotacionem; ib. A: subtiliores. 9. A: teneretur deest; ib. A: sic sequendo. 10. BC: de Deo. 11. BC: Sic naturalitas. 12. A: ad deest. 16. A: et retribucius. 17. A in marg.: inf. fol. 172b: Contra dotatos ac eciam dotantes clericos. 22. A: subtilietur cum exhinc. 23. A: patet deest. 24. Codd.: dominorum. 27. A in marg.: De sanguisuga. 31. A: exhinc deest. 32. Codd.: qui. 33. C: delicacior. 34. BC: grani. 38. BC: mammonam.

28. Cf. Trialogum pag. 440.

Digitized by Google

cionis faciet sibi amicos ad beatitudinem acquirendam. Vult enim Deus ex bonitate sua immensa prestare dominis seculi eius vicariis terrenas divicias et licenciare eos ad quomodolibet iuste pro utilitate eorum et non Domini consumendum, ut illos licenciat ad cremandum, illos autem ad provide dandum et illos ad bona Dei ab iniuste detinentibus caritative spoliandum, quia aliter mammon in clero dominaretur sine remedio ordinato per Christum ad iniuriam ex eius iniusta occupacione temporalium vindicandum. Olim enim tempore Machabeorum fuerunt gloriosi martyres, quia noluerunt comedere carnes suillas (ut patet 2 Machabeorum VII°); quanto magis subiret sacerdos Christi martyrium defendendo Christi pauperiem et renunciacionem temporalium, cum ista causa sit longe sollempnior et Antichristi imperti-nencia defensionis eorum contra Christi sentenciam induracior? Et tamen partem Antichristi tenent fratres et maior pars cleri concorditer. Nec dubium quin domini seculares consenciunt, quia | defendunt addicione et manutencione eorum que parentes eorum contra consilium Christi cece presumpserant; et in isto consensu inficitur totus mundus. Sic ergo in dacione triplicis elemosine consistit activi largicio, primo in dando captivis Christi ut pauperibus, cecis, claudis atque debilibus, secundo in dando curatis decimas et oblaciones ut leges limitant, et tercio in dando pro pontibus, pro stratis et basilicis construendis cavendo semper de falsis prophetis et aliis inanibus verbis seducentibus et tunc meretur ista activa vita eterna tabernacula.

God gives to secular lords the power of dealing in all just ways with riches.

Fol. 172c

Alms should be 1. gifts to captives (including the sick and poor), 2. dues to curates, 3. for building roads and churches.

Et nota quod solum duos tenentes allocutus est hic villicus, ad denotandum quod solum duas gentes vocavit Dominus, scilicet gentem gentilem atque Judaicam; gentiles autem vocavit in clerum quibus iniunxit penitenciam quinquagenariam et precepit ut cito scriberet medietatem possessionum suarum divisam pro sorte Domini et constanter viveret in pauperie Christi. Judeos autem precepit vivere in pane decalogi in octogenario novi testamenti. Et hec racio quare primo remisit quinquaginta et secundo viginti.

Et consimilis est notabilitas in quolibet verbo evangelii. Sed obicitur quod Beda super isto loco dicit quod

2. C: Voluit. 6. BC: autem deest. 11. BC: quia deest. 12. A: VII deest. 14. B: renunciacione. 15. A: Antichristus. 21. A: Christi ecce. 22. A in marg.: De elemosina. 23. A in marg.: 1. 24. A: ut deest; ib. A in marg.: 2. 26. A in marg.: 3. 30—39. A: Et nota — evangelii deest. 40. A in marg.: Obiecccio triplex; ib. B in marg.: Questio.

Digitized by Google

non omnia facta villici sunt trahenda in consequenciam, innuens quod menciendo decepit proprium dominum suum.

Objections: 1. from the character of the steward.

Item, totum est sensus parabolicus, sed ille sensus nichil probat nisi de quanto probatus fuerit aliunde. Item, spoliare possessionatos de donatis eis in perpetuam elemosinam videtur esse contra legem Dei et hominum.

2. Parable is not proof. 3. It is wrong to take what was given in perpetual alms.

Ad primum dicitur quod oportet Bedam hec opinative dicere, tum quia nec relucet racio nec auctoritas hoc contestans, et Christus infinite potencie atque memorie posset eligere in hoc veram parabolam, ut sonat evangelium. Non enim est evidencius quod ballivus regis, vel villicus sic fraudavit suum dominum quam quod sibi ex prudencia bene fecit.

Answer. 1. It is not certain that the steward was defrauding his lord.

Quantum ad secundum dicitur quod iste sensus, ex parabola ista elicitus, est cum facto et statu ecclesie demonstrabilis, ideo nichil nocet sed pulchrificat, quia post racionis certitudinem parabolice confirmetur. Quid enim patencius quam quod clerus dotatus sit per dotacionem ad promerendum ecclesie amplius obligatus? Et iterum planum est ex fide quod clerus ille sit exinde ad promerendum sibi et aliis amplius retardatus. Ideo ex istis patescit quomodo elemosina foret affectabilis tam clero quam secularibus dominis ab isto insolubili liberari.

2. Reason proves what the parable confirms.

Quantum ad tercium, patet quod sic spoliare occupantes iniuste foret Deo acceptum et debet ab hominibus acceptari, quia Sap. X°, 19 scribitur: *Iusti tulerunt spolia impiorum*, et spoliare non per se dicit actum pecabilem, vel si ad hoc restringitur, patet quod non ex oblacione temporalium quibus ecclesia oneratur, non foret illius ecclesie oneracio, sed misericors alleviacio, et quamvis clerus ad tempus insaniat, tamen finaliter regraciabitur sic misericorditer adiuvanti; febricitans enim vel alter infirmus imprimis fert graviter artem sanandi, sed gaudet postmodum ferens grates. Et si obicitur quod per idem a quocunque seculari occupante notorie iniuste bona ecclesie debet homo auferre meritorie, et gigneretur spissim turbacio, et periret undique lex humana; ad

3. Wrongful occupiers ought to be deprived.

2. A: proprium deest. 4. A in marg.: 2. 9. A in marg.: Responsio triplex. 12. A: unam parabolam. 13. A in marg.: 1. 16. A in marg.: 2. 18. 19. A: quod racionis. 19. A: rectitudo. 21—23. A: obligatus — amplius deest. 26. A in marg.: 3. 28. A: XV; BC: XX. 31. A: quilibet in ecclesia; ib. B in marg.: Argumentum forte contra Wy. sed prava solucio. 34. A: sic deest: ib. A: misericorditer deest; ib. BC: et febricitans. 38. A in marg.: Obieccio.

Digitized by Google

istud sepe dictum est, quod multiplex est diversitatis racio: prima quia lex civilis ex sua imperfeccione non ita specialiter considerat abusum temporalium quoad Deum, sicut lex vocate dotacionis elemosine, cum ex natura elemosine continue subiacet potestati elemosinantis, ut melioretur vel percepta ignorancia corrigatur. Sic autem non canit civile dominium. Secunda racio diversitatis, quod civiles domini per unam brevem periodum vel eius particulam manent mali; in dotacione autem predicta manet perpetuitas infundabilis et error contrarius legi Dei, et ideo ex parte Dei debet error iste tam periculosus pro utriusque partis utilitate corrigi celeranter.

Distinction between endowments and property.

Ex istis patet tercio plana racionis diversitas pro solucione obiectus; nam vel oportet docere quod clerus dotatus possidet hec dominia secularia pure ex iure civili vel negare argumentum a simili. Sed carte elemosinarum et facta cotidiana indicant quod in alio foro quam civili dominio oportet istos elemosinatos querere fundamentum, ideo cum hoc forum sit tam extraneum a civili dominio, quomodo propter eius melioracionem turbaretur vel destrueretur civile dominium, quin pocius patenter purgaretur et fortificaretur, ut patet de facto antequam dicta elemosina fingebatur? Si autem propter hanc melioracionem secundum legem Domini ad tempus turbaretur populus undiquaque, hoc tamen non est argumentum quod non debeat attemptari, quia Matthei X°, 34 dicit Christus: *Non veni pacem mittere in terram sed gladium.* Et sic iuxta istud non foret per apostolos vel eorum discipulos legis Dei predicacio vel manifesta tyrannorum reprobacio, sed difficultas foret quomodo clare deducitur quod subtrahere temporalia a clero dotato foret ipsam illis oppressam et apostatantem multipliciter revelare. Pro quo primo videtur notandum quod secundum legem Dei et hominum sic dotati obligantur plus dotantibus quam perante et magis prodesse ecclesie. Patet primo quia ad maioritatem | prodessencie in cartis secundum voluntariam iusticiam (ut de facto supponitur) se multipliciter obligarunt. Secundo cum talis dotacio sit digna temporali precio et non omnino racionabilis (ut supponitur sine causa aliqua), est causa fructus dotacio-

Either they stand on different ground or endowments rest purely on civil right.

We should not be deterred from reform by fear of disturbance.

Fol. 172[d]

1. A in marg.: Responsio. 4, 5. BC: nature elemosinacione. 7. A in marg.: 2. 10. BC: et deest. 13. A in marg.: 3. 18. B: elemosinantes. 30. A in marg.: Difficultas notabilis. 34. A in marg.: Responsio. 36. A in marg.: 1. 37. A: voluntarium instanciam. 38. A in marg.: 2. 40. A: tam. Hic locus corruptus esse videtur.

Digitized by Google

nis huiusmodi et nulla si non maioritas spiritualis suffragii. Tercio quia sic dotati debent post dotacionem pro patrono dotante oraciones speciales et elemosinas dare limitatas multiplices, sed ista non indifferenter et stulte faciunt sine causa; ergo cum non sit causa salubris fingenda a patrono, nisi maioritas spiritualis suffragii, videtur quod oportet patronum cum isto excessu (ut ipse credit atque communitas specialiter) relevari, aliter enim sophisticarentur per membra dyaboli. Hoc ergo supposito probatur quod tam dotantes quam dotati in hoc altrinsecus sunt decepti. Nam in maiori parte vel semper contingit oppositum, cum sine dotacione forent plus habiles ad promerendum toti ecclesie. Nam Christus omnipotens et omnisciens cum primevis prudencioribus eius discipulis ad dandum exemplum ecclesie practizavit oppositum; ideo vel oportet fateri in ipso blasphemiam vel credere quod vita talis superior, penalior et a confederacione cum mundo remocior sit meritorior. Nec valet fingere quod tunc talis vita exproprietaria fuit perfeccior sed modo stabilita ecclesia excedit dotacio, quia sic posset imponi calumpnia virtuti cuilibet quam Dominus exemplavit et fratres cum aliis hodie exproprietarie viventibus forent scandalisati et vita evangelica instabilis et ex processu temporis per se corruptibilis et undique imperfecta. Nec foret ab aliquo exemplo Christi regulariter nunc vivendum et multo magis quelibet privata regula preter illam que voluptatem sapuerit foret ad libitum transmutanda.

Endowments are fruitless to the founder if they do not increase merit;

and this they cannot do since they are contrary to God's ordinance.

Nec vertitur fideli in dubium quin modus vivendi quo possessionati hodie sunt dotati differt specifice a modo vivendi quo Christus et alii exproprietarii susceperant elemosinas temporales. Nec valet quod quibusdam sacerdotibus Christi proficit sic vivere et aliis modo fratrum, quia colorate diceretur quod quibusdam sacerdotibus proficit coniugari et aliis caste vivere, sicut vixerant apostoli; sed obmissio ponderacionis huius differencie habilitatis foret inter sectas dampnabilis, et sic

The life of friars may be good for some men, but this does not justify the order.

2. A in marg.: 3. 3. A: dare deest. 4. A: differenter. 6. A: a deest. 8. A: spiritualiter; ib. AB: enim deest. 12, 13. A: abiles; C: abiliores. 17, 18. B: cum confederacione. 20. B in marg.: Reprobat hoc quod aliqui sacerdotes vivant pure sine temporalibus exproprietarie et alii in temporalibus, et est hic contra decretum illa eius exprobacio si non contra evangelium; ib. BC: sic deest. 24. BC: per se deest. 26. A: modo vivendum; ib. A: persona regula. 27. A: voluntatem. 32. A: alias elemosinas. 34. A: coloracius. 35. C: cape vivere. 36. Codd.: obmisso; ib. A: huiusmodi.

Digitized by Google

possessionati nec secundum corpus nec secundum animam sunt plus habiles ad ecclesie promerendum, et cum obligant se ad plus merendum, videtur quod obligant se ad oppositum in adiecto; prudencia ergo foret ac elemosina obligacionem illam destruere. Et ex isto videtur quod quicunque plus capit de temporalibus quam promovet ad eius ministerium ut sic peccat. Sed sicut grandevi facti impotentes corpore magis de bonis Dei consumunt sic debent magis matri sue proficere. Nec dubium quin, ut aliqui magis prosunt ecclesie magis secundum spirituale suffragium, prosunt cuilibet eius persone, ut patet ex vi communicacionis sanctorum in comparacione spiritualis prodessencie ad carnalem. Alia autem est racio ex sollicitudine dotate ecclesie circa alimenta et tegumenta secundum quam ex evangelio Matthei VI° manifeste inficitur, nam exigere multitudinem sollicitam ad custodiendum vitam suam ultra hoc quod fecerunt Christus aut eius apostoli foret sollicitudo plus culpanda.

He who profits the Church profits every member of it.

SERMO XLII.

Cum appropinquaret Jesus Jerosolimam videns civitatem flevit super illam. Luce XIX°, 41.

We ought all to weep for sin and specially for our own.

Notata historia patent tria ad edificacionem ecclesie attendenda, primo quomodo quilibet fidelis debet plangere peccata sua et populi, cum Christus qui peccare non potuit tribus vicibus ita fecit. Maior autem est racio vel saltem proprior, unde persona peccati particeps debet dolere de crimine quam omnino immunis ab illo gracia pene alterius ex amore dolens; unde peccatum desidie dissequendum Christum in isto dolore est unum de subtilioribus et communioribus peccatis que diabolus introduxit. Per hoc enim offenditur contra primum mandatum decalogi. Pro quo supposito in quolibet peccato et nonnisi racione peccati fit Deo offensio atque iniuria. Secundo supposito quod plus mota plus displicet

4, 5. BC: ab elemosina obligacione. 5. A: et deest; ib. A in marg.: Conclusio. 6. A in marg.: inf. fol. 172[d]: Quod dotantes et dotati altrinsecus in dotando sunt decepti. 7. A: Sed fit grandem. 9. BC: sed debent. 10. A: prosunt — magis deest. 12. BC: et comparacione. 19. BC in marg.: Dominica decima; ib. C: post Trinitatis. 20. A: appropinquasset. Vulgate: *Et ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam.* 22. C: Notata ex historia. 23. A in marg.: 1. 26. C: saltem prior. 27, 28. A: ab illo pure ex alterius amore. 29. A: dissequendi. 31. A: introducit; ib. A in marg.: 1. 34. A in marg.: 2.

19. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 24—27.

Digitized by Google

de iniuria plus dilecti. Ex quibus patet tercio quod omnis christianus debet dolere de omni peccato et specialiter proprio, cum Deus quem omnis homo debet diligere ad quodcunque peccatum offenditur. Item, ille est infidelis servus qui videns dominum suum dehonorari et contempni et tamen nec obviat neque dolet. Arma autem Christi sunt iusticia, misericordia et veritas que in quolibet crimine sunt versata. Ideo ille est infidelis servus Christi qui ista dissimulat. |

Fol. 173a

We consent to sin when we have power to correct it and do not.

Item, una sex specierum consensuum est quando homo emendare potest et negligit, sed omnis viator non dolens de quolibet peccato emendare potest et negligit, ergo consentit, nam peccatum proprium emendare potest; et cum omnis peccati emendacio sit adeo placendo Deo et dolendo de iniuria sibi facta, meretur homo ut Deus mitiget peccati maliciam. Et hec est racio correpcionis fraterne. Secundo docet Christus (secundum Chrysostomum) quis debet effectualiter dolere de crimine et ubi debet incipere, dum Christus intravit in templum ut dominus et symoniacos deiecerat, docens in hoc quod reges et domini temporales debent vindicando Dei iniuriam a clero incipere, quia ipse perversus ut radix vel stomachus inficit residuum corporis Christi. Patet autem hoc debitum ex lege dileccionis Dei, vindicando suas iniurias ad quod secundum Apostolum data est eis potestas, cum aliter peccarent proditorie ex consensu. Proni (inquam) sunt ad vindicandum suas iniurias, sed tepescunt in vindicando iniurias Dei sui. Ideo Timothei III°, 2 scribit Apostolus quod *in novissimis diebus erunt homines se ipsos amantes: omnes enim querunt que sua sunt* et non que domini Jesu Christi. Vindictam autem sue iniurie querere sciunt repente sed Dei iniuriam pretermittunt ac si non curarent de Deo sed plus et principalius de se ipsis.

Rulers should correct the clergy.

God gives rulers all necessary power.

Item, eo ipso quo Deus prudentissimus committit regi potestatem ad regnum iuxta suam legem gubernandum, dat sibi potestatem ad faciendum omnia opera humana

2. A: dicitur dolere. 2—5. A: dolere de — infidelis deest. 3. A in marg.: 3. 11—12. AC: sed omnis — negligit deest. 12, 13. A: igitur consentit. 14. C: fit adeo. 17. A in marg.: 2; ib. B: Christus in textu; in marg.: secundum Chrysostomum; C: secundum Chrysostomum sequitur debet incipere. 20. A: et deest; ib. A: deiecceret. 28. B: Ideo et. 29. A: III deest. 36—37. A: ad regnum — potestatem deest.

31. Cf. I. Cor. X, 24.

Digitized by Google

necessaria pro eodem, quia aliter vel Deus impotens, invidens vel imprudens esset. Sed Deus dedit regibus potestatem ad regni gubernacula secundum suam legem, ergo dedit illis omnia necessaria consequencia ad eandem. Sed potestative agere contra falsos prophetas et scribas est in casu pernecessarium ad regimen regni dati, ergo hoc est concessum a Deo regi. Sic enim Titus et Vespasianus habuerunt XLII° anno post ascensionem Domini a Christo potestatem et voluntatem sacerdotes et populum in Jerusalem destruendi (ut prophetatur Luce XIX°).

Christ's anguish made Him speak in broken phrases.

Unde attendendo ad literam Christus dixit suam sentenciam interrupte; nam amor et dolor faciunt quod scriptura sacra sic loquitur: *Si*, inquit, *cognovisses et tu fleres*, supple quemadmodum ego fleo, *et quidem in hac die tua* qua Deus et homo pacem tibi visitavit et fecit signa futurum malum indicancia; sed quia *abscondita sunt ab oculis tuis*, ideo sicut vitulus ductus ad victimam non fles; *modo venient*, inquit, *dies in te* in quibus vindicabitur peccatum quod in me facies, et Titus ac Vespasianus pater et filius qui inimicabuntur tibi *circumdabunt te et coangustabunt undique* postquam communitas tua fuerit in Jerusalem die Pasche. Et sic per obsidionem satis angustam capient civitatem et *prosternent ad terram* sicut et cives eius, et mutabitur locus civitatis, eo quod *non relinquetur lapis super lapidem* propter hoc peccatum quod Deum et hominem occideras vindicandum. Patet veritas huius historie per Yosephum in libello suo de bello Yudaico.

Christ's hatred of Simony.

Ideo ingrediens in templum, ubi fuit origo istius delicti, eiecit mercantes in illo, in signum quod mercantes symoniace in ecclesia debent sic eici. *Domus*, inquit, *Domini oracionibus debet adaptari*, quia viri speculativi non sapientes symoniace hec terrena debent in ecclesia presidere. *Sed vos* perverso ordine *fecistis illam speluncam latronum*, dum colore sanctitatis ypocritice ignaros et simplices de temporalibus spoliastis. Ideo fuistis latrones duplices et domus vestra vocata ecclesia est latronum spelunca. Sed tercio quia parum proficit destruccionis erroris incepcio nisi fuerit constans incepti continuacio. Ideo Christus *erat docens* hanc

1. A: dat ei necessaria per. 1, 2. A: esset Deus omnipotens, invidus vel imprudens. 4. B: ad eadem. 7. A: Vaspasianus; B: Vespesianus. 8. A: XL anno. 9. A: et populum deest. 10. AB: et prophetatur; ib. A: Luce XIX deest. 15. A: ad pacem. 18—20. C: in quibus — circumdabunt te deest. 19. A: Vaspasianus; B: Vespesianus. 23. A: prosternerent. 27. A: Joseph. 35. A: temporalibus sophisticis.

Digitized by Google

doctrinam *cotidie in templo.* Unde et viri evangelici debent in hac constancia indefectibili sequi Christum. Debent enim excusso timore pharisaico detegere eorum peccata quibus populus subiectus inficitur et non statim ab incepto desistere nec propter timores serviles membrorum dyaboli exterreri sed usque ad mortem ad rectificandum Christi ecclesiam in eadem veritate fidei permanere, cum finalis perseverancia sit infinitum melior quam boni incepcio vel continuacio culpabiliter derelicta. Nam pro primo Deus beatificat et pro secundo licet sit mora longior dampnacionem perpetuam non dimittit. Cum ergo constat ex racionibus sanctorum et exemplo Christi multiplici tota malicia ecclesie originaliter est a clero, viri ecclesiastici debent instar Christi ab illo incipere et usque ad mortem constanter et prudenter inceptam Dei causam humiliter consummare, non quod ista persona simplex in tanto miraculo per se sufficiat Fol. 173b sed invocato Dei auxilio | contra hanc radicem venenosam constanter incipiat. Sic enim frequens guttarum stillacio cavat et destruit constantem substanciam lapidosam. Ideo cum multe persone decertantes in causa Domini sint una persona nec alicui usque ad finem perseveranti deest retribucio sempiterna, sic nos intravimus in labores aliorum; sic constancia nostra exemplet quod alii intrent in laborem nostrum. Nec dubium quin gloriosus triumphus successive multiplicatis Dei adiutoribus consequetur. Et ad exemplandum hanc perseveranciam *docebat Christus in templo cotidie.*

Preachers should follow Christ's boldness in reproof.

All the evil of the Church springs from the clergy.

Circa hoc evangelium dubitatur primo quomodo sacerdotes Jerusalem propter peccatum in Christum fuerant increpandi, cum Christus ad hoc necessitans tam multipliciter hoc predixit. Vel enim oportet Christum in hoc mentitum fuisse vel illud peccatum inevitabiliter evenire. Hinc dictum est sepe alias quod sicut necesse est hoc peccatum secundum omnem formam qua factum est impleri ab illis hominibus, sic necesse est quod propter hoc peccatum inexcusabile sint dampnati. Nunc autem excusacionem non habent, quia Messias Deus et homo venit ad illos et quantum secundum naturam debuit

Objection from necessity.

Answer: The damnation is as necessary as the sin.

6. C: eterreri. 7. BC: veritate fidei deest. 14. A: viri ecclesiastici. 15. A: incipere et deest. 17. A: ista deest. 20. A: constantem deest. 20, 21. A: lapidiosam. 21. C: Ideo deest; ib. A: multe iuvantes in causa. 22. B in marg.: Nota pulcrum pro predicatore se opponente contra hereses. 25. A: nostrum deest. 26. A: triumphis. 27. A: Et exemplando. 28. C: cotidie etc. 29. A in marg.: Dubium primum. 32. A: predicit. 34. BC: Hic dictum; ib. A in marg.: Responsio.

Digitized by Google

premunivit. Ideo culpanda necessitas stat in illis qui culpas priores et preparatorias debuerant expurgare, et sic Christus necessitavit ad complecionem huius pecati de quanto ex perfeccione eius secunda sit tota universitas et genus humanum specialiter perficienda. Et omnia ista fuerunt a Deo eternaliter ordinata; ideo non oportet studere circa istud viginti annis et amplius, sicut dominus Ardmacanus confitetur se fecisse, quia credamus quod omne preteritum aut futurum est in suo tempore et quod Deus cuncta necessitat, et tunc solucionem istius et similium est facile enodare. Licet enim omnia sic necessario evenient, possibile est tamen et ad utrumlibet contingens quod nunquam evenient aut quod ante hec tempora quidquam fuit. Cum enim Deus sicut ante omne tempus sic ante facturam rei facere potuit quod non erit, ita facere potest eternaliter quod hoc futurum nec erit nec quod ipse aut quidquam preteritum unquam fuit. Quamvis enim Deus istam futuricionem vel pretericionem non posset destruere, tamen absolute necessario semper potest contingentissime facere de quolibet futuro quod non erit et de quolibet preterito quod non fuit. Cum enim Deus est ante omne tempus eciam creacionem mundi, sicut potest aliquod futurum nunquam producere, sic quodcunque preteritum et omne tempus nunquam effectualiter produxisse. Secundo dubitatur: Si peccator tam de peccatis suis quam de peccatis alienis debet conteri et ad quantum gradum doloris oportet Christi filios sequi ipsum; multi enim plorare non sufficiunt. Ad istud dicitur quod ploratus corporalis cum sophisticari posset parum valet, sed efficax dolor vel displicencia est apud Deum laudabilis que si fuerit valet ad aliquid effectualiter emendandum. Ideo ploratus corporalis Christi foret parum laudabilis, nisi

We need not puzzle for years over this question, but believe that all things are foreordained.

3. A: sic deest. 8. A in marg.: Ardmacanus. 10. B in marg.: De futuris quare necessario evenient (fol. 87[a]). Omnia de necessitate evenire, tamen possibile est ad utrumlibet posse talia nunquam evenire, ymmo facere quod nec preteritum fuit nec futurum aliquid contradicit multis a se dictis (bl. ink, altera man.). Omne preteritum aut futurum in suo tempore est; ib. A in marg.: inf. fol. 173[b]: Omne preteritum et futurum est in suo tempore et quod Deus cuncta necessitat et sic omnia necessario evenient, possibile est tamen et contingens ad utrumlibet quod nunquam evenient aut quod ante tempus quidquam fuit. 11. A: similem. 15. BC: sit ante. 16. C: non erit — quod deest. 18. A: illam. 19. Codd.: posset tamen. 21. A: futuro — quolibet deest. 24. A: nunquam deest. 25. A in marg.: Secundum dubium. 26. A: de peccatis deest. 27. A: conteri. 27—28. A: et ad — ipsum deest. 29. B in marg.: Nota. 30. BC: non posset. 33. A: Nam ploratus.

8. Cf. Trialogum p. 151.

Digitized by Google

eius efficax operacio sequeretur. Et sic totus dolor Christi potest dici contricio, quoniam non potest precedere in Christo attricio, cum ipsa secundum doctores dicit disposicionem imperfectam ad dolorem completum sequentem. Nec oportet nimis sollicitari de distinccione inter attricionem et contricionem et quantus gradus doloris ad contricionem sufficiet, quia totum hoc sicut predestinacio a nobis absconditur. Scimus tamen quod predestinatus ex quantumcunque levi dolore conteritur, ubi prescitus ex maiori dolore contricionem criminis non attingit, quod figuratum est dolore Esau, quamvis postulasset cum lacrimis non exauditus est ad votum ut Jacob, et hii duo fratres figurant prescitos et predestinatos. Ideo sicut ignoramus has duas differencias, sic differenciam inter attricionem et contricionem in nobis ipsis et multo magis in aliis. Unde qui pompant se absolvere et contricionem confessi ac taxacionem pene peccati cognoscere et quantum de indulgenciis est dignus recipere erranter sompniant ac decipiunt se et plebem; et sic non attenditur quod quis ploret sed quod caveat ne postmodum recidivet. Solum enim talis perfecte conteritur. Nec oportet nos sollicitari quomodo predicaciones que imperfeccionem sapiunt in creaturis possunt Christo competere, specialiter cum eius gaudium tam dolorem quam penam sedare debeat. Sicut enim concedendum est simpliciter absolute quod Christus est homo, sic et quod doluit et quod passus est et quod vere ac proprie erat mortuus ac sepultus et miraculum fuit quod Christi gaudium permisit dolorem eius maximum irremissum. Sed tercio dubitatur quomodo stat cum Dei iusticia quod populus natus post mortem Christi propter Fol. 173e patrum suorum prevaricancias | est punitus. Et in isto murmurant fratres allegando multipliciter quod non sunt propter nequiciam unius discoli de suo ordine puniendi et sic quod lucrum sapuerit de quocunque fratre suo bono vel malo avide accipiunt, sed

We cannot distinguish contrition from attrition in ourselves or others.

Folly of assigning penance.

It is just for God to punish one for another's sake.

2. A: quem non potest. 6. A: Et quid ad contricionem. 7. A in marg.: Attricio non potest precedere in Christo contrarium. 8. A in marg.: Nota de prescitis et predestinatis; B in marg.: Predestinatus ex quantumcunque levi dolore conteritur. 9. B: dolor. 15. C: contricionem in. 18. A in marg.: De indulgenciis; B in marg.: Nota de superbe et temere absolventibus. 28. A: et sepultus. 30. A in marg.: Tercium dubium; ib. A: tali iusticia. 33. A: allegantes; ib. A in marg.: Obiccio fratrum; B in marg.: Quomodo genus humanum punitur propter prevaricanciam primorum parentum.

6. Cf. Trialogum pag. 151.

Digitized by Google

Common responsibility of corporate bodies.

quod in penam temporalem licet correccionem sonuerit detestantur; fides tamen scripture et vivax racio docent quod coniunccio personarum que unam personam constituunt sicut boni cuiuscunque partis sue debet esse particeps sic et mali. Nec est aliquis de conventu tali sic innocens quin obmittendo correpcionem fraternam et incidendo in aliquod sex generum consensuum sic est pro reatu proprio amplius puniendus. Ideo cum Deus iuste et debite punivit Christum pro delicto suorum fratrum conveniencium secum in specie, multo magis debent puniri fratres propter delictum confratris, cum sint participes criminis et tam multipliciter humanitus connodati, specialiter si pena faciat ad tocius ordinis correccionem et cuiuscunque persone sue liberacionem. Talis enim societatis dissolucio foret cuiuscunque membri sui melioracio, cum nunquam manebit ecclesia viancium notabiliter inturbata, antequam ordinacio Christi secundum suam religionem fuerit ab extraneis impressionibus expurgata, sic quod omnes homines sint unius ordinis christiani et dotacio ac sectarum ordinacio quassata fuerit quam evangelium Christi non docuit. Ideo omnes fideles tam secte novelle quam alii debent istud prudenter intendere et sine personarum accepcione efficaciter affectare. Variacio enim in ritibus et modo vivendi super quibus lex vel secta non erigitur non facit religionis vel ordinis novitatem.

SERMO XLIII.

Omnis qui se exaltat humiliabitur. Luce XVIII°, 14.

Reasons against pride.

Notata historia patet quomodo fidelis in tribus instruitur, primo quomodo caveret presumptivam superbiam de se ipso, secundo quomodo caveret temerarium iudicium de proximo, et tercio quomodo utrobique humiliter oraret et faceret quelibet sua facta.

All we have is lent by God.

Quoad primum patet quomodo quilibet est nudus accommodatarius Dei, et per consequens non est sibi plus

1. A: in deest; ib. A: licet in. 4. A: sui. 6. A in marg.: Nota. 9. A: et deest; ib. B in marg.: Christus punit pro reatu fratrum conveniencium secum in specie. 13. A: confederati specialiter. 16, 17. A: viancium communitas inturbata. 20. A: aut sectarum. 27. BC in marg.: Dominica undecima; C in marg.: post Trinitatis. 30, 31. A: superbiam deest. 32. A: utrolibet. 34. A in marg.: 1. Contra superbiam.

27. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 27.

Digitized by Google

occasio superbiendi quam si de bono alieno superbiat. Ideo dicit Apostolus: *Quid habes quod non accepisti?* Unde dicitur communiter quod superbia talis contra legem Dei, contra legem nature et contra legem humane iusticie. Contra legem Dei, cum proprium sit Deo ex se virtutem laudabilis excellencie possidere. Talis autem superbus blasphemat, sumendo sibi honorem qui Deo est proprius. Contra naturam peccat cum instinctus sit nature deiformis, non secundum partem excellenciorem quam a Deo recipit superbire, sed proporcionabiliter ad datum plus proficiendo influere. Contra legem humane iusticie est, cum in statu innocencie non superbirent qui plus boni a Deo recipiunt sed gratis plus communicarent quod ad hunc finem recipiunt.

We know nothing as to the goodness of ourselves or others.

Secunda racio qua tolleretur ista ceca superbia foret bonitatis facti proprii et conversacionis aliene finalis ignorancia. Quis enim cognovit sensum Domini ad quantum premium vel penam disponit hominem? Aut quem exitum habebit vita sua vel alterius comparati? Blasphemat quidem in divinam sapienciam qui in ista materia sic diffinitive iudicat.

We have to rejoice in the good of others, not compare it.

Et tercia racio superfluitatem et invidiam tollens est, ut quilibet de bono fratris congaudeat et de malo displiceat. Ideo sive frater bonus fuerit sive malus, comparacio est impertinens nisi de quanto ad bonitatem sui promovet, et ultra est superfluum comparare; et sic contra Trinitatem est dicta superbia.

Against rash judgment.

Secunda doctrina evangelii est cavere de proximo temere iudicare. Sumitur autem iudicare ad propositum pro diffinitive asserere. Ex quo patet quod hominem iudicare de sibi ambiguo est omnino superfluum et peccatum; iudicare eciam de sibi notorio, cum non cedit ad utilitatem ecclesie sed placenciam de malo, est non minus superfluum et nocivum. Et tale iudicium prohibet Christus. *Nolite*, inquit, *iudicare et non iudicabimini.* Tale enim iudicium temerarium et blasphemum requirit du-

3. talis; scil.: est. 5. A in marg.: a. 5, 6. BC: secundum virtutem. 7. A: superbus deest. 8. A in marg.: b; B in marg.: Superbia legi Dei, nature et humane iusticie est contraria. 10. BC: quod adeo. 11. A: in proficiendo; ib. A in marg.: c. 15. A in marg.: 2; B in marg.: Quid promovet ad tollendum superbiam. 19. A: vita deest. 19, 20. B: quidam. 20. A: quia in. 22. A in marg.: 3; ib. A: atque invidiam. 28. A in marg.: Contra iudicium temerarium; B in marg.: De iudicio humano.

2. I. Cor. IV, 7. 35. Lucae VI, 36. Cf. Matthaei VII, 1.

Digitized by Google

The good of the Church is the only reason for judging others,

rum divinum iudicium sed discretum; et sic iudicans ignorante rblasphemat in sapienciam Dei Patris, cum omne iudicium sit datum Filio et iudicans sine animo corrigendi peccat in Spiritum Sanctum, cum sine benivolencia ad profectum ecclesie de peccato asserit veritatem. Non enim prohibet Veritas iudices iuste iudicare nec quoscunque fideles ad correccionem ecclesie, cum Christus precepit falsos | prophetas a fructibus eorum cognoscere et generaliter fratres peccantes in nos quantumcunque private corripere; ideo indubie prohibet iudicium temerarium et precepit discretum. Et patet quod communitas deficit in medio et eligit extrema viciosa, dum peccat in fraterna correpcione de facto notorio et in presumptiva assercione de sibi incognito. Et in isto secundo scandalisatus est Deo contrarius. Deus enim producit in hominibus bonam famam et fructum virtutum et ipsi nec plantant nec rigant illa cum apostolis sed denigrant, et sic sunt voluntati et ordinacioni Dei ut Antichristus contrarii. Et ideo dicit Christus *Ve mundo ab scandalis.* Et patet quam graviter peccant qui nedum false iudicant sed symoniace propter falsum iudicium mercedem accipiunt, sive sint clerici sive laici, cum vendunt dampnabiliter veritatem; et non minus blaspheme peccant qui iudicant leviter quod persona aliqua sit reprobata vel accepta apud Deum, cum ignorant divinum consilium, utrum ordinavit personam iudicatam finaliter stare vel cadere. Ideo iudicium hominis cui non fit revelacio de futuro debet esse de operibus et vita presenti.

Fol. 173d

with this reason we ought to judge.

The duty of prayer,

Tercia doctrina evangelii est quomodo fidelis debet orare, et patet quod oportet orare humiliter cum timore. *Humiliter* dico, quia quidquid boni fecerit homo debet cognoscere illud fieri a Deo movente ipsum ut infinitum distans instrumentum ad taliter operandum, et per consequens debet non ex se sed ex Deo propterea gloriari; et sic quidquid homo fecerit debet fieri humiliter, quia non fit aliter virtuose, cum virtutes sunt connexe. Exem-

and of humility.

1. sed discretum; ib. B in marg.: alias et discretum; ib. B in marg.: Licet iuste iudicare. Iudicans inordinate peccat in totam doctrinam. 1, 2. BC: iudicans ignorat. 3. A: non animo. 8. BC: precipit. 14. A: et isto modo; ib. B in marg.: Judicans temere est contrarius Deo et presertim scandalum. 17. BC: illa deest. 19. A: quod Ve mundo: B: de mundo. 24. BC: aliqua deest; ib. A: reprobata est. 25. A: ignorat. 25, 26. BC: quantum ordinavit. 29. A in marg.: De humili oracione; B in marg.: Ad oracionem debitam que requiruntur. 31. A: quicquam. 36. BC: fit deest.

19. Matthaei XVIII, 7.

Digitized by Google

plar autem humilitatis qua non potest esse maior humanitus, patet in Christo. Ipse enim est centrum humilitatis quo non potest esse inferior, cum semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, et ut predestinatus est sibi propinquior est de tanto humilior. Potest autem preter racionem exemplariter doceri humilitas; vas enim plus concavum et rotundum est plus humoris receptivum, et sic est de humore gracie in vasis capacibus que oportet Deum abhorrentem vacuum adimplere. Secundum exemplum est de vallibus que ut bassiores altis montibus circumsepte, sunt plus caloris solaris et fructus terre nascencium susceptive. Et tercium exemplum est conclusio naturalium qui dicunt quod idem vas in loco bassiori est plus susceptivum liquoris quam in loco alciori, quia cum humiditas aquea naturaliter se curvat secundum porcionem circuli transeunte pede moto circini per eius circumferenciam et pede fixo manente in centro, patet quod in loco humiliori erit porcio eiusdem vasis plus curvata et per consequens plus de natura aquea susceptiva, et sic mens fixa in centro humilitatis que est sibi propinquior habet plus artuositatis et sic obediencialis humilitatis, ubi magis humoris gracie recipiat. Qui autem blasphemet extra limites humilitatis est quasi extollens se supra Deum et totam eius fabricam extra mundi circumferenciam in vacuo infiniti. Cum timore autem oportet servire tanto Domino, quia iuxta prophetam ipse asserit: *Si ego Dominus, ubi est timor meus?* Timorem autem dico filialem, non servilem, cum secundum Johannem *perfecta caritas foras mittit timorem.*

Christ the pattern of humility.

The lower a vessel is placed the more it will hold.

Filialis autem timor requirit firmam spem in patrem dilectum et propositum non offendendi in ipsum propter aliquod nominandum. Quod propositum pro tempore vie errabilis oportet miscere cum timore anxio. Sed in patria manebit cum securitate eterna, et tunc cum in centro humilitatis copiosius colliguntur radii celestes quam in alio loco mundi et ut centro propinquius

Filial fear implies hope.

1—3. A: maior — potest esse deest. 1. B in marg.: Exempla manuducencia ad humanitatem. 3. A: inferior est Jesus Christus semet ipsum. 6. Preter: B in marg.: aliter per; ib. A in marg.: 1. 8. A: est deest. 9. A in marg.: 2. 11. A: circum septi. 12. A in marg.: 3. 16. C: per eius deest. 20. A: et deest. 21. A: armositatis. 22. A: ut maius humoris graciose; B: honoris; ib. BC: recipiet. 24. A: super. 25. A: infinito: ib. A in marg.: De timore; B in marg.: Deo cum timore et humiliter est serviendum. 26. B: propheciam. 27. B in marg.: Timor filialis que requirit. 31. A: propter; B: preter; ib. in marg.: al. per. 35. C: colligentur.

27. Malachiae I, 6. 28. I. Joh. IV, 18.

Digitized by Google

tanto copiosius, patet correspondenter quod humilior et centro humilitatis propinquior lumen gracie recipit copiosius a patre luminum, quia per plura media diversarum dyafaneytatum et per plures fracciones colligitur sibi lumen gracie copiosius et per consequens meritorius ad agendum. Et sic humilitas que contrariatur superbie quoad genus potest dici mater virtutum, sicut superbia est inicium omnium aliorum peccatorum. Qui enim caret superbia est mundus a crimine.

The Pharisee represents the regular orders, the publican simple christians.

Supposita triplici divisione huius evangelii ad litteram (ut in principio notatum est), videtur quod phariseus iste figurat quoscunque religiosos privatos et publicanus alios quiescentes in religione simplici christiana. Videtur enim quod omnes de religionibus istis privatis tamquam pharisei secundum interpretacionem nominis sunt superbi. Phariseus enim iste dicit implicite vel expresse quod excedit alios in virtute. Et argumentum huius est corporalis habitus vel alia distinccio | secte sue et cum sepe contingit oppositum, ymmo quod ex illa differencia hoc fieret foret blasphemia, videtur quod in re dicit superbam blasphemiam, et interrogatus talis quare factus est de tali ordine dicit vocaliter quod hoc ideo ut vivat meritorius quam in mundo, et quilibet de secta stricciori dicit vocaliter quod istam sectam elegerat, quia est alia secta perfeccior, cum nimis stultus foret si in potestate libera habens quamcunque sectam voluerit sectam minus bonam elegerit et specialiter de sectis Mendicancium que sectis possessionatorum sunt minus sumptuose et (ut tenetur communiter) plus perfecte. Sed ad destruendum ista mendacia nedum iste secte sunt sibi ipsis contrarie, sed una simplex persona cuiuscunque istarum sectarum dicit contrarie professioni sue in opere; et sic omnes iste secte novelle patronantur a patre mendacii qui est rex super omnes filios superbie; nam habitus suus clamat secundum interpretacionem suam quod sit sanccior quam alius de publico ordine christiano et omnino mendacium cause opponitur prime cause. Et sic fratres qui introducti sunt novissime habent cum bonis commixtam racionem superbie, quia scola

Fol. 174a

4. AC: diafoncitatum; ib. BC: per deest. 6. B in marg.: Humilitas mater virtutum. 13. B in marg.: De sectatoribus et sectis istius pharisei. 18, 19. B: ut sepe. 20, 21. A: quod incidit in superbam. 21. A: ut interrogatus. 22. C: dicit notabiliter; ib. A: quia. 24. A: eligerit; ib. B in marg.: Quomodo secte phariseorum sunt contrarie sibi ipsis et quis est patronus earum. 24. A: strucciori; ib. A: elegeram. 25. C: cum multo. 28. A: quia sectis. 31. AC: contradictorie. 37. A: et omne.

Digitized by Google

deteriorando procedit; nam importune mendicant, intrepide asserentes quod maior elemosina foret eis bona fortune tribuere et sectam suam favendo defendere; et cum secte ille alternatim se minuunt et corripiunt, patet
5 quod oportet unum alteri false contradicere. Unde sicut fratres odiunt quod in eadem civitate multiplicentur ordines Mendicantes, sic odiunt quod insurgant sacerdotes simplices sine questu vel forma eorum evangelium predicantes. Unde insolencias istarum sectarum et ra-
10 pinas populi dicunt quidam Psalmum LVIII°, 15 prophetare: *Circuibunt civitatem ut canes, si vero non fuerint saturati, murmurabunt.* Vagantur enim pro raptu temporalium, ubi noverint plurem populum per eos seducibilem congregari, et sic civitates spissim circueunt et contra
15 negantes illis copiam temporalium ex titulo sue sanctitatis ordinis quem fabricant statim remurmurant, ut vel verbo vel facto mendaciter blasphemant. Et istos dicunt quidam Apostolum prophetare, quod *penetrabunt domos;* pauca quidem sunt domus vel hostia tam secreta
20 quin fratres statim aderunt, ut loquantur de sua mendicitate cum incolis penetrantes. Unde quidam asserunt quod sunt canes rabidi in effectu. Tales enim canes sine tutela magistri aperto ore et fluenta saliva communiter evagantur et noverunt phisici: *Morsus canum*
25 *huiusmodi est mortalis.* Isti autem tamquam sub nullius iurisdiccione astricti nec regimine episcopi nec rectoris plus quam ipsi dyaboli sunt subiecti. Sed posito quod pastor videat ipsas oves que secundum legem Dei sunt sub suo regimine strangulare, non audet propter censuras
30 dyaboli regarrire, tamen contra ipsos diabolos audet coniuracionibus, oracionibus exorcivis et aliis medicinis spiritualibus ipsos exterrentibus reclamare. Et sic sunt ut canes rabidi nullius curati catholici magisterium insequentes.

Hatred of the friars for poor priests.

Prophecies of their wickedness.

They are mad dogs.

35 Et quantum ad secundum non effundunt humorem oculis cum Christo pro peccatis populi lacrimando sed aperto ore et lingua applicata mendaciis effundunt virus

They do not shed tears but venom.

1. A in marg.: Contra Mendicantes. 1, 2. BC: iudicant intrepide. 3. A: fovendo; ib. AB: et deest. 4. C: corrumpunt. 5. A: alteri deest. 10. BC: quidem. 13. A: popularem. 14. A: circuerunt. 16. A: ut deest. 17. A: blasphemant deest. 18. A: quidem; ib. A: qui penetrabunt. 19. BC: quidem deest. 22, 23. A: rabidi — canes sine deest. 22. B in marg.: Qui sunt canes rabidi quia fratres Mendicantes. 27. A in marg.: Nota. 28. A: ipsos. 29. B: audet deest; A: audebit; ib. A: propter cause. 30. AC: tamen deest. 31. A: vel aliis. 35. B: sed quantum correxit et quantum. 37. A: viris.

18. 2 Tim. III, 6.

Digitized by Google

sue avaricie et contradicentes cum audiant mordent mortaliter, et sic circueunt civitates ut canes huiusmodi venenosi. Et ut Christus asserit Matthei VII°, 15 *sunt intrinsecus lupi rapaces.* Si autem fratres contendunt quod non includuntur in istis verbis propheticis ostendunt in vita proprietatibus istis contrarium, quia indubie si practisent istam sentenciam in effectu, ipsi sunt quos Spiritus Sanctus predicit ecclesie fugiendos.

Like them are their, abbot the Pope, and the clergy who follow him.

Et idem est iudicium de papa qui dicitur abbas eorum et aliis vocatis ecclesiasticis plus vel minus. Ipse enim vendicat iuxta nomen suum quod sit propinquissimus sequax Christi in moribus et tamen in vita et eius fructibus mendaciter contradicit. Ideo si non habent abbatem alium preter istum: *Qualis pater talis est filius.* Et idem est iudicium de episcopis, de rectoribus, curatis vel clericis, qui omnes veniunt in Christi nomine asserentes frontose quod *ego sum Christus.* Nam omne membrum sancte matris ecclesie quod in nomine Christi regendo influit sub | iectis est quodammodo Jesus Christus, Fol. 174b cum Matthei XXV°, 40 scribitur: *Quod uni de minimis meis* istis qui in me credunt *fecistis, mihi fecistis.* Et multo magis tales superiores ecclesie sunt quodammodo ipse Christus, et sic vera et notanda est prophecia Christi quod multi venient in nomine suo dicentes, quia *ego sum Christus, et multos seducent.* Omnes (inquam) qui vendicant se esse membra sancte matris ecclesie et in vita et opere contradicunt sunt huiusmodi pseudochristi;

They pretend that to offend them is to offend Christ.

sed quia percipiunt quod nonnisi illo titulo rapient elemosinas subiectorum intrepide, eciam usque ad internicionem defendunt quod ipsi sunt taliter Jesus Christus; et sic ipsos offendere, decimas aut elemosinas negare est offendere Jesum Christum. Sed cum nec habent inspiracionem nec evidenciam ex vita sua probabilem quod sunt predestinati vel salvandi et per consequens membra Christi, patet quod inverecunde secundum scolam dyaboli menciuntur.

All that a priest has he should receive as alms.

Ex istis videtur correlarie sequi quod nullus pure sacerdos vel clericus debet alio titulo quam elemosine decimas vel alia bona pauperum vendicare; nam sive

1. A: audant; ib. A: mordent deest. 2. A: mortaliter persequuntur et sic circuerunt. 6. A: vite. 9. A in marg.: De papa; B in marg.: Qui Christi nomine designantur. 20. A: quando uni. 21. AB: istis deest; ib. A: credunt mihi fecistis. 26. BC: membrum. 29, 30. B: interempcionem: C: intericionem. 37. B in marg.: Quo titulo clerus debet sibi bona ecclesie vendicare. 38. A: elemosina.

Digitized by Google

ex scriptura sive secundum scripturam sive secundum tradiciones pharisaicas dictatum fuerit quod populus debet talia tribuere suis prepositis, debet intelligi de dignis prepositis qui virtuose supplent officium pasto-
5 rale. Cum autem predicti hoc nesciunt, sed ex eis dubio sunt presciti quos foret elemosina non iuvare, patet quod presumpcio temeraria foret sic bona fortune Christi patrimonia vendicare. Faciamus ergo bonum evangelicum quantum sufficimus et de alimentis et tegu-
10 mentis gratis datis contenti simus cum exigendo instanter alia forma hec temporalia mendaciter blasphemamus.

SERMO XLIV.

Bene omnia fecit. Marci VII°, 37.

Notata historia potest allegorice intelligi quomodo
15 Jesus *exiens de finibus Tyri* (quod interpretatur plasmacio) est verbum Dei exiens de sinu patris, a quo est omnis plasmacio. Exiit (inquam) non solum deserens sed humanitatem assumens. *Exiit autem ad mare Galilee,* quia ad statum nature lapse; Galilea enim interpretatur
20 rota volubilis vel transmigrans ad quam condicionem necessitatur natura lapsa. *Venit* eciam *per Sidonem,* quia natura angelica fuit ei instrumentum ad salutacionem angelicam (ut patet Luce I°). Sidon autem interpretatur salus vel tacens, quia angeli stantes post lapsum ange-
25 licum sunt salvati ex taciturnitate qua peccatum apostatancium obmiserunt. Illi autem aque tribulacionis humane nature lapse adiuncta est terra Decapoleos, hoc est, decem civitatum, quia Christus transmeavit per omnia genera a dyabolo obsessorum. Genus autem humanum
30 sic obsessum adducit Jesu naturam suam que racione peccati audicionis primi apostate et prevaricacionis divine obsurduit et mutebat. Obsurduit, quia audiebat vocem serpentis obmissa voce Dei, et obmutuit, quia obmissa informacione sui generis credidit temptacioni
35 primi apostate. Natura autem humana sic viciata *deprecatur Jesum* tam implicite quam explicite pro salute. Salvator autem *apprehendit* multa supposita humani

Allegorical interpretation of the passage.

2. A: ducatum; ib. C: fuit. 5. BC: eis deest. 9, 10. A: ac tegumentis. 10. C: sumus. 14. BC in marg.: Dominica duodecima. 17. A: non illum deserens; ib. B: solum; corr.: solium. 31. B: prime. 32—33. A: audiebat — quia deest.

12. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold, I, 29.

Digitized by Google

How Christ heals the human race.

generis seorsum a consideracione mundana et *digitos suos imponit in auriculas*, dum virtutem singulariter operatricem applicat ad considerandum lapsum hominis a factore suo, et sic virtute divine inspiracionis auditus humano generi est redditus, quo Deum audit pre hostibus sibi contrariis. *Expuens* autem *tetigit linguam eius*, quando destructo veneno diaboli dedit ei virtutem ad Deum laudandum fideliter. Nam secundum naturales causa mutitatis est surditas, cum ex communicacione addiscitur ydyoma quam doctrinam necesse est deficere in surdo. Et iterum secundum naturales saliva hominis ieiuni contrariatur animalibus venenosis. Et utrumque istorum docet series facti Christi, et sic lapsum humani generis dolens humanitus precepit divinitus contra omnes vires dyaboli vinculum sensuum aperire. Et patuit triplex miraculum consonum Trinitati, primo dum dedit homini virtutem vel potenciam audiendi; secundo dum dedit sibi correspondenter ad verbum potenciam loquendi, et tercio dum dedit sibi virtutem recte loquendi, alludit benevolencie Spiritus Sancti secundum quam loquebantur variis linguis apostoli. Jesus autem precepit ne sibi ascriberent illam virtutem | humanitus et propter humilitatem illam excellencius attribuerunt virtutem illam sibi divinitus et racione unionis ypostatice amplius mirabantur. Et sic *bene omnia fecit*, tam divinitus quam humanitus, et specialiter in hoc quod *personas surdas* humani generis *fecit audire* Dei consilia et mandata et *personas mutas* a laude debita *fecit loqui*.

Fol. 174c

How we should serve God.

Sed pro sensu morali notandum quod evangelium docet quomodo servire debemus Domino. Deus autem est *dominus dominancium* propter tria, primo quia necesse est quod prius donet instrumentum et premium, unde sibi servire debeamus, secundo quia oportet ipsum docere modum et formam quibus debeamus sibi servire, et tercio propter immensitatem sui dominii. Ipse non eget servitorum servicio sed econtra, ideo necesse est quod creatura posita eo facto sibi subserviat. Quis

4. A: divine deest; ib. A: diem auditus. 8. B in marg.: Unde consurgit mutitas in homine. 12. A: ieiunii. 15. A in marg.: Triplex miraculum in surdo et muto. 23. BC: excellencius deest. 23. A: ipsam. 24. A: sibi deest. 28. C: et mandata deest. 30. A in marg.: Sensus moralis; B in marg.: Quomodo et propter que Deo servire debeamus. 32. A in marg.: 1. 34. A in marg.: 2. 36. A in marg.: 3. 37. A: servitoris.

Digitized by Google

(inquam) servire potest Deo nisi prius habuerit existenciam actualem? aut quis novit modum sibi serviendi nisi ab ipso illapso hoc audiat? Et ideo Psalmo LXXXIV°, 9 dicitur: *Audiam quid loquatur in me dominus Deus.* Et
5 istum sensum videtur Apostolum sentire ad Rom. X°, 10: *Corde*, inquit, *creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Justum autem est quod homo interior secundum intellectum Deo serviat et per consequens oportet quod fidem prius ab eo recipiat. Et ideo dicit
10 Apostolus quod *fides est ex auditu*, et cum *fides sine operibus sit mortua*, oportet quod homo tam verbo quam opere prorumpat in laudem Dei, et ideo dicit Apostolus, quod *ore confessus sit ad salutem.* Fundamentum itaque virtutum quo serviatur Deo est *fides*
15 *sine qua impossibile est placere Deo. Accedentem* autem *ad Deum oportet credere quod est et remunerator* bonorum sit. Si (inquam) servus foret reprobatus a Domino non credente sibi, graviter offenderetur reputans se suspectum falsarium, quanto magis Deus fidelissimus
20 cui servus non credit racionabiliter indignatur. Et de fide fiat processus sermonis.

Omnem enim hominem oportet esse scolarem Dei sive dyaboli, et rudimentum vel alphabetum a quo oportet in utraque scola incipere est fides vel infidelitas.
25 Prima autem littera cordi propinquior est Trinitatem esse, scilicet Patrem et Filium et Spiritum Sanctum quorum singulus est ille Deus, ista essencia, substancia vel natura. Et sic sunt persone omnipotentes, eterne, immense, et sic de cunctis attributis, que Deo con-
30 veniunt tamquam Deus. Non tamen dicuntur tres eterni quia non multi dii. Inter personas autem has tres increatas est prioritas originis, cum Filius sit ex Patre, Spiritus Sanctus ex Patre et Filio ut uno principio.

Every man is a scholar of God or of the devil, and his first lesson is faith or unbelief.

The letters of his alphabet are the articles of the creed.

Secundus articulus est mundum esse creatum a Deo
35 sed quadam proprietate a patre propter prioritatem

2. B: noverit. 6. BC: inquit deest. 7. A: Justum inquam; ib. B in marg.: Unde ministerium Dei debet habere fundamentum. 14. A: quo servire Deo debeamus. 15. A in marg.: Nota de fidei articulis. 16. AC: quia est. 18. BC: graviter foret. Hic locus corruptus esse videtur. 22. B in marg.: Omnis homo oportet esse scolaris Dei vel diaboli. 23. A in marg.: De alphabeto. 25. B in marg.: Que littera, quo articulo primo? 26. B: sanctum quolibet. 27. C: quarum quelibet est verus Deus, eternus Deus, substancia qua. 29. B: actricibus. 30. B in marg.: De articulis quos fideles discunt in scola Christi. 31. C: qui non multi. 33. A: a Patre. 34. A in marg.: 2; B in marg.: Differencia inter credere in Deum, Deo et Deum.

10. Rom. X, 17. Jac. XX, 26. 15. Heb. XI, 6.

Digitized by Google

20 Articles of the creed.

originis et sic per celum et terram notatur universitas creata per eius extrema. Notandum tamen est quod diversitas est inter hec tria, *credere in Deum, credere Deo et credere Deum.* Credere in Deum quod est optimum est sibi ex caritate firmiter inherere; credere Deo est ipsum credere esse veridicum, sed credere Deum est simpliciter credere ipsum esse.

Tercius articulus est dominum Jesum Christum esse duas substancias scilicet plenum Deum eternum, et sic de aliis proprietatibus que conveniunt divinitati et plenum hominem compositum ex corpore et anima.

Quartus articulus est quod conceptus est de Spiritu Sancto, quia caritate eterna quam habet ad hominem que Spiritui Sancto attribuitur fit ad perfeccionem hominis incarnati.

Quintus articulus est ipsum esse natum temporaliter ex Maria virgine, cum de illa assumpsit materiam sine virili semine pro instanti quo beata virgo Gabrieli respondens summa humilitate feminina submisit se Deo. Ex hinc enim factus est homo limatus et natus in utero et post in processu competentis temporis natus ex utero.

Sextus articulus est quod post viacionem plus quam triginta duorum annorum sit passus sub Poncio Pilato.

Septimus articulus est quod secundum dolorem maximum et penam despectissimam fuit crucifixus, anima sua miraculose beatificata in deitate et sensualitate relicta in maxima penalitate.

Octavus articulus est quod Christus fuit vere mortuus anima separata a corpore tam secundum racionem informacionis quam distancia locacionis.

Nonus articulus est quod Christus sepultus est, quia *secundum corpus* (ut dicit evangelium), nec corpus suum corruptum est nec solum propter ungentum quo unctum est, sed quia a Trinitate sic diffinitum est.

Decimus articulus est quod in sancto triduo descendit ad inferna, quia secundum animam que est | personaliter verbum Dei et predestinatos suos de manu dyaboli potenter eripuit et ubi sibi placuerit beatificavit. Fol. 174[d]

2. A in marg.: Credere triplex. 5. A: ex deest. 6. A: et credere. 8. A in marg.: 3; ib. B: Deum Jesum. 12. A: est deest; ib. A in marg.: 4. 16. A in marg.: 5. 19. Codd.: femina. 20. A: lineatus. 22. A in marg.: 6; ib. A: pluris. 24. A in marg.: 7. 25. A: sit crucifixus. 26. A: divinitate. 27. B: in maxima penalitate deest. 28. A in marg.: 8. 31. A in marg.: 9. 33. BC: est deest; ib. B: non solum. 35. A: est deest. 38. BC: et deest.

3. Cf. Quaest. ad Fratres de Sacramento Altaris (Cod. univ. Prag. 3. G. 11, fol. 8[b]); Cf. Hussi Opp. I, 48[b].

Digitized by Google

Undecimus articulus est quod Christus tercio die resurrexit a mortuis anima sua reunita cum corpore et intelligendo partes diei quod de prima die habuit sex horas a sepultura sua usque ad medium noctis, secundum diem (scilicet sanctum sabatum) habebat integrum et tercio die dominico habuit circiter sex horas. Et sic circiter triginta sex horas iacuit in sepulcro. 20 Articles of the creed.

Duodecimus articulus est quod post quadraginta dies post resurreccionem, a resurreccione in multis argumentis apparens apostolis et aliis, ascendit in celum corpore suo propter dotem subtilitatis medium non lacerante vel dividente sed pocius usque ad celum quietum ubi sibi placuerit penetrante.

Tredecimus articulus est quod inter omnes creaturas Christus sedet ad dexteram Dei patris, hoc est, beatificatur in pocioribus donis Dei. Natura enim divina nec Pater vel Spiritus Sanctus capit limacionem corporalem, cum solum Filius secundum humanitatem incarnatur; qua tota Trinitate secundum deitatem minoratur.

Quartus decimus articulus est quod in die iudicii finalis est venturus humanitus in illam partem aeris que sibi placuerit et iudicaturus tam salvandos quam dampnandos secundum formam illam quam evangelium Matthei XXV limitat. Sed sunt alii duo sensus visi probabiles, primo quod venturus est iudicare vivos ab hinc usque ad diem iudicii et mortuos ante hec tempora, secundo quod venturus est iudicare vivos pro meditullio temporis sui adventus et mortuos ante illud. Sed illi ante iudicium erunt mortui et resurgent.

Quintus decimus articulus est Spiritum Sanctum esse terciam personam increatam equalem per omnia Patri et Filio, et sic commune symbolum signanter explicat quomodo solum in Trinitatem est credendum. Alios autem articulos credimus, non in illos, cum a deitate loquendo formaliter distinguantur.

Sedecimus articulus est quod sit una sancta ecclesia sponsa Christi quam ex caritate perpetua Spiritus Sanctus

1. A in marg.: 11; ib. B: tercio. 3. A: die deest. 4. B: media. 5. B: integris. 6. A: sic deest. 8. A in marg.: 12. 8, 9. A: dies resurreccione. 9. A: quibus in. 14. A in marg.: 13; ib. B: omnes curaturos. 15. B in marg.: Sedere ad dextram Dei quid est. 17. A: lineacionem. 18. A: solus. 19. A: divinitatem. 20. A in marg.: 14; B in marg.: Quomodo et quos Christus iudicabit vivos etc. 24. A: XXV deest. 25. A in marg.: 1. 27. A in marg.: 2. 30. A in marg.: 15. 31. B: per animam. 34. C: in alios. 35. A: distinguuntur. 36. A in marg.: 16. 37. BC: Sanctus deest.

Digitized by Google

20 Articles of the creed.

proprietate quadam amoris sed tota Trinitas Christo copulavit.

Decimus septimus articulus est quod illa sancta ecclesia secundum illas tres partes scilicet peregrinantem, dormientem et regnantem habet communionem iuvaminis et amoris.

Decimus octavus articulus est quod virtute meritorum Christi omnia peccata ecclesie regnantis sunt purgata.

Decimus nonus articulus est iuxta articulum quartum decimum quod tam salvandi quam dampnandi resurgent in corpore et anima reunitis et percipient premium vel penam ut hic in suo exitu meruerunt.

Vicesimus articulus est quod salvandi eternaliter a parte post vivent in beatitudine cum Trinitate, cum Christi humanitate et angelis beatis in gaudio infinito. Sed difficultates istius materie relinquo scolasticis credens quod ista sentencia vulgo sufficiat.

These articles stir men to the love of God.

Isti autem viginti articuli expergefacerent homines ad amandum Deum, ad odiendum peccatum et sperandum premium, quia indubie quicunque viator usque ad mortem sine contricione duraverit in peccato dampnabitur perpetuo, cum peccatum sine contricione ambarum naturarum unitarum non tollitur, eo quod oportet ad omne peccatum viantis tam spiritum quam sensualitatem et sic corpus conterere et per consequens oportet illos simul fructus penitencie in via incipere. Sed spiritus in purgatorio, quia peccavit gravius, per se penam plenius consummabit, et purgatus ante diem iudicii gaudium diucius et complecius habebit. Et sic cum *sit impossibile sine fide placere Deo* vel peccare sine perfidia omnemque hominem necesse sit salvari vel dampnari, oportet omnem hominem esse scolarem Dei sive dyaboli. Ille autem est scolaris Dei qui diligenter mente audit et perficit verbum Christi; ille autem est scolaris dyaboli qui vel est surdus vel obaudiens fidem Christi. Est autem triplex fides secundum distinccionem communem, scilicet fides que creditur ut

Three kinds of faith.

3. A in marg.: 17. 5. BC: habent. 7. A in marg.: 18. 8. A: regantis. 9. A in marg.: 19. 11. BC: recipiunt. 13. A in marg.: 20. 13, 14. C: apartenus. 16. A: Sed deest. 22. B: dampnabiliter. 25. A: concurrere. 26. A: in via; in via. 28. A: purgata. 31, 32. A: necesse — hominem deest. 33. A in marg.: Qui sunt scolares de scola Dei. 35. A: ut est. 36. A in marg.: Triplex fides: B in marg.: Triplex fides scilicet que, qua et per quam ordinatur. 37. A in marg.: 1.

36. Cf. Engl. Works of Wyclif, pag. 347. Cf. De Ecclesia, pag. 42.

Digitized by Google

veritas, sicut patet in viginti articulis prenarratis, vel fides qua creditur ut actus quo fidelis adheret huiusmodi veritati, aut tercio fides per quam creditur ut habitus quo fidelis inclinatur pro tempore ad credendum actualiter illud quod debet. Et sic scutum fidei potest in tribus deficere: primo in perforacione, deficiente omnino fide articuli necessarii ad salutem, secundo attenuacione, quando est fides confusa vel remissa, sicut *omnis malus est ignorans veritatem fidei* secundum philosophos, et tercio quando fides est clare explicita. Sed scutum fidei est preposterum non caritate formatum, ut in demonibus; dyabolus enim credit et tremescit et Fol. 175a sic dyabolus in perfi | dia tripliciter seducit suos discipulos: primo in falsitate dogmatizando que non sunt elementa fidei, et per consequens, non principiant linguam Deo placentem sed barbaram; secundo in superfluitate preponderando sacramenta et sacramentalia cum aliis doctis hodie nimis explicite, cum quibus necessariis postpositis oneratur ecclesia. Iam enim contenditur quod papa potest novos fidei articulos condere et antiquos destruere, ut quidam fingunt quod cuiuslibet canonisacio per Romanum episcopum est novi articuli fidei induccio; tercio in articulorum paucitate ut Sarracenos seducit credendo quod Christus fuit propheta eximius sed non Deus. Fides autem scripture tenet medium cui non licet addere vel ipsa minuere.

Defects in the shield of faith.

The devil's three deceits:

1. In false doctrine.

2. In making too much of sacraments.

3. In omitting articles of the faith.

Sed dubitatur communiter quantum oportet fidelem de necessitate salutis explicite credere et variis varie sentencientibus videtur mihi quod sufficit credere in Deum, verum tamen quibus Deus dat opportunitatem plura credendi et magis explicite tenentur sic credere necessitate ex supposicione ut compos mentis debet omnino credere Deum esse et racione vite meritorie beatitudinem tribuere. Nec dubium quin nemo dampnabitur nec incidit in culpam nisi ex infidelitate. Illi autem quibus Deus dedit auditum fidei et mutescunt sunt magis culpabiles ut falsi christiani.

How far faith must be explicit.

1. A in marg.: 2. 3. A in marg.: 3. 6. A in marg.: Scutum fidei potest in tribus deficere; 1. 7. C: animo fide; ib. A in marg.: 2. 10. A in marg.: 3. 11. B: posterum. 12. B: tremiscit. 13. B in marg.: Tripliciter diabolus seducit discipulos suos. 14. A in marg.; 1. 16. A in marg.: 2. 23. B non articulo; Codd.: articulo; ib. A in marg.: 3. 26. BC: ab ipsa. 28. AB in marg.: Dubium. 30. C: sencientibus. 33. C: mentis Deum.

Digitized by Google

SERMO XLV.

Beati oculi qui vident que vos videtis. Luce X°, 23.

To see and hear Christ was an earnest of bliss.

Licet hoc evangelium sit gravidatum multiformi sentencia, tamen in tribus perstringi potest: primo proponitur arra beatitudinis que est finis tocius viacionis. *Finis* enim secundum philosophos *est primum in intencione et ultimum in execucione.* Arra autem huius beatitudinis fuit videre et audire Christum corporaliter. Illos enim dicit Christus pro suo tempore esse beatos, sicut patuit de apostolis et aliis sanctis qui eum senserant.

Unde reges et prophete legis veteris sensaciones istas affectaverant sed non habuerunt, quia quosdam oportet in spe secundum visionem nudam intellectus et fidei beatificari arraliter, quosdam secundum sensacionem et intellectualem visionem et quosdam secundum visionem in signo sacramentali et memorialem visionem fidei, ut patet de presentibus. Sed medii habuerunt arras plus uberes; primi autem sicut patet de David et Ysaia et multis similibus dicentibus: *O si videbo.*

How to attain bliss.

Omnes enim illi hoc condicionaliter affectabant; unde Symeon et Anna de fruicione huius sensacionis plurimum congaudebant (ut patet Luce II°).

Secundo principaliter tangitur medium istam beatitudinem acquirendi, dum *quidam legis peritus* habuit informacionem a Domino, quod si impleret perfecte dileccionem Dei et proximi, beatitudinem illam acquireret. Nam *in istis duobus mandatis universa lex pendet et prophete,* ymmo in hoc unico: *Diliges proximum tuum ut te ipsum, quia* istud non posset perfici nisi ipsum perficiens Deum diligeret dicente Evangelista: *Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere?*

All men are our neighbours.

Sed tercio principaliter declaratur modus quo illud mandatum debeat adimpleri. Querit enim legis peritus *quis est suus proximus;* et constat ut Christus supponit quod omnis homo sit cuilibet proximus in natura, cum

2. BC in marg.: Dominica XIII. 4. A: primo enim. 5. A: tocius mundi; mundi extinct. 6. C: primum intencione. 7. A in marg.: 1; B in marg.: Que fuit arra beatitudinis. 11. B in marg.: Homines diversimode beatificantur. 18. C: et deest. 22. B: Luce V. 23. A in marg.: 2; B in marg.: Medium ad beatitudinem quid est. 28, 29. BC: unico — quia deest. 33. A in marg.: 3. 35. A: ut deest. 36. A in marg.: a.

1. Cf. S. E. W., pag. 31. 7. Cf. Trialogum, pag. 385. 27. Matthaei XXII, 14. 31. I. Joh. IV, 14.

Digitized by Google

nemo potest esse propinquior in specie quam est quilibet cuilibet, et tota generacio sequens ab Adam descenderat, ac cum in quolibet homine sit genus hominis, propinquitas autem vel distancia a stipite est accidentalis et impertinens huic generi de quanto genus, patet quod nemo potest esse reliquo sic propinquior quoad genus. De propinquitate autem quoad locum vel aliam accidentalem circumstanciam est impertinens fideli discutere. Sed tercia est propinquitas appropriata predestinatis que eciam non suscipit maius aut minus, cum Deus sit pater cuilibet eorum et ecclesia mater sua. Et sic sunt vere fratres spirituales secundum utrumque parentem. Ista ergo triplici propinquitate supposita docet Christus parabolice quomodo omnis homo debet esse alii proximus in affectu. *Homo* autem ille est primus parens qui *descendit* moraliter *ab Jerusalem*, que est visio pacis *in Yericho*, que est luna, quia occasione primi peccati hominis venit ad statum luminariter defectivum. *Latrones in quos incidit* sunt spirituales inimici ut dyabolus, caro et seculum. Dyaboli autem et perversi homi | nes sunt latrones. *Illi autem* Fol. 175b *despoliaverunt* humanum genus in primis parentibus de donis gratuitis et viribus naturalibus. *Et vulneratis ipsis* in substancia naturali *reliquerant* humanum genus in ipsis non peccans peccato finalis impenitencie *semivivum*. *Sacerdos* autem qui peccando *eadem via descenderat* potest intelligi patriarcha in utraque lege et viso humano genere sic lapso fuit impotens ipsum liberare, quia existens in eadem dampnacione plus Deo debuit racione proprii criminis quam reddere sufficit. *Levita autem* in eadem dampnacione potest intelligi propheta vel quilibet sanctus ante incarnacionem sacerdote inferior, *qui videns* eandem dampnacionem humani generis impotenter *preteriit*. *Sed Samaritanus* (qui interpretatur custos) secundum duplicem naturam hominum semivivo conveniens et disconveniens, *cum iter faceret* per viam incarnacionis *misertus est* humano generi *et alligans vulnera eius* (hoc est, continuans in caritate prius dissoluta) per viam medicine *imposuit vinum*, hoc est,

The man who went down to Jericho is Adam.

The thieves are spiritual enemies.

The priest is the patriarch.

The Levite the prophet.

The Samaritan Christ.

1. A in marg.: Proximus tripliciter; B in marg.: Quilibet homo cuilibet est proximus et multiplex propinquitas ostenditur. 2. A: ab deest. 2, 3. C: descendat. 3. B: quolibet genere. 7. A in marg.: b. 9. A in marg.: c. 10. B: suscipit magis. 11. B: Deus deest; ib. C: Christus. 13. A: proximitate. 16. B: mortaliter. 18, 19. C: lunariter. 22. A: spoliaverunt. 28. B: lapsus. 36. A: tunc faceret.

Digitized by Google

medicinam spiritualem pungitivam *et oleum*, hoc est, medicinam contra crimina lenitivam, ut patet in illis verbis que Christus aspere contra peccatores et electis suaviter est locutus. *Imposuit* autem genus humanum *in iumentum* suum, quando carnem assumptam fecit esse humani generis participem et sic genus prevaricans supportative, et *duxit in stabulum*, quando virtute divinitatis sue assecuravit genus humanum quietans ipsum in reconciliatam ecclesiam, et ordinando sacramenta ac alia carismata humani generis *curam egit; et altera die*, quia post mortem suam super occasum ascendens, *protulit duos denarios*, quia tam potestatem sue divinitatis quam humanitatis reserans ostendit ipsas more denarii circularis esse infinitas. *Et dedit stabulario*, hoc est, custodi ecclesie potestates istas ad custodiendum futuram ecclesiam, non ut parificarentur sibi in potestate, quam titulo donacionis et accommodacionis habeant, et cum in iudicio finali redierit, *reddet servo fideli*, custodi ecclesie, *quidquid* super executam potestatem Christi *supererogaverit*, quod non est nisi aplicacio huius duplicis potestatis.

The two pence are Christ's power, human and divine.

Appeal to all to follow Christ.

Ex istis patet quod solum Christus de istis tribus fuit proximus in affectu. Ideo quicunque ex titulo proximitatis vis possidere beatitudinem *Vade et fac* in virtute huius Samaritani *similiter* in affectu, non omnino idem, cum non sis Deus et homo, sed quidquid feceris, fac ad edificacionem ecclesie et in virtute huius Samaritani idem parcialiter, ut sis veraciter membrum Christi. Et patet quod solum ille est effectualiter proximus celo dignus qui iuvat Christum ad complendum dictam misericordiam in sanctam matrem ecclesiam.

The two powers, regal and sacerdotal, are not now united in one person.

Si autem per illas potestates intelligantur regalis et sacerdotalis potestas et per stabularium quicunque rex vel curatus predestinatus et per supererogacionem totum ministerium eorum in nomine Jesu factum, non contradico, cum hoc quod sane intelligatur cum habitudine tota residua et omnino quod eadem simplex persona christiana non habeat in se subiective has ambas

2. B: lenitiva; C: lenit. 3. BC: electis deest. 6. BC: generi humano. 7. C: supportantem. 17. A: quamvis titulo. 18. Codd.: habeant hec et Deum. 24. AB: possidere deest. 25. A: effectu. 27. AB: In deest. 29. B in marg.: Quis proximus est celo dignus. 30. B: complendam. 32. A in marg.: Nota pro papa et contra novas sectas. 34. A: per deest; ib. B in marg.: Utrum religiosi privati aliquid supererogat ultra legem Christi. 37. B: et animo quod eidem simplex. 38. BC: subiective deest.

Digitized by Google

potestates, ne Antichristus videatur superextolli super Christum, ut potestatem habeat dominandi quantumcunque seculariter et cum hoc plene faciendi quidquid persona Christi fecerit, quod est summa blasphemia. Nichil enim sacerdoti et Christo quoad plenitudinem vicarie potestatis nisi in moribus sequantur Christum similius. Sed pro termino supererogacionis notandum quod multi dedignantur ipsam, ponentes in alio sed falso fundamento contra Apostolum dicentem quod *fundamentum aliud nemo potest ponere preter illud quod positum est, Christus Jesus.* Et sunt bipartiti secundum scribas et phariseos: scribe sunt seculares clerici, qui licet non sint potestatis Christi participes magnificant dyabolice potestatem; pharisei autem sunt qui alias leges vel tradiciones stabiliunt quam sunt in lege Christi, et sic novas religiones vel sectas ad debilitacionem religionis christiane introducunt. Et ille sunt infinite, ut possessionati et fratres in nomine Antichristi introducunt sectas novas asserentes blaspheme quod excedunt ordinem christianum. Et preter istas vix invenies unam civitatem vel villam notabilem quin in ipsa recipiatur secta quedam fraternitatis, quam suppono mundum noscere. | Contra quam primo arguo quod auctorisantes vel approbantes fraternitates huiusmodi transgrediuntur primo primum mandatum decalogi. Nam proporcionabiliter ut Deus diligitur, sua lex vel liga, sed auctores istarum fraternitatum plus diligunt fraternitates vel ligas inaniter humanitus adinventas quam diligunt fraternitatem vel ligam hanc quam Deus instituit, ergo preponunt hominem creatori. Quomodo ergo diligit Deum ex toto intellectu, ex tota vita corporali et ex viribus eius, nec non ex tota mente, memorando quomodo Deus summam ligam dileccionis instituit et ipsam contempnit liga tradicionis hominis preaccepta? Plus enim valet liga qua homines ex lege Dei et unitate Christi ac ecclesie colligantur quam aliqua liga inventa humanitus.

The scribes are the secular clergy, the Pharisees the regulars.

Fol. 175c

5. A: enim deest. 6. A: in deest. 9. BC: false fundamentum. 12. A: et scribe. 17. B: legis; ib. A: christiane deest. 21, 22. BC: quin — fraternitatis deest. 25. A in marg.: Triplex argumentum contra novas sectas; B in marg.: Argumenta contra fraternitates et sectas adinventas. 28. A: humanitus deest. 29. AB: hanc deest; ib. B in marg.: 1. 30. B: creature; AC: creatore. 32. AC: et viribus. 32, 33. BC: memoria. 36. C: et ecclesie; ib. A: obligantur.

10. I. Cor. III, 11.

Digitized by Google

To make another law than Christ's is blasphemy.

Item, Christus Deus noster ligam et legem instituit pro confederacione dileccionis ad quam nullus christianus in auctoritate vel efficacia potest attingere. Ergo presumptiva blasphemia est ipsa postposita novam inducere. Assumptum patet per hoc quod omnes christiani virtute generacionis spiritualis (de qua Johannis I°) non ex sanguinibus sed ex Deo nati sunt, filii Dei et sancte matris ecclesie, que filiacio est infinitum prestancior quam filiacio hominis naturalis.

Christus eciam Matthei XII° superaddit isti legi quod omnis credens in ipsum et faciens voluntatem Dei patris est suus filius, frater quoad spiritum, sua soror quoad carnem que est natura inferior, et mater sua quoad naturam compositam. Ad tantam ergo confederacionem nec natura creata nec ordinacio humana potest attingere; non mediocriter ergo peccat qui hoc maiori bono postposito eligit minus bonum.

Fraternities cause respect of persons.

Item, ex condicionibus et modis istarum fraternitatum patet earum nequicia, nam in ipsis inseparabiliter includitur accepcio personarum, excluditur fraterna Dei dileccio secundum dignitatem persone et omnino conspiratur contra iusticiam ut fratres istarum fraternitatum defendunt differenter pro ligis suis iniurias. Talis ergo foret omnimode lex iniqua.

They are opposed to true charity.

Quantum ad primum patet quod homo alterius gentis vel contracte, licet dignior apud Deum, excluditur et per consequens est acceptor personarum et ex eodem sequitur quod non proporcionabiliter diligitur secundum istam fraternitatem proximus, ut est magis diligibilis apud Deum. Et sic ista dileccio est dampnabilior quam carnalis dileccio, cum ipsa habeat aliquam racionem excusacionis, quam ista adinventa non habet. Et quoad tercium patet quod secte talium fraternitatum non tantum illuminantur a Deo quin sepe pro amore isto amore carnali magis extraneo defendant pro parte sua iniurias et suscitent contumelias inter gentes. Sumptuosa ergo, infructuosa et superflua est talis liga ex qua contempta Dei lege germinant tot mala.

Nec valet excusacio in peccatis qua dicitur sic fraterne colligatos fraternitatem quam Christus instituit roborare,

1. AB in marg.: 2. 7. A: nati nati. 10. B in marg.: 3. 12. B: est filius eius. 16, 17. A: peccant . . . eligunt. 18. AB in marg.: 3. 21, 22. AB: conspicitur. 23. A: defendant. 25. A in marg.: 1. 26. BC: vel contrarie; ib. BC: dignior deest. 32. BC: Ex quo; ib. A in marg.: 2. 38. C: tanta mala; ib. A in marg.: Triplex ficcio: 1. 40. BC: colligentes.

Digitized by Google

sacerdotes multos et relevaciones egencium sustentare, convivia et alias ceremonias gignitivas amoris in populo suscitare. Quoad primum patet quod solum secundum legem Christi fit frater talis plus diligibilis ut plus a Christo diligitur. Si ergo eo ipso quo talis fraternitas ordinatur, quilibet eorum a Christo plus diligitur, tunc fraternitatis editor necessitat Christum ut fratrem talem plus diligat et blaspheme gigneret in tali quolibet caritatem, cum tamen communiter quilibet talis sit malediccior, confidens in hominem et in aliquo incommunicantem fraternitatem. Per idem quilibet foret Deo dileccior et omnino vel est acceptor personarum vel tantum diliget fraternitatem aliam sicut suam. Et patet quod dileccio qua homo fratrem in Christo diligeret non intenditur, sed cum quilibet fratrum istorum sit tantum dileccionis finite, patet quod dileccio in Christo minuitur et privata personalis dileccio culpabiliter vigoratur.

The excuses urged for them are invalid.

1. They do not strengthen the bond of brotherhood in Christ.

Quoad secundum patet quod non est excusacio sed accusacio in peccatis; societas enim furum et demonum facit in populo multa bona, sed non est propterea virtuosa, et evidenter creditur quod talis colligacio vel sustentacio sacerdotum sicut conglobacio fratrum sit ad dampnacionem ecclesie. Et undique tam ex parte fraternitatis quam presbyterorum superbia et alia vicia suscitantur. Nec relevantur egentes pure indifferenter propter amorem Dei sed propter istam dileccionem in-
Fol. 175d fectam ex quadam proprietate dampnabili se | pe relevant minus dignos et ita sepe spoliant sese et alios ad sustentandum hoc fedus iniquum et ad criminosos ductos in iudicio Dei ad egestatem culpabiliter relevandum.

2. If they relieve the poor it is in the wrong way.

Quoad tercium patet quod tales expense superflue et infundabiles debilitant sepe rempublicam; qui enim non diligit fratrem propter Christum et secundum racionem quam Christus instituit non diligit dileccione pura in Christo propter sua convivia. Et idem est iudicium de cereis, capuciis et huiusmodi et aliis sollempnitatibus superfluis, sicut in religionibus adinventis. Unde quidam

3. Their expenditure and ceremonies weaken the state.

2. A in marg.: 2. 3. A in marg.: 3. 4. A in marg.: Triplex responsio; 1. 10. Codd.: homine; ib. A: in alia in communicante fraternitate. 14. B: diligit. 16. A: patet — dileccio deest. 20. A in marg.: 2. 31. AB: ad deest; ib. BC: in deest. 34. A in marg.: 3. 36. B: pure. 38. A: deest. 39. A in marg.: Opinio.

Digitized by Google

dicit quod lacio cereorum in fraternitate huiusmodi signat mortificacionem dileccionis Christi et communicacio capuciorum signat quod talis fraternitas capitaliter sed blaspheme extollitur super Deum. Et sic de aliis racionibus factis alibi contra fratres et sic refrigescente caritate multorum non debet secta huiusmodi inveniri, sed principia dileccionis Christi secundum suum evangelium roborari ut predicando dileccionem eius divinitus atque humanitus et quomodo ad ipsam requiritur proporcionabiliter ad voluntatem Christi cuiuscunque fratris dileccio; et patet quod ingressus cum sit venalis est symoniacus, progressus cum sit irracionabilis est fugiendus et egressus cum sit iniquior spoliorum receptabilis est iniquus.

SERMO XLVI.

Dum iret Jesus in Jerusalem, transibat per mediam Samariam et Galileam. Luce XVII°, 11.

Sensus huius evangelii potest allegorice sic notari quod Jesus post incarnacionem tendebat versus celestem Jerusalem et *transibat*, trahens secum tam gentiles quam Judeos. *Samaria* enim que interpretatur custodiens dominum signat genus gentilium, *Galilea* autem que interpretatur volubile signat gentem Judaicam, *ingressus in castellum* signat ecclesiam quam Christus vocat pusillum gregem. Sed *decem viri leprosi* sunt universitas generis peccatorum que humiliter peciit misericordiam de peccatis. Christus autem dedit sacerdotibus suam potenciam remittendi et sic peccatoribus precepit ut ipsos sacerdotes consulerent. Sed ad denotandum quod ipse est qui tollit peccata mundi et auctoritate absolvit, *fecit ut dum irent* antequam sacerdotes attingerent *sunt mundati.* Nam Psalmo XXXI°, 5, scribitur: *Dixi: Confitebor adversum me iniusticiam meam Domino et tu remisisti iniquitatem peccati mei.* Sed bipartiti sunt illi quorum peccata sunt taliter remissa, ut illi zelantes pro fastu sacerdotum non concedunt quod sine absolucione ipsorum posset quis a peccato absolvi. Et illi sunt Judei multiplices in comparacione ad Samaritanos in proporcione

The ten lepers are the race of sinners praying mercy for their sins.

The nine Jews are those who say that there is no forgiveness without priestly absolution.

4. A: et blaspheme. 5. B: septem racionibus. 11. B: ut patet. 13, 14. A: portibulus est; C: recepciabilis. 15. BC in marg.: Dominica XIV; C: post Trinitatis. 30. A: autonomatice absolvit; BC: autho^te. 30, 31. A: fit ut dum. 34. BC: dispartiti.

16. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 34.

Digitized by Google

octupla se habentes. *Alienigena* autem custodiens se a blasphemia *reversus est* a tradicione illa *et magnificans Deum* confitetur quod ipse per se facit opera et alia non sunt nisi necessitate ex supposicione necessaria. Et talem alienigenam commendat Christus secundum fidem fructuosam et salvat eum simpliciter, non pure secundum presentem iusticiam, sicut in figura salvati sunt pharisei qui non ad laudem Domini sunt reversi. Sed secundum Bedam isti leprosi signant hereticos qui intrinsecus varia macula sunt fedati et debent a populo propter contagionem criminis elongari, sed in Christo de conversione confidere; in cuius signum vocant Christum, licet illos non tangat corporaliter, *preceptorem* ac si dicerent: Sufficit nobis precepcio ad salutem. Moraliter autem notari potest quomodo fideles debent de peccatis suis confiteri et satisfacere laudes Domini perficiendo. Debet enim peccator primo petere a Deo misericordiam de commissis recolendo immensitatem Domini et confitendo quomodo tam obmissione quam commissione in eum deliquerat, et sic cum donum Dei sit infinitum, culpa autem in Deum et factum in hominem sit nimis grave, ipsum in comparacione apud Deum fit quodammodo infinitum, et sic nisi interveniat omnipotens misericordia, crimen illud non remittetur; et ideo dicitur in oracione in ecclesia quod omnipotenciam suam parcendo et miserando maxime manifestat. Post istam confessionem Deo factam humiles filii ecclesie vadunt ad sacerdotes ydoneos, omnia peccata sua sibi in nomine Domini humiliter confitentes et nunc antequam sacerdotes illos attigerint et nunc postquam ipsos attigerint sua crimina a Domino sunt remissa. Et sic ad intendendum humilitatem peccantis Christus ordinat confitentem omnia peccata | sua servo suo, eius vicario humiliter confiteri; omnem enim obedienciam quam peccator facit uni de minimis Christi conservis sibi facit et accumulat meritum confitenti. Sed cum ista causa sit indifferens ad confitendum cuilibet servo Christi,

The 'stranger' confessed that God does all of Himself.

Fol. 176a

Christ commands confession that humility may be increased.

9. A in marg.: Beda. 11. B: elongare. 16. A in marg.: Sensus moralis; B in marg.: Quomodo fideles debent de peccatis confiteri. 16. B: conteri. 18. C: profitendo. 19. A: et confitendo et confitendo. 20. BC: delinquerat; ib. A: dominium Dei; B: donum in Dei. 21. A: eciam factum. 23. B: sit. 26. A in marg.: Nota. 30. C: attingerint. 34. BC: enim deest; ib. B in marg.: Qualem confessorem sibi confitens debet eligere.

9. Beda, In Lucae Evangelium Expositio lib. V. 25. Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando manifestas. Oratio for XI. Sunday after Trinity (Sarum Breviary).

Digitized by Google

that the sinner may have counsel,

subditur alia causa duplex; prima ut confessus habeat discretum sacerdotis consilium precavendo peccata ulterius futura, secunda ut supposito quod Deus quidquam muneris in sacerdote concesserit, dicendo *quidquid ligaveritis vel solveritis super terram, correspondenter se habebit in celis* peccator sacerdoti rite confitens remissionem secundum potestatem illam percipiet, et sic sacerdos contestificari potest populo quomodo confitens ab infamia et crimine de possibili imposito est immunis. Illis autem qui sciunt fundare necessitatem confitendi sacerdotibus (ut fit hodie) relinquo ex sacra scriptura hoc mandatum Domini explicandum. unum credens probabile quod ex isto evangelio subducto supercilio pharisaico non est evidencia quod est aliter confitendum, primo quia sacerdotes quibus Christus mandat leprosos se ostendere fuerunt sacerdotes legis veteris, cum Christus et sui apostoli fuerunt tunc sacerdotes legis nove et solum sacerdotibus legis veteris debuit esse ad litteram ostensio leprosorum. Secundo quia legalia veteris testamenti non sunt trahenda in consequenciam ut secundum illa sic in lege nova sit in toto conformiter faciendum. Et tercio quia leprosi non impleverunt mandatum Christi adeundo illos sacerdotes, cum Christus ac si vellet cessare illa legalia mundavit eos dum irent; ideo superfluum foret sic mundatos talibus sacerdotibus sic se ostendere. Ideo creditur quod novem mundati domos proprias pecierunt, et Samaritanus regressus regraciatus est fonti misericordie a quo propterea est laudatus. Nam dare gloriam Deo et habere fidem dignam salute sonat in laudem et rectitudinem operis alienigene. Christus enim precipiendo ostensionem sacerdotibus subintellexit condicionem cuius dirupcionem edocuit, quando in via interim sunt sanati. Sic enim mandavit populo in evangelio Marci VII°, 36 *ne cui dicerent* de facto miraculo, subintelligendo ut prius expositum est. Nec sonat in confessionem hodiernam quod *Samaritanus regressus cum*

and that his character may be cleared.

No authority for the present practice of confession.

1. A in marg.: 1. 2. BC: sacerdotum consultum. 4. A: numerus in. 7. C: illam participet; ib. A in marg.: De confessione. 8. A: testificari. 10. A: illi. 12. B in marg. (al. man.): Cave ista usque ad finem; ib. Mira res quod in uno et eodem sermone loquitur sibi contrarie de confessione. Non enim principium correspondet fini sed repugnat; principium pulcrum, finis perversus; ib. Intellige quod in principio dicit ire ad sacerdotem voluntarie sed non ex sacramentali obligacione; quod falsum est, in principio secundum decretorum sentenciam in fine secundum propriam. 14. A: taliter confitendum; ib. B in marg.: figuralia non semper obligant in lege nova. 16. BC: fuerint. 16—18. BC: cum Christus — legis veteris deest. 19. A in marg.: 2. 21. A: fit in. 22. A in marg.: 3. 24. A: ipsa legalia; ib. B: mundavit. 29. A: salute sociat. 30. A: alienigenem. 34. B: ne dum cui.

Digitized by Google

magna voce magnificabat Deum et cadens in faciem gracias egit Christo, quia in confessione hodierna non est talis regraciacio grandissona observata, nec particularis confessio huius Samaritani exprimitur sed laus Dei. Ista autem moralitas debet observari ex hoc evangelio quod instar huius Samaritani peccator contritus confitens cadat in faciem suam ante pedes Jesu, hoc est, quod erubescat culpam propriam et humiliet se presbytero pedi Christi. Qui enim sic cadit in faciem nobiliorem partem corporis celat ad terram, sicut meritorie confitens humiliter erubescit et viam peccandi restringit quod facit vera penitencia, ut sancti locuntur. Non enim videtur vera penitencia dum peccator iterum recidivat, quia oportet omnem vere contritum dicere Deo implicite quod non amplius sic peccabit; sic enim confitetur peccans in dominum temporalem. Quod si ex fragilitate cadat, iterum in confessione priori mentitus est Deo. Sed quam laudem vel meritum reportabit ex illo mendacio. Et cum oportet quod dicat Deo huiusmodi negativam, patet quod recidivans non est ex confessione tali premiandus. Oportet ergo quod de peccato recidivancie conteratur, et omnino quod in fine peniteat fructuose. Si enim Dominus omnia intuens videat proditorem suum confitendo mentiri et remisse penitendo indisponere se ad resistendum peccato, non propter talem confessionem laudaret ipsum sed pocius increparet. Sic est de Deo ad prescitum quemlibet confitentem.

The Samaritan praises God but does not make private confession.

Confession should include amendment.

Sed tercio dubitatur principaliter si quilibet sacerdos posset absolvere a quocunque crimine vel ad quantum. Et currunt testimonia sanctorum pro utraque parte. Ideo superest quid secundum fidem scripture et racionem probabiliter posset dici, et videtur quod nemo citra Christum potest simpliciter absolvere a peccato. Nam eo ipso quo quis simpliciter absolvit a peccato, delet, tollit et remittit peccatum, solvit Dei iniuriam. Sed hoc nullus potest facere nisi Deus, ergo nec tollere nec absolvere simpliciter a peccato. Maior patet ex hoc quod si aliquod est peccatum, ipsum sit simpliciter contra

Whether all priests can absolve, and from all sins.

No one can really absolve but Christ.

4. B in marg.: Forma penitendi vere. 7. A: in graciam suam. 13. BC: iterum deest; A: interim recidivat; ib. A in marg.: De contricione. Nota. 15. A: peccans in divinitatem personalem. 16. A: cadat iterum. 23. C: viderat. 26. A: est Deo quoad. 28. AB in marg.: Dubium; ib. A: principaliter deest. 31. B: quod secundum. 32. A: possit. 33. B in marg.: Solucio. Solus Christus absolvit simpliciter a peccato. 35. A: vel remittit . . . . donat ei iniuriam. 35, 36. A: homo nullus.

Digitized by Google

Deum et per consequens infertur Deo iniuria. Si ergo quis tollit peccatum, simpliciter absolvit a Dei iniuria. Et minor probatur ex hoc quod proprium est Deo re- | Fol. 176b
mittere vel donare suam iniuriam. Sic enim quilibet christianus movetur a Deo suam iniuriam dimittere, eo quod nemo potest cum alio in tali dimissione communicare. Ergo multo magis nemo potest communicare cum Deo, dimittendo Dei iniuriam. Ideo nimis grosse concipiunt qui fantasiantur quod Deus communicat sacerdoti potestatem donandi vel dimittendi suam iniuriam, quia solum communicat creature acciones que possunt esse sibi proprie, ut patet de operibus corporalibus et actibus anime, sed sic donare vel dimittere Dei iniurias non est actus huiusmodi, ideo non est communicabile creature. Si enim donatur vel dimittitur illa iniuria, tunc Deus ipsam dimittit, et cum illa dimissio sit impartibilis et complete facta a Deo, si sic, videtur quod blasphemum est creaturam dimissionem illam sibi assumere. Nec valet quod presbyter vicarie dimittit Dei iniuriam, sicut nec baptisat flamine, quia illa dimissio cum sit Deo propria non est pocius quam dacio Spiritus Sancti vel gracie vicariis committenda. Quis enim non abutens logica favens blasphemo concederet quod preco vel minister dimitteret iniuriam domini sui vel faceret misericordiam aut daret excellentissimum donum suum, licet preconiset vel publicet dominum illud dare? Nam in policia humana minister preconisat dominum illud dare; quanto magis in presencia Dei diceret eius vicarius Deum illud dare. Ymmo in actibus apostolorum legitur quod apostoli non dederunt Spiritum Sanctum fidelibus sed imponebant manus super illos et accipiebant Spiritum Sanctum. Sed hodie dicuntur prelati peccata tollere, Spiritum Sanctum dare, et tamen peccata gravantur et decepti nondum si Spiritus Sanctus est audiverant, quia prelati fingunt quod Deus cum illis pepigit quod super quibuscunque signa sua posuerunt quod eis assisteret, dando Spiritum Sanctum et remittendo peccata; et sic

Injuries against God can be forgiven only by Him.

The priest has no vicarious power to forgive them.

Blasphemous pretensions of prelates.

8. A in marg.: Nota de dimissione peccatorum. 9. B in marg. Blasphemant dicentes se dimittere Deo illatam. Al. manu: Hic docet quod nemo citra Christum potest absolvere a peccato eciam nec vicarie. 17. A et sic. 18. A in marg.: Nota. 20. BC: sicut baptizat; ib. BC: baptisat baptisatum. 21. BC: dacio deest. 25. A: daret deest; B: dare; ib. B: dominium; ib. A: suum deest. 26—28. C: Nam in — dare deest. 29. A: Dominum illud; BC: illud deest. 32, 33. BC: Spiritum Sanctum dare deest. 34, 35. B: quod prelati; C: quasi prelati. 35. A: ipsis pepigit; ib. B in marg.: De temeritate dicencium se peccato remittere. 36. BC: astaret. 37. A: retinendo.

Digitized by Google

quamcunque penitenciam confessis suis iniunxerint quantumcunque varie et irracionabiliter, Deus eo ipso remitteret confessis iniuriam. Et ita posuerunt signa sua et non cognoverunt eorum fundacionem vel placacionem Dei cum ipsis, sed sunt communiter signa falsa. Nec mirum quia presumpcio illorum ascendit ad tantum quòd non cognoscunt vel topice contricionem vel dignitatem persone confesse quoad Deum, ut taliter ab ipso recipiant quantum blaspheme promittunt, non ut fideles ministri Christi sed ut falsissimi discipuli Antichristi.

False absolution given for gain.

Et ista blasphemia de indulgenciis et absolucionibus a pena et a culpa tam varie taxatur hodie, quam varie Antichristus supponit quod decepti symoniace reddent pecuniam. Veritas itaque evangelii docet quod nedum sacerdotes sed omnes fideles debent quantum commissa est in eos iniuria ipsam dimittere et penam Deo remittere, quod si sacerdotes ex revelacione vel aliunde cognoverint quod peccator sit taliter puniendus vel a crimine absolvendus, debent voluntatem Dei detegere et exequi, de quanto spiritus eos movet; et sic *quidquid solverint super terram* conformiter ecclesie triumphanti *erit solutum in celis;* et ita de ligacione et remissione peccati cum aliis operibus iudiciariis et non ultra. Non enim remittit homo absolute suam iniuriam cum hoc quod remaneat ipsa iniuria quoad Deum, quia non est in potestate creata donare sive dimittere, nisi de quanto Deus prius sic fecerit quoad ipsum. Offenso enim creatore vel remanente quoad ipsum iniuria, necesse est ut iniurietur cuilibet creature; sacerdotibus autem noscentibus legem Domini et humilitatem confessi quoad Deum committitur iudiciaria potestas sive vicaria ut iudicent conformiter ecclesie triumphanti. Sed quia sacerdotibus deficit hodie ista noticia, ideo nimis presumunt ex audacia temeraria contra voluntatem Domini operari. Deus autem non dat inimicis istis capitalibus potestatem vicariam, ut absolvant vel ligent difformiter voluntati sue, cum tam magnus dominus omnisciens non daret suis

A priest can only declare forgiveness so far as he knows it to be granted

1. B: iniunxerunt. 2. A: racionabiliter. 3. A: sua deest; B: signa sua signa. 5. A: signa deest. 6. B: ostendit ad tantum. 11. B: Et illa; ib. A in marg.: Nota. De indulgenciis. 12. A: tam varii; ib. A: taxatur — varie deest. 16. B: in eis iniuria. 17. A: quod si — vel deest. 18. A: cognoverunt. 19. A: Et tunc debent. 22. A: ac remissione. 25. A: maneat. 27, 28. A: Offenso — ipsum deest. 27. A in marg.: inf. fol. 176°: De remissione peccatorum nota inferius sermone LIII huius partis. 29. B: iniuriatur. 30. A: utilitatem. 35. A: capitalibus deest.

Digitized by Google

proditoribus huiusmodi potestatem, et sicut crescit ignorancia contricionis peccantis et volucionis Dei tollentis, crescit presumptiva audacia Antichristi sophistice absolventis. Limites istius potestatis vicarie mensurantur penes limites voluntatis divine quam ex scriptura possumus evidenter cognoscere. Et sic multa exiguntur hodie concedi que sunt perfidia Antichristi.

Difficulties as to God's fore-ordinance;

Difficultates autem alie sunt alibi pertractande, ut si Deus eternaliter absolvit | vel donat quomodocunque se habuerit ad creaturam, tamen videtur multis quod omnis accio Dei adintra non potest incipere sive desinere. Et sic Deus eternaliter donaret homini et dampnaret hominem sicut iudicaret omne eternaliter esse faciendum. Fol. 176c

as to sin in the predestinate and the foreknown; as to the efficacy of the sacraments and the power of the keys.

Difficultas eciam est si predestinatus simpliciter peccat mortaliter et prescitus sit simpliciter in gracia vel simpliciter absolvitur a peccato aut opera sua meritoria vel demeritoria sint digna beatitudine vel pena perpetua. Et tercia difficultas est de efficacia sacramentorum et potestate clavium quas omnes relinquo scolasticis pertractandas, consulens quod omnis peccator fructuose confiteatur Deo et contricione penali sibi satisfaciat, quia quicquid sit decretum a satrapis, sine illo non fit salvacio, et ad illud per se salus consequitur. Ideo videtur multis quod extravagantes sentencie a quantumcunque magnis eciam a sanctis detecte in ista materia sunt respuende nisi de quanto in lege Domini sunt fundate. Nec debet quis submittere se arbitrio cuiuscunque presbyteri, nisi sit notum sibi quod sit preco iudicii Dei. Patet ex hoc quod aliter ex sibi dubio Deum deserendo submitteret se iudicio dyaboli. Et tercio docto evidenter quod consilium penitencia vel verba presbyteri sapiunt avariciam, debet ipsum cum illis contempnere, quia ex eadem evidencia inficit confessum veneno symonie et nullo modo per se tunc proficit, quia discordat a spiritu consulente. Et istis servatis non foret tantus zelus mercandie audiendi confessiones sicut hodie palliatur.

We leave these and advise the sinner to make confession and satisfaction to God.

3, 4. A: absolventes. 4. B in marg.: Unde mensurantur limites sacerdotalis potestatis. 6, 7. A: ut fidem concedere; B: ut concedi; ib. A in marg.: Difficultas triplex. 13. C: omne deest; ib. A in marg.: 2. 14. BC: predestinatus simplex. 17. A in marg.: 3. 19. Codd.: pertractandis; ib. A in marg.: Nota. 22. BC: sine illo sive non. 24. A: et a. 25. C: a deest; ib. B in marg.: Hic recipiunt quidam quod non est sacerdoti confitendum sed Deo. 26. A in marg.: Conclusio. 30. C: doctus. 35. BC: ex istis servatis foret. 35, 36. B: mercancie.

Digitized by Google

SERMO XLVII.

Nemo potest duobus dominis servire. Matthei VI°, 24. Constat quod Christus intelligit de duobus dominis contrariis non secundum naturam, cum nichil potest esse sic Deo contrarium, sed contrarietas consistit in racione dominandi, ut quod homo serviat Deo et creature ultime que vocatur mammona est veritati contrarium et sic Deo, intelligendo illam proposicionem in sensu composito et intelligendo dominos sibi contrarios ac intelligendo servire legitimum, patet conclusio Salvatoris, quia diligendo sic Dominum ipsum preponderanter diligit, et per consequens reliquum dominum contrarium in amore postponit et sic odit. Et quantum ad ministerium, cum ministeria preponderancia eorum sint contraria, patet quod unum sustinebit fovens et defendens partem suam et alterum postpositum cum sint contrarii contempnet. Et sic concluditur quod *nulla creatura potest Deo servire et mammone* (ut diffuse exponitur Sermone XXXIX). Non (inquam) potest homo secundum naturam servire mammone, cum necesse sit quod ipsa sit secundum naturam superior, ymmo satis est ut soli Deo subserviat, cum sit par angelis in natura. Et quantum ad servicium caritatis non nature, patet ex Apocalypsi quomodo angelus dicit se esse conservum Johanni et fratrum suorum. Et patet quantum homo degenerat serviendo sic nature infime, que ideo ordinata est conculcari ab homine, ut tam secundum corpus quam animam sit nota esse naturaliter sibi subserviens. Et ideo dicit Apostolus quod *avaricia sit ydolorum servitus*, et per consequens omnis avarus est idolatra infidelis; et ad expergefaciendum animum hominis, ne gravi corde declinet ad terram, ordinavit Deus sibi vicissitudines, nunc noctem nunc diem, nunc hyemem nunc estatem, et nunc morbum nunc sanitatem, ut ex placente positivo consideret excellenciam patris sui et Deum qui est

This declaration must be taken in the sense intended.

God has ordained changes of times to rouse men's minds.

2. BC: Dominica XV. 3. A: intellexit. 5. A in marg.: Nichil potest esse Deo contrarium. 9, 10. A: sic contrarios. 10. A: servire liberum. 13. B: adit; ib. B in marg.: Qualiter nemo Deo potest servire et mammone. 19. A: sermone VII. 20. BC: secundum naturam deest. 22. A: factus est. 24. A: ex deest. 25. A: se deest. 26. C: exgenerat. 27. B: nature in fine. 29. C: sit non. 30. A: avaricia est. 31. B in marg.: Cur temporalium distinccio est ordinata. 33. BC: sibi deest. 35. C: et deest. 35, 36. A: posito. 35. C: extollenciam.

2. Cf. Wyclif's Sermons l. c. I, 36. 30. Eph. V, 5.

Digitized by Google

Christ removes two incentives to avarice, the care for food and for clothing.

in celis. Et post Christus removet duas evidencias que maxime ad avariciam inclinarent; que sunt inordinata sollicitudo circa cibaria ad nutricionem corporalis vite quam Christus vocat sollicitudinem anime et inordinata sollicitudo circa tegumenta quam Christus vocat sollicitudinem corporis.

Argumentum autem Christi amovens has duas sollicitudines stat in isto: *Anima* vel corporalis vita *est prestancior esca sua et corpus hominis prestancius vestimento*, cum utrumque sit finis gracia cuius est illud medium. Sed Deus indefectibiliter ordinat istos fines, ergo cum non potest deficere in necessariis, ordinat media necessaria ad eosdem. Non ergo est inordinata sollicitudo propter illa media nec alia | adhibenda. Fol. 176[d] Omnem enim sollicitudinem nostram debemus in Deum proicere et secundarie in virtutes et opera virtuosa ut sibi placeamus et ibi sollicitudo nostra debet sistere, cum sit aliter inordinata. Sollicitudo autem operum dispartitur, cum aliqua sit in actu contemplacionis circa unum necessarium, et alia sollicitudo (ut dicitur Luce X°) est cum turbacione circa plurima in vita activa. Sed quecunque non fuerit necessaria ad unum finem ultimum consequendum est illicita et sollicitudo inpropria. Sollicitudo autem predicta circa corpus et animam debet mensurari penes hoc quod est necessaria ad finem unum ultimum consequendum.

Quantum ad alimenta corporis que anime subservirent: *Respicite volatilia celi, quoniam non sollicitantur* sollicitudine triplici mundanorum, et tamen pater celestis subducta tali sollicitudine pascit illa. Cum ergo ex fide Deus proporcionabiliter providet circa suam fabricam ut est digna et homo est natura dignior quam volatilia, sequitur per locum a maiori ex infallibili Dei providencia quod Deus providebit de necessariis vite hominis, cum totus homo supponitur divine providencie. Quis autem viator potest ad staturam suam cubitum unum ad votum adicere? cuius racio est quod Deus sub cuius disposicione sunt omnia necessitat ad men-

5. A: circa tegumenti. 5, 6. BC: sollicitudo tegumenti. Correxi; ib. A in marg.: Sollicitudo triplex; B in marg.: Sollicitudo inordinata que est. 7. B: ammoventis. 10. A in marg.: Nota racionem. 16. B: et deest. 17, 18. A: nostra — sollicitudo deest. 18. A in marg.: Sollicitudo multiplex; B in marg.: Duplex sollicitudo. 21. A: Luce VII. 25. BC: necessarium. 29. A: triplice. 31. AC: proporcionaliter. 32. A: et. 33. C: in effabili. 37. A: est quia.

Digitized by Google

suram, numerum et ordinem partes corporis cuiuscunque.

Et quantum ad vestimentum hominis ex eodem loco a maiori convincitur quod homo debet quoad illud sol-
5 licitudinem inordinatam abicere. Nam Deus omnia *lilia agri* et omnia terre nascencia vestit ut decet sine eorum sollicitudine circa eorum infamem laboracionem vel vescionem. Cum ergo *Salomon in omni gloria sua non sit coopertus* quoad alborem vestium *sicut lilium*,
10 sequitur per locum a maiori quod Deus providebit fabrice sue in mensura qua est sibi necessarium indui vestimentis. *Si autem fenum agri quod in brevi transiet non ulterius rediturum Deus sic vestit, quanto magis homines* qui manebunt secum perpetuo secundum men-
15 suram eis necessariam ad vitam virtuosam que ducit ad beatitudinem? Et sic defectus fidei est causa tocius huius sollicitudinis inordinate. Et tercio ex dictis infertur conclusio, quod omnis viator nolit esse sollicitus circa cibarium et operimentum, ut gentes faciunt infideles,
20 cum *Deus* qui ex fide non potest deficere in potencia, in sciencia, in benivolencia, *scit qua mensura* secundum dignitatem quoad beatitudinem vel dampnacionem *hiis omnibus indigetis*. Ideo debetis credere quod secundum mensuram qua ministratur vobis de talibus estis digni
25 vel beatitudine, supposito quod suscipiatis de talibus in mensura, vel dampnacione, supposito quod de talibus immensurabiliter sumatis. *Querite ergo primum regnum Dei et virtutes que sunt eius iusticia et hec omnia temporalia adicientur vobis* secundum mensuram que vobis
30 est expediens ad hunc finem. Et patet conclusio quoad omnes istos defectus in conversacione viancium quod peccatum fidei sit in causa. Debemus enim credere Deum esse tribus predictis passionibus decoratum, secundo debemus credere nos esse infinitum abiectas
35 eius creaturas, quibus si non ponamus obicem sapientissime providet quantum est nobis necessarium sive iustum. Et tercio debemus cogitare, cum ordinati sumus ad vitam aliam sempiternam quod media circa que hic sollicitamur non sunt nobis utilia, nisi de quanto ad

Want of faith is the cause of all inordinate solicitude.

3. A in marg.: 2; ib. A: vestimenta. 6. A: omnia deest. 7. A: laborem. 8. C: necionem. 9. B: coapertus; C: cooperatus; ib. A: decorem vestium. 10. A: ergo per. 17. A in marg.: 3. 18. BC: quod autem viator nollet. 21. A: sit. 25. BC: vel benivole. 27. C: regnum deest. 33. A in marg.: 1; ib. A: duplicibus predictis. 34. A in marg.: 2. 35. A: eiusque. 37. BC: debemus congregare; ib. A in marg.: 3.

Digitized by Google

illam vitam preparant; et tunc deficeret omnis luciferina cogitacio qua machinamur in dominio et splendencia seculari fratres nostros excellere, quia ut communiter ambo ista quoad gradum beatitudinis sunt vel impertinencia vel tardancia vel utrumque. 5

Threefold service 1. to God, 2. loving service to our fellows. 3. service enforced by law.

Et potest ex isto evangelio elici quod triplex est servitus, scilicet naturalis qua quelibet creatura debet servire Deo, velit nolit, secunda est servitus caritativa qua quilibet debet servire cuilibet sed specialiter creatura gradu superior debet servire creature racionali que 10 sit gradu inferior. Et tercia est servitus civilis qua nec natura nec gracia sed humanis statuicionibus sepe inprovidis mensuratur. Secundo notari potest quomodo duplex est sollicitudo hominis scilicet licita et illicita. Fol. Et licita | duplex, vel respiciens pure vitam contempla- 177a tivam que Deum et virtutes vel eorum opera speculativa considerat aut sollicitudo turbata que vitam activam respiciens considerat primo Deum et consequenter virtutes ac eorum opera practica que ad gubernacionem vite presentis secundum virtutes inferiores sunt neces- 20 saria. Illicita autem est quelibet preter istas; et tercio notari potest quomodo omnis defectus in moribus causatur ex defectu fidei credende, ut in particulari hic ostenditur et alibi patebit generaliter.

The clergy ought not to be wealthy.

Sed tria sunt dubia graviora ex isto textu movenda, 25 primum si clerus debeat temporalibus habundare; et videtur quod non; quia omnis talis habundancia requirit sollicitudinem que non debet sacerdoti Christi competere, cum debeat vivere speculative et turbacionem circa multa excludere. Et ista est sentencia Apostoli I ad 30 Tim. VI°, 8 qua vult se et ecclesiam sacerdotum sicut a Christo didicit *de alimentis et tegumentis contentari.* Nec evitari potest quomodo plus in clero vel superfluit vel ipsum imperficit, quia licet vivat vitam diaconorum, ministrando mensis apostolorum, sub quo colore date 35 fuerint elemosine clero dotato, adhuc vivit imperfeccius

2. Codd.: domino. 2, 3. BC: in splendencia. 4. A: beatitudinis deest. 7, 8. A: scilicet — servitus deest. 10. A: racionabili. 11. A in marg.: Triplex est servitus, caritativa qua quilibet debet servire cuilibet: duplex est solicitudo hominis, scilicet licita et illicita et licita duplex: B in marg.: Triplex est servitus hominis, naturalis generalis et politica. 12. A: que non gracia sed. 15. B in marg.: Duplex sollicitudo scilicet licita et illicita: ib. B: duplex duplex. 17. B: autem sollicitudo. 19. A: opera eciam; B: opera secunda. 21. B in marg.: Sollicitudo illicita. 23. A: credente; C: credite. 23, 24. B: hic ascenditur. 25. BC: dicta graviora; ib. A in marg.: Primum dubium; B in marg.: Questio. 30. A in marg.: Contra dotacionem. 33. C: quoniam plus. 34. BC: viant viam. 36. BC: imperfectum.

Digitized by Google

quam regula apostolorum requirit. Et multo magis si de bonis pauperum quorum debet esse procurator et custos vivit dominative et seculariter approprians sibi civiliter elemosinas egenorum.

5 Ideo videtur tenendum indubie quod omnis clerus Christi debet vivere vitam pauperem et vel nichil possidere in proprio sicut Christus, vel si possideat elemosinas capere de illis parce et paupere ut egenus et residuum prudenter ministrare pauperibus. Unde sub 10 colore dotacionis introducta fuit carybdis dyaboli in qua sunt multi clerici ad nimium dampnum ecclesie devorati. Nec sunt evidencie opposite digne memoria.

How far laymen may care for worldly goods.

Secundo dubitatur ad quantum licet secularem non clericum turbative esse sollicitum, cum in omni vita 15 activa sit intenta proprietas que excludit caritatem. Cum secundum Apostolum *caritas non querit que sua sunt*, videtur quod omnis civilis possessio vel vita activa sit illicita. Sed hic tenendum est quod nedum licet sed est necessarium multos de populo pro tempore viacionis 20 active vivere; et hoc contingit dupliciter, sive civiliter ut seculariter dominantes, sive serviliter ut non clerici clericis ministrantes. In primo autem est difficultas in mensura, numero et pondere temporalia possidendi; sed certum est quod quilibet fidelis civilis debet honorem 25 Dei, mercedem beatitudinis et necessariam sustentacionem ecclesie primo intendere et debet superfluitatem temporalium super hec ministeria abicere sed proprietatem possessionis mensurabilis potest predicta intencione triplici, non gracia superbiendi, appetere et habere, ymmo 30 secundum leges humanas puratas acquirere atque defendere. Sed declinacio ab istis et necessario inferioritas citra ministerium apostolicum facit modo civile dominium peccatum veniale sapere, sed ministrum sacerdotis evangelici active viventem stat vivere securius quoad 35 Deum. Nec video quin necesse sit ecclesiam esse in ista mensura duplici bipertitam, ut viros apostolicos oportet esse ad vivificandum ecclesiam et ministros eorum oportet esse ut illis intendentibus evangelium ministrent de

They must first of all look to God's honour, the hope of bliss and the support of the Church.

1, 2. B: fide bonis; C: si de deest. 5. B in marg.: Solucio. Omnis clerus Christi debet vivere vitam pauperem. 13. A in marg.: Secundum dubium; B in marg.: Questio. 18. A in marg.: Responsio. 21. A: sive seculariter. 22. A in marg.: Vita activa duplex. 27. A: super hoc. 28. A: sic predicta. 32. A: facit omnino; ib. A in marg.: Dominium civile sapit peccatum veniale. 34. A: evangelice. 36. B: bipartitam. 37. A: unificandum.

Digitized by Google

elemosinis datis ipsis apostolicis. Et tercio plurem partem ecclesie oportet mundane vivere secundum leges civiles quam Christus approbat et cerimonias legis veteris ultra cessare.

It is lawful for secular lords to have slaves, but they must do by them as they would be done by,

Sed tercio dubitatur utrum licet civili domino ministrum Christi suo servicio taliter mancipare; et dictum est diffuse alibi quod sic; dum tamen uterque faciat suo correlato similiter, sicut debet velle fieri ab illo in casu quo esset in casu consimili; quod quia esset difficile practisare videtur fore securum, civiles dominos dominacionem illam dimittere et omnino clericos titulo elemosine servos huiusmodi possidentes. Ipsis enim congruit ut episcopis et abbatibus pure titulo ministracionis evangelice servis dominorum secularium ministrare, cum in degeneracione | ab isto et inclinacione ad seculum ultra civilitatem dyabolice tractant servos. Debet enim servus indispositus ad se ipsum regendum in seculo vel serviendum Christo in vita apostolica vel active ministrandum apostolis velle se subici in opere servili secularibus dominis et secundum condicionem talem debet a suis dominis regulari.

Fol. 177b

and must not hinder those to whom God has given power to preach.

Sed cum ista civilitas sapit peccatum, eo quod subducta civilitate tale regnum posset fieri, clerus possessionatus debet perfeccionem dominii talis admittere et imperfeccionem abicere. Sed hodie culpabiliter seculares domini et omnino clerici possessionati tractant multos ut servos quibus Deus donavit munera evangelizandi et ipsos dominantes regendi in via ad patriam. Et sic dominantes indisponunt ad hec dona, sic quod secundum naturalem indisposicionem racionabiliter forent servi. Et in isto sinistro regimine stat peccatum grave regnorum et populorum perversivum et alterum dominium reciproce inductivum.

Nec dubium quin sic dominantes contra legem nature resistant Spiritui Sancto et (quantum in ipsis est) cassant dona Dei et eius ordinem. Cum ergo debemus velle ex mandato Domini Matthei VII° ut *omnia quecunque volumus ut faciant nobis homines et illis facere*, videtur

5. A in marg.: Tercium dubium; B in marg.: Questio pulchra; ib. A: utram libet. 6. BC: Christo. 7. C: dimicamen (!); ib. B: utrique. 8. A: suo deest. 9. BC: quo oportet; ib. BC: quia oportet. 20, 21. A: et secundum — dominis deest. 22. A: illa. 24. BC: domini. 25. A: sed homine. 28. B: in via deest; ib. B in marg.: De inordinata implicacione ad serviendum. 29. A: indisponit. 32. BC: dominum. 33. A: recipere.

Digitized by Google

quod repugnat mandato Dei et legi caritatis in casu ad dampnacionem perpetuam, ubi aliter foret in gloria, servituti huiusmodi mancipare. Sed clerici stulti possessionati plus appropriantur imperfeccionem huius peri-
5 culi quam perfeccionem civilis dominii. Nec est faciliter deducibile quomodo ex cartis sue dotacionis sit dominacio huiusmodi derivata.

Obedience even to tyrannical commands may be right.

Quis ergo debet velle servituti tali occasionaliter dampnabili mancipari? verum tamen meritorium est in
10 casu quantumcunque disposito ad evangelizandum sufferre huiusmodi servitutem, ne perturbetur ecclesia; sed hoc non excusat tyrannice mancipantes quin peccent mortaliter. Constat quidem secundum philosophos quod tripliciter fuit servitus introducta: aliqua secundum debel-
15 lacionem, aliqua secundum voluntariam empcionem et aliqua secundum naturalem indispositi subieccionem; et illa habet plurem racionem servitutis, sed subiacet ordinacioni Dei, ut illa in toto genere derivetur. Ideo civiliter dominantes et clerici omnino sunt culpandi qui
20 positi in adopcione mancipandi sic servos vel capiendi libere eorum ministerium preeligunt difficilius, inutilius et magis ambiguum. Patet autem defectus secularis dominii ex innaturalitate ad animam, ut homo taliter dominetur; ex incertitudine dominabilis ut homo in ipso
25 quietetur; et ex mandato Domini qui verbo et opere prohibuit ut tale dominium affectetur. Sunt enim temporalia anxia in impetracione, angusta in conservacione et finaliter tribulancia in amissione.

It is better to receive free service than that of slaves.

SERMO XLVIII.

30 *Ibat Jesus in civitatem que vocatur Naym.* Luce VII°, 11.

Christ brought to life three persons representing three kinds of spiritual death.

Patet ex processu evangelii quod Christus tres mortuos suscitavit propter misterium trium spiritualiter mortuorum. Super quarto autem quod est peccatum in Spiritum Sanctum non quiescit. Iste autem adolescens quem susci-
35 tavit in porta signat secundum trium mortuorum libe-

2. A: est aliter. 3. BC: mancipatum. 6. A: ex caritatis. 6, 7. A: donacio huius. 8. A: igitur. 11. BC: perturbet ecclesiam. 12, 13. A: moraliter. 14. BC: sit; ib. A in marg.: Servitus civilis fuit introducta tripliciter; B in marg.: Tripliciter introducta est servitus. 18. A: ut deest. 19. A: sunt deest. 23. A: ex naturalitate. 27. A: angustia. 29. BC in marg.: Dominica XVI; C: post Trinitatis, 35. BC: secundum gradum.

29. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 38.

Digitized by Google

Naim represents the Christian Church.

ratum a crimine. Unde notata historia evangelii *Jesus ibat in civitatem Naym*, quando intravit novellam ecclesiam christianam; ipsa enim est civitas Naym quod interpretatur fluctus vel motus, quia ante visitacionem Christi fluxit in hereses et post inherebat Spiritui Sancto mota. *Ibant autem cum illo discipuli sui et turba copiosa* qui omnes fuerunt adiutores et conversionis participes. Porta autem civitatis huiusmodi est introitus in religionem huius ecclesie, in qua porta sunt multi adolescentes mortui spiritualiter, quia errore recenti cecati. Nam ecclesia fuit adhuc a sponso suo viduata, sed mors adolescencium ecclesie contingit dupliciter; ut quidam predestinati sunt ex gracia sponsi suscitandi, antequam ad sepulcrum veniant; quidam autem presciti qui multi sunt ad sepulcrum perdicionis perpetue deferuntur. Et ideo signanter dicitur quod adolescens suscitandus *erat filius unicus matris sue*, tum quia ad unitatem anime que est Christus appropriat, tum eciam quia care diligebatur a sancta matre ecclesia; et est adolescens, quia forcior in crimine primo mortuo que fuit fi | lia archi- Fol. 177a
synagogi quam Christus suscitaverat infra domum. Iste autem adolescens preter mortificacionem anime ex consensu procedit ad opus nephandum extrinsecum citra consuetudinem qua tercius mortuus induratur quadriduanus fetens quem Lazarus tipicat. *Multa autem turba civitatis cum vidua* signat sanctos legis veteris qui suscitacionem adolescentis meruerant, ferentes vero loculum sunt consencientes crimini et iuvantes ut feratur profundius ad sepulcrum. *Misericordia autem Dominus movetur* super ecclesiam, cum Psalmo CXXXI°, 15 pro- mittit *viduam eius benedicens benedicam*, et sistit fletum ecclesie spem promittens. *Tangit autem loculum*, quando conscienciam peccantis tangit per graciam et complices ac fautores criminis desistunt ex Dei misericordia de consensu. Et ait ecclesie ut surgat a crimine, antequam induretur: *Penitenciam*, inquit, *agite, appropinquabit enim regnum celorum* Matthei III°. *Et resedit* cum virtute, dum colligit constanciam et a viciis supersedet. Loquitur autem Dei magnalia, quando detestans vicia magnificat

Christ revives the predestinate but not the foreknown.

3, 4. A: que interpretatur. 7. A: que omnes. 8, 9. A: regionem huius. 10, 11. A: eo quod ecclesia. 12. A in marg.: 1. 14. A: multi deest. 17. A: anime deest. 19. A: est deest. 20. A: qui fuit. 21. A: suscitat. 30. A: CXXXI deest. 32. AB: promittentes. 37. A: III deest; ib. A: recedit cum virtute Domini colligit. 38. C: conscienciam; ib. A: supersedit.

Digitized by Google

Dei graciam et virtutes. Tunc autem datur matri ecclesie, quando servit sibi in moribus et zelans pro eius profectu odit et reprobat hostes eius. Et hinc generaliter timebat populus, quando vidit membra Christi sic miraculose agencia; maius enim est miraculum suscitare mortuum per peccatum, cum hoc soli Deo potest competere quam suscitare mortuum ad vitam carnalem. Ideo non mirum si *magnificant Deum* et propheciam Christi de futuro seculo. Sed specialiter in hoc quod Christus visitando ecclesiam voluit incarnari.

Prevenient grace.

Ex isto evangelio tria notantur: Primo quomodo existens in mortali peccato cum sit mortuus non tunc meretur suscitacionem a Domino sed alii conversantes, cum tamen sit predestinatus disponit se ad bonum gracie, et ideo Christus ut vivum eum alloquitur dicens: *Adolescens tibi dico, surge.* Quamvis enim criminosus faciat multa bona de genere occasione quorum Deus dat sibi graciam sicut occasione tam animati quam inanimati corporis homo facit opera propter que perpetuo premiatur. Oportet enim quod adeo promerens beatitudinem sit in statu viandi acceptus Deo quoad conversacionem presentem, cum omne quod captivus infidelis servus Dei facit attribuendum sit non suo merito sed gracie acceptantis; ideo non dignificat se tali premio, cum tunc non sit dignus sed disponit se ex gracia preveniente ut postmodum fiat dignus. Alii autem existentes in gracia, cum sint membra corporis ecclesie, cuius corporis captivati sunt membra, merentur ipsam mortuis in virtute Spiritus Sancti predestinacione semper vivificantis totam ecclesiam, et probabiliter potest dici ex superhabundanti gracia quod prescitus mortuus secundum presentem iniusticiam ex meritis membrorum ecclesie suscitatur temporaliter ad vitam, non ut mereatur beatitudinem sed ut plus proficiat ecclesie et micius condempnetur. Omnia enim ista facit Deus gracia profectus ecclesie.

Secundum notabile est quam graciose Christus agit cum homine ingrato Deo, quando prevenit suscitando

2. A: quod servit. 4. BC: Christi deest. 5. BC: est deest. 10. A: vivificando. 11. A in marg.: Nota tria. Primum; B in marg.: Sentencia evangelii. In peccato mortali existens non tunc meretur a Domino suscitari. 16. B in marg.: An opera malorum prosint eis. 17. BC: facit. 18. A: sicut deest. 23. A: ascribendum. 25, 26. A: gracia preeminencie. 28. A: ipsis. 30. B in marg.: Quomodo opera prescitorum prosint ipsis. 37. A in marg.: Secundum; ib. A: est quod; ib. B in marg.: Secundum principale evangelii. De periculis peccatorum.

Digitized by Google

Danger of habitual sin.

per graciam antequam induretur. Periculosum quidem est assuefieri in crimine per replicacionem actuum anime, sed periculosius est cum hoc ex illo peccato opera extrinseca exercere, quia opus extrinsecum est ut malleus infigens clavum, cum ex complacencia operis profundat crimen animi amplius induratum. Ideo prudencia foret peccanti de commisso conteri et in ipso non diutine indurari. Sed maior videtur gracia quod cum homo fuerit in diuturniori crimine amplius induratus et magis a sua sufficiencia eviratus, quod Deus ipsum graciose suscitet a crimine ampliori. In cuius signum Christus suscitando Lazarum lacrimatus est, flevit et fremuit, tam ad denotandum magnitudinem potencie a tam gravi reatu criminis liberandi quam eciam ad docendum quod peccator in tanto periculo debet viriliter se iuvare et peccata recidivancie precavere. Sed absit quod homo continuet in peccato, ut Deus in sua suscitacione faciat maius miraculum. Prescitus autem cum sit in peccato irremissibili quod Deus non potest remittere, licet ad tempus sit in gracia secundum presentem iusticiam, impossibile | est tamen ipsum ad graciam predestinacionis attingere. Et sicut finale meritum predestinati compatitur secum peccatum mortale secundum presentem iusticiam, sic presciti finale peccatum compatitur secum graciam et meritum secundum presentem iusticiam; sed illa probabiliter dicuntur secundum quid talia et non simpliciter, et sic de omnibus actibus demeritoriis predestinatorum et actibus meritoriis prescitorum, et sic licet in aliquo gradu predestinatus de commisso conterens sed postmodum recidivans secundum quid conteritur respectu contricionis finalis, impossibile tamen est prescitum ad bonitatem contricionis sue vel conversacionis attingere. Unde prescitus est quasi taurus desperatus non curatus blada vel prata destruere, cum Deus ex misericordia sua dat sibi bona nature sed non curat sibi dare finalem graciam sicut illos predestinatos quos amat

Yet Christ can save even the hardened sinner, of whom Lazarus was a type.

Fol. 177[a]

2. BC: assuetis. 3. A: peccato; opera deest. 5. A: infingens; clavum deest. 7. A: non ductive. 10. C: insufficiencia. 11. B in marg.: Christus quare flevit Lazarum suscitando. 12. A: flevit deest. 14. A: liberando; ib. A: ad denotandum. 18. A in marg.: Nota de predestinatis et prescitis. 21. A: ipsum deest; ib. B: predestinatis: C: predestinantis. 22. BC: Ideo sicut illa gracia compatitur. 23. A: secum gravi; ib. B in marg.: Cecum iudicium. 27—28. A: demeritoriis — actibus deest. 29. A: alio. 30. A: recidivas. 31. C: contricionis fiant. 34. A: blada deest. 35. A: sibi deest. 36. BC: illis predestinatis quos amor.

11. Cf. De Ecclesia pag. 544.

Digitized by Google

arguit et castigat. Ideo cecum est iudicium ex prosperitate mundana vel eius adversitate predestinatum arguere vel prescitum. Deus enim celare voluit consilium sue predestinacionis et presciencie et non per talia mun-
5 dana iudicia reserare; quin pocius constanter faciens opera bona de genere et angustiatus ac oppressus in seculo negata sibi prosperitate mundana ex argumento topico concludi potest esse predestinatus, licet possibile sit et nobis incognitum si cadet finaliter sive stabit.

Present prosperity is no evidence as to a man's spiritual state.

10 Tercium notabile est de consociis in malo et portantibus loculum ad sepulcrum, nam inter omnia peccata ecclesie istud est periculosius magis absconditum non curatum. Sunt autem sex genera consensus (ut sepe repecii) notata in hiis versibus:

Danger of fellowship in evil.

15 *Consentit operans, defendens, consilium dans*
Ac auctorizans, non iuvans nec reprehendens.

Six modes of consent to sin:

Videtur autem primo quod omnis prescitus vel predestinatus operans viciose consentit omni peccato mundi, sut sicut iusti quicunque sunt (ut sic) iustorum participes,
20 sic et peccatores omnium peccatorum fiunt consortes; nam notato cumulo tocius iniurie mundi certum est quod quilibet iniustus facit secundum partem hanc magnam iniuriam, ymmo iuvat vel promovet per accidens ad cuiuslibet sue particule complementum. De pre-
25 scitis autem est pocior evidencia. Et hec racio quare dampnati sese odiunt et salvati propter iuvamen reciprocum sese amant. Sicut enim existens in gracia communicat cum iusto ubicunque terrarum fuerit, sic existens in crimine cooperatur cum alio criminoso ubicunque
30 fuerit, quia omnes illi sunt unum corpus cooperans cum patre mendacii. Ideo ex consensu cooperacionis tam extenso periculosum est communicare in malo opere.

1. Every one who sins consents to all the sin of the world.

Secundum genus consensus est defensio criminis que nimis ample per mundum extenditur cum omnes faventes

2. Defence of sin.

1. B in marg.: Cecum iudicium ex prosperitate vel asperitate arguere prescitum vel predestinatum; A in marg.: Nota cecum iudicium. 3. C: celare. 10. A in marg.: Tercium. 14. A in marg.: Nota sex genera consensus. Versus; B in marg.: De generibus consensus. Declarat subtiliter sex genera consensus (alia man.). Operans viciose consentit omni peccato mundi; C in marg.: Consensus sex genera. 15. A: operans defendit; BC: cooperans. 17. A: primo deest. 18. B in marg.: Cooperans. 19. A: ubi sicut; ib. BC: iusticiarum. 20. BC: sic et — fiunt deest. 21. A: notato circulo. 25. A: autem non; ib. B in marg.: Quare dampnati sese odiunt. 28. B in marg.: Nota bene. 30. A: quia deest. 32. B: commutare. 33. A in marg.: 2; B in marg.: Defendens. 34. A: in omnes.

15. Cf. Trialogum p. 173, 307. Vide supra pag. 77.

Digitized by Google

Sin defended in the schools.

peccatis et iustificantes opere vel sermone, ut sic defendunt ipsa; que defensio extenditur usque ad scolasticos, cum reprobantes peccata scolastice nimis paucos habeant adiutores sed impugnatores ex parte dyaboli invenient nimis multos. Nec dubium quin tales culpabiliter consenciant, ymmo quodammodo faciant quodlibet malum mundi. Sicut enim multorum navem trahencium quilibet eorum trahit ipsam et quamlibet eius partem, sic multorum trahencium currum peccati in iugo peccati dyaboli quilibet eorum trahit ipsum et quamlibet eius partem. Ideo solet dici quod dupliciter potest intelligi quicquam fieri vel proprie vel participative secundum proprietatem faccionis dicitur homo culpandus proprie vel laudandus, et illa attenditur penes proprietatem subiecti ei condiciones alias quas explicant naturales. Faccionem autem aliam participative dictam pauci concipiunt, ideo negant; certum est tamen quod tam racio quam auctoritas hoc convincit, et ideo licet politici iudicent secundum opus proprium et non secundum participacionem, Deus tamen qui solus cognoscit peccati gravedinem, et alii quibus ipse voluit revelare cognoscunt quomodo tam mali quam boni faciunt participative tam opera bona quam mala, cum tam boni quam mali sunt ambo una persona, que promovet opera suarum parcium. Et sic defendens quadam specialitate facit opera defensati.

3. Counsel; all ill doing is advice to others to do ill.

Tercium genus est consilium, et cum quelibet creatura dicit se ipsam, patet quod posicio cuiuscunque operis mali dicit cuicunque malo per modum consilii quod est taliter operandum, ut medicus secundum Anselmum dicit efficacius hanc herbam esse salutiferam, dum avide ipsam edit quam diceret asserendo verbis ipsam esse pestiferam, et sic de | contrario, quia minus verbis quam operibus est credendum. Sed omnino consulentes explicite in lege civili sive ecclesie ad faciendum quod sonat in oppositum legis Dei secundum tradiciones suas iniustas nimis

Fol. 178a

1. A: iustificatos. 2. A: ubi defensio. 3. BC: scolastice deest; ib. B in marg.: Nota. 7. C: sic enim. 9—11. C: sic — partem deest. 12. B: quid fieri; C: quicquid fieri; ib. A in marg.: Aliquid fieri potest accipitur dupliciter; B in marg.: Dupliciter intelligitur aliquid fieri vel proprie et per se vel participative. 17. BC: est autem. 18. A: poletici. 19. BC: participativum; ib. B in marg.: Desperacio peccatorum. 23. BC: ambo sunt una. 24. BC: promovent. 26. A in marg.: Tercium; B in marg.: Consilium ad peccandum. 27. BC: positivum. 29. BC: Nec medicus; ib. BC: secundum Augustinum; ib. B in marg.: De reali dicencia. Ans. (!).

29. Cf. Eadmeri De Anselmi similitudinibus, ed. Gerberon, pag. 168.

Digitized by Google

ample spargunt suas malicias. Et quantum ad verbale consilium explicatum prudencia est hominem consulere ad virtutes et opera virtuosa et quoad alia neutra aut ambigua ponere custodiam ori suo.

Need of care in giving counsel.

5 Quartum genus consensus est auctoritas que licet omni peccatori conveniat, principaliter tamen convenit perversis magnatibus et prelatis, cum robore et defensione eorum fiunt multe iniurie. Nec capit excusacionem quod non faciunt illas in persona sua propria, cum 10 principali consensu ipsas efficiant et consencientes ac agentes (ut patet ad Rom. I°) sunt pariter puniendi. Quam ergo excusacionem habebit prepositus qui capit regimen de subiectis et vendicat retribucionem de bonis que fecerint, et tamen de malis que in defectu sui 15 regiminis perpetraverint non sperat participium? Talis indubie racionis adversarius blasphemat in Deum; sic enim animus presciti dampnabitur ex peccato cuiuscunque sensibilis partis quod in defectu sui regiminis perpetraverit hic in via. Ideo quidam intelligunt illud 20 Psalmi XVIII[i], 14: *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero et emundabor a delicto maximo.* Quandocunque enim sensus vel membrum hominis facit facinus contrarium racioni, dominatur super vires intellectus et ex amplitudine participii gignit delictum maximum. Unde 25 prelati utriusque fori diligenter attenderent ad leges secundum quas regulant si sint consone legi Dei.

4. Authorizing evil.

This concerns chiefly rulers and prelates.

Quintum genus consensus consistit in negacione iuvaminis, dum subtrahens iuvamen teneatur ex mandato Dei ad subsidium apponere vires suas, et sic quilibet 30 committens vel omittens culpabiliter consentit omnibus malis mundi. Unde stulte locuntur quidam inscii quod non faciunt nec consenciunt talibus malis sed preservant se in persona sua nec admittunt subditorum regimina. Unicuique enim mandavit Deus de pròximo ut *mutuo* 35 *se iuvarent*, et hoc implicat vinculum dileccionis proximi, cum ipse non diligit proximum ut se ipsum qui videns ipsum in summo corporali periculo et possit ipsum

5. Refusing assistance to good.

1. BC: ampule. 3. A: neutra sibi. 5. A in marg.: 4; B in marg.: Auctoritas. 7. BC: conversis. 10. BC: principaliter. 12. A: cum cepit. 13. BC: regnum; ib. A in marg.: Contra prelatos. 14. BC: fecerunt. 15. C: perpetraverunt. 17. Codd.: dampnabiliter. 18. A: sensus vel partis. 19. A: perpetravit. 21, 22. BC: quandoque. 25, 26. BC: quod leges . . . si deest. 27. A in marg.: 5; B in marg.: Quilibet obligatur adiuvare proximum. 30. A: omittens vel omittens. 31. BC: quidam ocii. 32. BC: presumant. 33. A: subiectorum regimina. Cuicunque.

Digitized by Google

defendere ac negligenter subtrahit manum suam, multo magis in desidia spiritualis iuvaminis cadet dampnacio.

6. Neglect to rebuke sin.

Sextum genus consensus est quando quicunque prelatus vel alius videns quod clamore vel reprehensione posset detegere vel destruere peccati maliciam et tacet vecorditer, et licet prelatis et regibus peccatum istud ut priora conveniant, tamen nimis realiter convenit cuilibet peccatori. Quilibet enim debet se ipsum reprehendere secundum illam partem qua sic peccat et per consequens consentit peccato correccionem dissimulans, et sic si fidelis servus Domini ex integro non consenciens dyabolo foveat partem suam, non multiplicarentur in ecclesia tot hereses, sed pars dyaboli habet maiores et plures pro parte sua contra Dominum procurantes.

SERMO XLIX.

Cum intraret Jesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panem, et ipsi observabant eum. Luce XIV°, 1.

Christ did not shrink from being observed.

Constat ex textu evangelii quomodo ipsum est trimembre; primo notatur temptacio Christi a principe phariseorum et suis complicibus, cum in domo sua cum illis sabbato manducavit, observabant eum ex innata invidia quomodo ipsum arguerent propter disparenciam sue religionis. Sed ipse omnisciens et per consequens calliditatem eorum agnoscens et profectum sue instruccionis et operis non propterea aufugit; sicut enim salvacionem humani generis, licet scivit mortis proprie imminenciam, non pretermisit, nam *ydropicum* non obstante sua versucia sanavit. Ex quo notari potest Christi misericordia ac benivolencia qua subdolis benefacit; secundo ypocritarum invidia, qua propter detecciones sue malicie et disparenciam sue sanctitatis virtuti Domini invidebant, et tercio perseverancia beneficencie Christi sanando ydropicum. Ex quo miraculo

We should note
1. Christ's mercy,
2. The spite of hypocrites,
3. Christ's perseverance in goodness.

1. C: aut negligenter. 2. A: dampno. 3. A in marg.: 6. 4. C: alius iudeus. 7. A: competit. 9. A: partem anime que. 14. A: contra Deum. 15. BC: Dominica XVII; C: post Trinitatis. 16. A: intravit. 17. A: sabbato deest; ib. A: et deest. 19. A in marg.: A. 21. BC: unde in. 22. A: manducavit sabbato; ib. A: eum deest. 23. BC: quo ipsum. 25. A: cognoscens. 26. A: propria aufugit. 27. B: generis deest. 28. A: non deest; ib. BC: sic ydropicum; ib. A in marg.: 1. 29. A in marg.: 2; B in marg.: propter malorum invidiam salubris instruccio non est obmittenda. 30. A: que subdolis. 31. A: que. 33. A in marg.: 3.

16. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 41.

Digitized by Google

tam ipse quam totus mundus doceri debeat et gaudere. Ydropicus enim intercutanea aqua inflatus signat avarum qui in secunda digestione diviciarum deficiens imperfecte segregat temporalia que sunt aqua a bonis virtutum, qui in tercia digestione vita hominis interioris debet refici. Tumor autem ydropici notat superbiam | qua avarus ex innata affluencia temporalium exaltatur; fetor autem ydropici signat quod avarus ex inordinata affeccione temporalium fetet Deo. Apostolus enim propter suam pauperiem II[a] Cor. II, 15 dicit quod *Christi bonus odor sumus Deo.* Est autem aqua illa innaturalis intercutanea, quia nedum pellem prolis sed pellem propriam et vitam dilatat, cupidus pro temporalibus acquirendis, et signanter coram phariseis qui in religione sua erant sic cupidi, iste ydropicus est sanatus. Exhinc enim multipliciter illis concluditur ex prevalente spiritu consilii ipsis instructis eorum avaricia condemnatur. Secunda pars evangelii docet per locum a maiori quod licet in sabbato spiritualia opera facere ad salutem anime tendencia, quia secundum legem veterem licet extrahere bovem vel asinum de puteo in sabbato depressum. Sed maior est racio liberare hominem ab oppressione corporali vel spirituali in sabbato quam iumentum, ergo per locum a maiori idem est licitum; nam tam natura prima quam prudencia humana plus curat de homine quam iumento, cum homo sit finis gracia cuius ordinatur iumentum et multo magis de salute perpetua hominis est curandum. Pharisei autem et legisperiti mutescendo tacuerunt, quia veritas prenosticando mutescenciam finalis iudicii superat falsitatem. False autem observabant verba Christi et opera, ut ipsum caperent si possent in repugnancia racioni; sed cum *super omnia vincit veritas,* devicti sunt ex falsitate propria, videntes quod quidquid dixerint inconveniens implicatur. Et cum ficta responsio non sit responsio, signanter dicitur quod dicti falsidici veritati invincibili in hoc non potuerunt respondere. Veritas (inquam) est quod observacio sabbati quam Deus appetit est refrenacio a peccato, quod est opus servile

Fol. 178[b]

A dropsical man is like a miser.

We may do spiritual work on the Sabbath.

True observance of the Sabbath is abstinence from sin.

1. A: debeant. 2. B in marg.: Quid significat ydropicus et que sunt eius proprietates. 7. BC: temporalium deest. 8. A: significat; ib. BC: innata. 9. BC: autem propter. 10. A: II[a] Cor. II deest. 12. BC: que nedum. 12, 13. A: propriam dilatat. 16, 17. A: concilii. 17. A in marg.: B. 19. C: salutis; ib. B in marg.: Licet in sabbato facere opera spiritualia in salutem anime tendencia. 23. A: vel spirituali deest. 24. A: illud. 25. A: persona prima. 35. C: sit id est non signanter. 38. A: est est; BC: preservacio.

Digitized by Google

et beneficencia virtuosa ad honorem Dei et omnis occupacio in sabbato que in isto excesserit est pocior sabbati observacio. Sed ne declinacio ad peccata ex occupacione corporali occasionem accipiat, ordinavit lex vetus ut ab occupacione servili appreciabili Judei abstineant. Certum est tamen quod minus malum foret arare vel texere quam in ecclesia culpabiliter ociari. Ideo sophisticatur multipliciter observancia sabbati, cum homo debet in sabbato vitam illam eligere, que foret Deo aptacior, contemplacioni habilior et a mundo suspensior. Unde ad denotandum quod Deus non appreciatur tradiciones hominum de sabbato, nisi de quanto consonant isti fini, ordinavit Deus quod in lege nova transferatur a feria septima in primam feriam propter raciones multiplices alibi declaratas.

It is better to plough than to be lazy in church.

Tercia pars evangelii repellit superbiam pharisaicam, sicut prima dampnat eorum cupidinem. Superbia autem eorum fetet in presumptiva dignificacione sui ex precellencia status pharisaici. Sed fides quam fideles debent credere est quod in quocunque statu viancium stat esse quantumcunque bonos vel malos moraliter, ideo stultum est quod homo ex tali nudo statu superbiat. Doctrina autem parabolica Salvatoris intelligit de nupciis spiritualibus et non de corporalibus vel eorum adiacencia corporali. Sensus ergo evangelii est intelligere per nupcias illas que sunt inter sponsum Christum et ecclesiam sponsam suam; ad illas autem nupcias vocatur quilibet viator vel predicacione vel interna inspiracione vel signo alio ut est dignum. Locus autem istarum nupciarum est gradus dignitatis meriti quoad Deum. Ille autem discumbit in loco primo qui reputat se dignum tali dignitate, ergo cum quilibet homo debet sentire humiliter de se ipso et sperare locum in istis nupciis, patet quod quilibet non inspiratus ad ulterius debet discumbere in loco novissimo, quia reputare se minimum electorum; et dico reputare et non credere, quia debet cum formidine supponere quod ex Dei gracia sit electus. Luci-

Christ rebuked the Pharisees for being proud of their state of life.

1. A: beneficiencia. 1, 2. B: occupati. 4. B: occisionem. 5. A: apprehenciabili; ib. BC: mundi abstineant. 9, 10. BC: optacior. 16. A in marg.: C; ib. BC: refellit. 20. A: est deest. 21. A: et malos. 24. BC: de deest. 27. A: illas ergo. 30. BC: meritum. 31. A: primo deest; ib. AC: se iudicat. 31, 32. BC: talis dignitatis. 32. C: debet secure; ib. B in marg.: De nupciis spiritualibus ad quas singuli invitantur. 34. B: adulterinus. 35. B: semivivum; ib. B in marg.: Quid est in novissimo loco discumbere; A in marg.: Differencia inter reputare et credere.

Digitized by Google

ferina itaque foret superbia ac pharisaica presumere sine revelacione quod sit quocunque predestinato dignior quoad Deum. Ideo illud peccatum non purgatum facit illum dampnabilem in die iudicii, nam cum diffinitus
5 sit numerus electorum et talis finaliter impenitens sit dampnandus, patet quod in loco quem talis dampnandus presumit, subrogato predestinato inconsolabiliter erubescit; nam in finali iudicio is qui vocavit cunctos ad
Fol. 178a nupcias ut sua dignitas exiget | premiabit. Locus autem
10 novissimus post diem iudicii est locus dampnacionis perpetue qui erit bassissimus et abiectissimus, cum erit in medio mundi aptatus dampnatis. Sed novissimus locus viacionis est alius, quia locus infimus electorum. Quamvis enim de multis sit falsum et non credibile
15 quod habeant locum talem, reputare tamen potest humiliter quod de facto est falsum, sicut quilibet prescitus tenetur sperare et credere quod est falsum. Sed causa quare ipsum est falsum est delictum proprium; sic racione lapsus et humiliacionis humani generis debet
20 homo supponere sed non credere illud quod de facto est falsum; et hoc est perfeccius quam prescitum debere credere quod ipse facit esse falsum. Illi autem qui dirigunt verbum Christi ad predestinatos de parte novissima dicunt quod solum illos alloquitur qui debent
25 esse minime beati; et sic verum iniungit Dominus dicens quod debent se supponere debere recumbere in loco novissimo, sed certum est quod non loquitur hic de loco corporali vel convivio corporali, tum quia doctrina non posset multis competere sed foret impertinens atque
30 sterilis, tum eciam quia foret predictis verbis Christi impertinens. Quomodo queso deberet quisque invitatus ad nupcias corporales eligere locum novissimum, cum foret impossibilitas et contencionis ministracio taliter recumbendo. Sed recumbendo secundum gradus humi-
35 litatis in spiritualibus nupciis ad sensum expositum foret gloria in finali iudicio sic humiliter sencienti. *Quia omnis qui* in via *se exaltat* superbe *humiliabitur* apud Deum, *et qui se* virtuose *humiliat exaltabitur* apud Deum.

One may be right in hoping what after all is not true.

1. A: presumere absque. 4. A: dampnabile. 5. A: ipse nitens. 5, 6. A: sit — quod deest. 7, 8. A: erubescet. 9. A: exigit; ib. B in marg.: Quid est novissimus locus in presenti et quis in futuro. 14. A: credibile sibi deberi. 15. C: habeant. 17. A: non credere. 19. BC: sicut; ib. BC: humiliacione. 23. BC: diligunt verbum. 24. BC: secundum illos. 28. A: vel convivio corporali deest. 29—31. A: atque — impertinens deest. 31. C: queso queso. 37. A: in via deest; ib. A: humiliatur.

Digitized by Google

Avarice in prelates is most damnable.

Ex isto evangelio notari potest primo quomodo avaricia pharisaica ac ypocritica est dampnanda. Quamvis enim omnis *avaricia sit ydolorum servitus*, tamen prelatorum avaricia quorum gradus debet esse dignior, contemptus mundi intensior et racio ex certitudine temporalium debet esse ab illis distensior, est apud Deum dampnabilior. Et patet huius racio in sermone ante proximo; cum enim avaricia sit appetitus innaturalis temporalium, patet quod omnis avarus in quantum plus sic appetit temporalia magis sitit. Cum enim anima sit capax infiniti boni et in temporalibus reperit solummodo vanitatem, tamquam frustrata naturali desiderio languet circa bonum superius, et anima prepositorum trahit secum ad inferos animas subiectorum, et per consequens cum Christus et membra sua conversantur superius et que sursum sunt sapiunt, tales autem ydropici gravi corde anhelant ad terrena versus inferius, patet quante ista membra contraria dislocantur; et sic multi prelati aufugientes a Christo tamquam ecclesia malignancium faciunt collegium Antichristi, cum caritas que continuaret eos membris vere ecclesie desit illis. Grossicies enim et gravitas que insunt ydropico indisponunt ipsos, ut per artam viam alacriter sequantur Deum, et de tali Antichristo dicitur Apoc. XII°, 4 quod *trahit secum terciam partem stellarum*. Cum enim prepositi sint lux mundi, et lux statim extinguitur, dum aqua, sepum vel oleum supergreditur ipsam lucem, manifestum est quod prelatis incrassatis necesse est quod lux qua docerent aspirare ad celestia ipsis mutescentibus extinguatur. Cum eciam dyameter mundi appropinquat versus centrum et versus superius dilatatur, manifestum est quod affecti terrestribus angustantur in animo et se perturbant reciproce, ubi conversantes in celestibus alte et longinque vident pericula et infusi copia luminis ultra avaros diffidentes de temporalibus quantum eis expedit donacione fidei sunt securi.

1. A in marg.: Contra avariciam. 2. B in marg.: Quomodo avaricia ypocritica est dampnanda. 3. AB: avarus. 5. A: intencior. 7. A: Antichristi. 12. A: frustrato. 16. C: Tales enim; ib. B in marg.: Proprietas ydropicorum. 18. A: membra corporea. 19. AB: ecclesia deest. 21. BC: membrum; ib. A: illis deest. 22. A: cum et; ib. BC: indisponit. 23. A: ne per; ib. A: Deum. 28. BC: docescunt. 30. A: diametri; ib. A: centrum angustantur et versus. 30, 31. B: et versus deest. 34, 35. BC: diffidentes deest. 35. donacione; A: de negacione.

Digitized by Google

Secundo notari potest quam stultum foret hominem symoniace anhelare ut sit phariseus vel prelatus cesarius; in utroque enim iacet maius periculum, ideo videtur equivalens vel maior stulticia quam si homo obligaret se dyabolo. Unde Matthei XVIII° dicit Christus quod *expedit tali ut suspendatur mola asinaria circa collum eius et demergatur in profundum maris;* quod secundum sensum beati Gregorii sic potest intelligi: Minus malum foret factis indignis prelatis ecclesie quod astringantur stricte cure servili et in medio mundane sollicitudinis profundentur. Tales enim (ut patet in nota proxima) confundunt ecclesiam et se ipsos indubie, cum sint duces cecorum capitaliter pro suis et aliorum criminibus Fol. 178d puniendi. Ideo sicut in fratribus vel religio | sis oportet spiritum consulere, sic aspirantes ad huiusmodi ecclesiasticas dignitates. Sed dubitant scolastici si factus indigne prelatus huiusmodi noviter ad consequens officium obligatur; et videtur quod non, cum Deus ante creacionem mundi ordinavit quicquid quicunque servus debet facere. Non ergo propter servi stulticiam innovat Deus ordinacionem et mutat antiquam; sed tenendum videtur, sive iuste sive iniuste quis obliget se ad Dei servicium, Deus obligat eum ad ministerium ipsum consequens, cum aliter iniuste dampnaret eum pro defectu talis ministerii. Verum tamen licet talis temere ex tempore se obligaverit, Deus tamen omne positum et penam talis temerarii eternaliter ordinavit. Sic enim ignare obligans se ad ministerium Domini temporalis obligat se ad penam pro defectu talis ministerii infligendam. Unde multi prelati atque ecclesiastici ex defectu spiritus consilii peccant mortaliter, superbe vel cupide tale officium acceptantes. Nec dubium quin precedens peccatum talium ignorancium divinum consilium sit in causa. Unde si per impossibile omnis viator obligaret se expresse ut sit sacerdos vel coniugatus, cum status ille sit bonus et ipse ambigit si in futurum servabit meritorie illum statum, tenetur illo statu servato facere digne officium quod attinet illum statum. Ex istis patet primo quod pericu-

Folly of wishing to be a wealthy prelate.

Every such prelate binds himself specially to God's service,

and to the penalties attending its non-performance.

1. A in marg.: 2. Contra simoniam; B in marg.: Quam stultum est anhelare ut sit prelatus cesarius. 3. BC: non videtur. 5. A: XVIII . . . Christus deest. 6. BC: tali quod; ib. B in marg.: Quid est molam asinariam suspendi in collo. 14. B in marg.: Questio. 16. B: Et dubitant; ib. A in marg.: Dubium. 20. C: propter sui. 21. C: antiqua; ib. A in marg.: Responsio. 23. BC: ministrum. 24. BC: talis cece. 25. A: ex tempore deest; ib. BC: se deest. 26. A: positum. 31. A: affectantes. 33. BC: sunt in. 35. BC: et ille. 37—38. BC: tenetur — illum statum deest; ib. A in marg.: 3.

Digitized by Google

losum sit hominem esse extra ductum divini consilii; quando enim homo omittit exequi ministerium ad quod Deus eum maxime disponit ut sic peccat; logicus tamen dicit quod Deus non disponit vel ordinat hominem predestinatum ad inferius ministerium quam dat sibi naturalia ad hoc apta; quia si ordinat ad aliquid, tunc sequeretur, verum tamen multos homines ponit in tali statu naturali in quo si sibi et ipsis placuerit amplius mererentur. Et talem donacionem temporalium vocant quidam disposicionem ad tale officium, sed non Dei ordinacionem. Sed quomodocunque sit de hoc, temerarium videtur quod aliquis obliget se ad statum qui inseparabiliter sapit peccatum sicut videtur de civili dominio et omnino de fratribus et aliis religiosis privatis. Unde quicunque presciti qui debent scire tale peccatum sapere et gratis ad illum se obligant peccant mortaliter in ingressu et habentes spiritum ad huiusmodi statum dimittendum, debent istum statum relinquere et statum qui sine peccato servari poterit conservare. Et patet quod necessitamur consilium Dei instanter expetere.

It is foolish to bind oneself to a state which savours of sin.

SERMO L.

Accesserunt ad Jesum pharisei. Matthei XXII°, 34.

Christ reduces the ten commandments to two.

Constat quod in prima parte huius evangelii Christus reducit ad binarium totum decalogum mandatorum. Nam tria mandata prime tabule docent quomodo Deus sit amandus et septem mandata secunde tabule docent quomodo proximus sit amandus. Et istum denarium reducit ideo ad infamem binarium, quia novit hominem ab illo recedere per prevaricanciam mandatorum. Nam ad figurandum illam Moyses fregit duas tabulas digito Dei scriptas. Et notari potest quomodo pharisei ex ypocrisi appropinquant pre ceteris Salvatori, ac si vellent pre aliis mandata Dei servare. Secundo notari potest quomodo legis doctor querendo temptavit Dominum et fuit minoris malicie quam legum doctores sunt hodie. Ipse enim ex habundancia cordis quesivit questionem quam preponderavit et in qua plus replicare scivit.

2. C: cum enim. 2, 3. C: cum Deus: eum deest. 7. A: sequetur. 8. A: et ipsis deest. 17. B: huius statum; ib. C: hoc statum. 18. A: ipsum statum. 21. BC: Dominica XVIII. 29. A: ab alio. 31. A in marg.: 1. 33. A in marg.: 2. 34. A: doctor deest.

Digitized by Google

Sed doctores hodie sunt perversi quod negligenter ignorant mandata Domini et tradicionibus hominum propter maiorem avariciam innituntur. Ideo tercio notandum quod Jesus tam pro illo quam pro ecclesia instruenda parate respondit humiliter ac sapienter: *Diliges*, inquit, *Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua et in tota mente tua*. Et licet illa sint tria mandata, tamen logicus omnisciens vere dicit quod *hoc est primum et maximum mandatum*. Est autem tenor verborum scripture plenus sapiencia, cum dileccio *que* secundum Apostolum ad Rom. XIII *est plenitudo legis* pretermittitur. Quod autem diligendus sit dominus Deus, moveret fidelem ad illam dileccionem implendum. Per hoc enim quod est Dominus, debet timeri et mandatum eius et specialiter primum et maximum impleri. Nam ita magnus posset esse terrenus dominus et tam signanter servo suo precipere quod usque ad mortem satageret mandatum implere. Sed quis maior | dominus quam est Deus? Per hoc enim quod est Deus vel Theos cuncta intuens debet servus ad mandati sui observanciam inclinari; diligencius enim fit servicium cuiuscunque domini, dum intuetur presens ministerium servientis, sed fides in servis Christi deficit vel tepescit. Ille autem diligit Deum ex toto corde, qui correspondenter ad Deum patrem ex intellectu suo credit Deum unicum et non adorat ut Deum aliquam creaturam. Nam Psalmo XLIV°, 2 dicitur: *Eructavit cor meum verbum bonum*; dum natura divina testatur quod Deus pater qui est principium ex quo sunt omnia produxit eternaliter verbum suum. Et secunda particula correspondens Deo filio qui est vita viventibus exprimitur istis verbis: *In tota anima tua. In ipso enim vivimus, movemur et sumus* (ut dicit Apostolus Actuum XVII°, 28). Et ideo non debemus nomen vel verbum Dei in vanum accipere. Et tercia particula huius mandati maximi sic exprimitur: *Diliges dominum Deum tuum in tota mente tua*, et per illam mentem que est memoria signatur Spiritus Sanctus et alluditur tercio mandato in quo precipitur: *Memento ut diem sabbati sanctifices.*

1. The love of God,

with heart

with soul,

with mind.

Fol. 179a

1. A: vel negligenter. 3. A: nituntur; ib. A in marg.: 3. 4. BC: tempore primo illo quantum pro; ib. B: ecclesia illa. 7. A: et tota; ib. B: sunt. 8. BC: hoc deest. 10. B: plenius sciencia; C: plenum sciencie. 11. A: ad Rom. XIII deest. 19. B in marg.: Quid est Deum ex toto corde diligere. 20. B: mandata. 25. A: adoravit. 26. Codd. XL. 30. A: est principium viventibus. 36. A: et illa mente. 37. A: significatur; ib. BC: alludit.

Digitized by Google

Nam intellectus et actus eius qui est vita ac reflexio actus super intellectum que est memoria signat Trinitatem.

2. The love of our neighbour.

Secunda particula evangelii docet quomodo proximus sit amandus: *Diliges*, inquit, *proximum sicut te ipsum*, hoc est, videas quid quicunque proximus tuus raciona-5 biliter tibi faceret in casu consimili et ex virtute huius mandati secundi fac sibi similiter. *Et in hiis duobus mandatis* principaliter et *completur lex Domini* tam secundum sapiencialia quam secundum historialia quam eciam prophecias. Et licet Christus fecit se hominem 10 et fratrem nostrum ac istud mandatum summe compleverit ad finem quo nos ipsum attencius compleamus, tamen in eius prevaricacione totus mundus declinavit, cuius racio est defectus observancie legis Christi et infidelitas qua sibi discreditur. 15

Christ's divinity taught here.

In tercia autem particula evangelii ut verbo Dei plus intendatur supponendo eius humanitatem (ut notavi), docetur sua divinitas: ex scriptura: *Quid*, inquit, *vobis videtur de Christo? cuius filius est?* Et cum negare non poterant quin fuit *filius David* humanitus, cum hoc 20 patuit ex facto, cronica et scriptura, allegat propheciam David ex Psalmo CIX°, ubi de Christo loquitur prophetice quomodo Deus pater qui est universitatis Dominus dixit Verbo suo, qui licet sit filius meus humanitus iuxta illud Psalmi CXXXI°, 11: *De fructu* 25 *ventris tui ponam super sedem tuam*, tamen ipse Dominus meus divinitus, cum sit substancialiter ipse Deus. Si ergo David *in spiritu suo vocat eum dominum suum*, cum secundum potestatem humanam non sit eius dominus, eo quod ipse pauper et David mundane 30 potens ac dives, non superest secundum quod sit dominus suus nisi divinitus, ut alie scripture testantur. Et nimirum convicti ista sentencia tanti prophete David quem tante approbant nec poterant respondere invincibili veritati *nec audebant* secundum suam presump- 35 tivam stulticiam *eum amplius in questionibus infidelibus occupare.*

1. A: quia actus. 2. A: significat. 3. A in marg.: B. 9. A: secundum spiritualia. 10. A: propheciam; ib. A: fecit. 11. BC: fratrum; ib. A: et istud. 14. A: est est. 16. A in marg.: C; ib. A: autem deest; ib. ut deest. 17. C: ut notam. 21. C: ex scriptura. 22. BC: loquitur notat; ib. Codd. CX; recte CIX, 1. 24. C: meus deest.

36. Vulgate: *Neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.*

Digitized by Google

Ex isto evangelio dubitatur apud scolasticos: *Si lapsi possunt implere primum mandatum hic in via.* Et currunt argumenta hinc inde: Cum enim precellencia dileccionis Dei et iste terminus *totus* non possunt notari pertinenter, nisi ut homo debet Deum diligere secundum ultimum huius triplicis sentencie, videtur quod eo ipso quo homo dimittit Deum diligere secundum hunc gradum, peccat in isto mandato maximo. Cum ergo impossibile sit viantem ad istum gradum dileccionis attingere, videtur quod impossibile est ipsum hic mandatum istud implere. In oppositum videtur quod non sit sapientis Dei dare istud mandatum lapsis et tam crebro eius observanciam precipere nisi ipsum possibile sit implere. Nemo enim prudenter precipit servo suo quidquam facere quod scit ipsum non posse perficere, et gravatur ista sentencia quod deficiente complecione huius mandati complecio cuiuscunque mandati deficeret, quia secundum beatum Jacobum cap.° III°: *Qui offendit in uno factus est omnium reus.* Et cum impossibile sit beatitudinem mereri vel esse in gracia sine mandatorum observancia, videtur quod quilibet lapsus sit prescitus. Christus enim dicit cuidam in persona cuiuslibet christiani: *Si vis ad vitam ingredi serva mandata.*

Doubt; Is fallen man capable of fulfilling this commandment.

In isto dubio videtur mihi tenendum indubie quod observancia huius mandati sit lapso possibilis; conceditur tamen quod in eius observancia nimis deficimus, quia continue dum venialiter peccamus, et dum quidquam diligimus non in ordine ad dileccionem Dei, peccamus gravius. Et patet solucio ad argumentum contrarium. Conceditur enim quod peccamus continue Fol. 179b dum aliquam partem cordis | nostri ad diligendum Dominum dispartimur, et sic debet diligi secundum ultimum potencie nostre lapse, sed cum ipsa potencia debilitatur nec sufficimus tantum Deum diligere sicut Christus vel beati, ad complecionem huius mandati hoc non requiritur, sicut pater a filio suo infante vel puero non exigit tantum servicium vel amorem sicut exigit ipso adulto. Et sic in quocunque statu fuerimus et a dileccione debita isti statui convenienti deficimus, de

Answer. We can fulfil it, though imperfectly.

1. A in marg.: Primum dubium; B in marg.: Questio. 4. B in marg.: Quod non; ib. A: potest. 5. A: nisi quod. 11. A: illud; ib. A in marg.: In oppositum. 12. A: lampsis. 15. A: posse facere. 16. BC: deficiendo. 18. AC: cap. III° deest, recte II, 10. 24. A in marg.: Responsio; ib. B in marg.: Solucio. 27—30. A: dum venialiter — continue deest. 29. B in marg.: Solucio ante (!) oppositum. 35. A. et beati. 39. A: divini isti; ib. BC: convenienti deest.

Digitized by Google

tanto peccamus et sic oportet notare statum et dileccionem quam in statu innocencie habuissemus; et quantum ab illo deficimus de tanto peccamus.

Worldly business to be avoided since it diverts our love from God.

Et hec racio dicti Apostoli quare nemo militans Deo implicat se negociis secularibus, quando dileccionem vel servicium non pure exhibet in ordine ad Deum et potenciam diligendi quam habet pro statu lapsus in actu diminuit propter dileccionem inordinatam creature. Et patet quomodo clerus multipliciter a Deo segregatur, scilicet in affeccione inordinata temporalium, ultra quam exigit ministerium sui status. In cuius signum ut plus recipit et exigit de temporalibus minuitur eius servicium quoad Deum. Unde inexcusabilis est exigencia pluris instrumenti et ministracio pauperioris officii. Idem enim est ac si bellicus exigeret a domino suo plura instrumenta bellica et vecorditer retrocederet in bellando. Et eadem est consideracio de quibuscunque religiosis privatis qui ultra legem Dei facilitatem ac necessariam onerant se gratis adinventis legibus; ad quas magis attendentes minus diligunt Deum suum, quia cum eorum dileccio sit finita et inordinata, quia superflue dispartitur, necesse est ut dileccio Deo debita minuatur; et hec racio quare nostri non impendunt animas Deo in vero martyrio sicut olim.

Doubt: Will not love for man lessen love for God.

Sed secundo dubitatur: Si secundum mandatum sit primo contrarium vel ipsum diminuens, et videtur quod sic, quia secundum ipsum dispartitur pauca creature dileccio que ex integro in Deum tenderet; non enim eadem dileccione qua diligo carnem vel temporalia diligo Deum meum, quia sic vel inordinate diligerem temporalia vel defectibiliter ipsum Deum.

Answer: No; since love to God may be direct or mediate.

Sed in isto dubio dicendum est quod aliud est dileccione Deum diligere et aliud per dileccionem diligere ipsum Deum. Ablativus enim sine preposicione signat circumstanciam cause formalis, ut hic supponitur. Secundo supponitur quod omnis dileccio ordinata tendit vel immediate vel mediate in Deum. Immediate dum

4. B in marg.: Nemo militans Deo quomodo intelligitur. 6. A: in ordine deest. 10, 11. BC: ultra quod exigit ministrum. 12. B: exigit et recipitur. 17, 18. BC: religionibus . . . que. 21. BC: inordinate; ib. A: que. 24. BC: in uno. 25. A in marg.: Secundum dubium; B in marg.: Dubium. 28, 29. BC: non in eadem. 30. B: diligere; C: diligeret. 31. BC: delectabiliter. 32. A in marg.: Responsio; ib. BC: dicendum quod; ib. B in marg.: Dileccio duplex qua Deum diligimus et per quam, hoc est, immediata et mediata. 35, 36. A: et hic supponitur quod omnis. 37. B: in Deum deest.

Digitized by Google

sit dileccio qua Deus diligitur, et mediate dum sit dileccio per quam Deus finaliter diligitur. Et sic si sit dileccio in qua Deus non diligitur, illa est omnino illicita; nec licet homini vagari in dileccione causati ut
5 sibi placuerit, quia sic quilibet quantumcunque inordinate diligendo amasiam non peccaret, sed oportet ad regulam dileccionis quam scriptura instituit diligenter attendere, ut videlicet creatura diligatur ad tantum et secundum illum ordinem ad quantum est sibi neces-
10 sarium ut in Deum feratur dileccio. Et sic videtur quod omnes civiliter dominantes et religiones privatas vel adinventas civiliter occupantes dileccione extranea et dileccioni Dei contraria, diligunt creaturas; nam in paucitate mediorum et facilitate attingendi terminum
15 stat perfeccio ordinis christiani. Unde difficultant ecclesiam qui sacramentorum et signorum multitudine onerant viantes ultra hoc quod sciunt expresse elicere ex scriptura; proximus itaque debet solum in Christo diligi et non expresse secundum affeccionem carnalem vel mundo
20 utilem, quia illa racio est extranea a dileccione proximi quam Deus precipit. Tunc enim diligit homo fratrem in Christo, quando propter Christum Deum et hominem ipsum diligit et secundum racionem qua vel faciendo vel paciendo Christo complaceat. Et patet quam ex-
25 tranea est proximorum dileccio, qua propter carnem vel mundi utilitatem ipsos diligimus, quia omnis ordinata dileccio creature debet in Deum finaliter terminari ut si diligimus aliquid et in hoc Deum diligimus ut debemus, tunc diligimus ipsum in Deo et dileccio qua ipsum
30 diligimus, licet non sit dileccio qua Deum diligimus, est tamen dileccio per quam et in qua Deum diligimus et istud duplex mandatum est medium convincendi quodcunque peccatum hominis vel medium quomodocunque debeat se habere.

Love to the creature is lawful so far as it helps love to God.

35 Et tercio patet quomodo secundum logicam Christi predicaciones debent de eo concedi simpliciter, que sibi competunt sive divinitus sive humanitus. Sicut enim

1—5. A: qua — quia sic deest. 6. BC: nec peccaret. 9. B in marg.: Quando diligimus fratres in Christo. Diligenda est creatura ad tantum et secundum illum ordinem ad quantum est sibi necessarium, ut per eam in Deum feratur dileccio. 13. A: Domini; ib. BC: non in. 16. BC: quod in sacramentorum. 22. A: Christum deest. 24. BC: vel participando vel; ib. A: complacet. 32. BC: convivendi; ib. B in marg.: Dileccio proximi licet non est dileccio qua Deum diligimus est tamen dileccio per quam et in qua Deum diligimus. 33, 34. BC: quo debeat. 36. A: de eo debeat; B: debent Deo concedi; ib. A in marg.: Nota quomodo predicaciones insunt simpliciter Christo filio Dei.

Digitized by Google

Christus est filius David et beate virginis, sic est ipsis inferior et ipsis subiectus, et sicut est naturalis filius Dei sic est maior | et prior David vel homine, ut dicit evangelium, cum sit multorum utrumque, licet materia in Christo per augmentacionem continue variatur, tamen propter hoc quod manet idem suppositum et non est continue nova natura per se existens; propter hoc non proporcionabiliter generatur vel incipit. Et sic intelligitur quod Christus non sit minor, licet se ipsum exinaniverit, quia istud esse non est per se existens sicut ipsum esse hominem, quod est minus quam deitas.

Fol. 179.

SERMO LI.

Ascendens Jesus in naviculam transfretavit et venit in civitatem suam. Matthei IX°, 1.

Mystical meaning of the ship.

Navicula ista potest intelligi ad sensum misticum corpus beate Marie virginis vel corpus proprium quod de ipsa sumpserat. In ista quidem *navicula transfretavit*, quando cursum penalem infantilem in arto presepio in tempore gelido et innumeris periculis pro humano adiutorio venit ad ecclesiam Judeorum, que secundum quandam proprietatem dicitur *civitas sua*, non solum quia ibidem aliquamdiu habitavit, sed quia in ea natus est vel eam ex singulari proprietate et sermone prophetico affectavit. *Non*, inquit, *sum missus nisi ad oves que perierant domus Israel.*

Christ's own city is supposed to be Nazareth.

Dubitatur enim communiter que ad literam fuit illa civitas, sed sive fuerit Jerusalem sive Nazareth sive quecunque alia quam Christus incoluit, verum est ad literam quod illa civitas humanitus fuit *sua*. Dicitur tamen communiter quod fuit Nazareth, que fuit metropolis Galilee in qua patria conceptus est, quia in Nazareth. Cum autem Christus humanitus profecit continue in virtute, signanter dicitur quod ascendit in naviculam, quia per

5. augmentato; ib. A: varietur. 8. A: generatur deest. 9. BC: maior se licet; ib. A: exterminaverit quia; C: exinanivit. 10. A: illud esse; ib. B in marg.: Christus licet exinanivit se ipsum et minoravit et inferioravit vocando (!), tamen non dicitur nunc maior se aut superior. 12. BC in marg.: Dominica XIX. 16. BC: Marie deest. 19. A: et innumeris periculis vel humano adiutorio. 21. BC: quandam deest. 22. BC: ibi. 22, 23. BC: sed quia ... est deest. 26. AB in marg.: Dubium. 29. A in marg.: Responsio; B in marg.: Solucio. 32. BC: autem deest.

12. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 46. 24. Matthaei XV, 24.

Digitized by Google

totum tempus viacionis sue fuit corpus eius super mare mundi Spiritu Sancto latum.

Offerebant autem ei paraliticum iacentem in lecto, quando sive angeli sive homines sancti innuebant sue humanitati quomodo genus humanum titubavit in fide; paralisis enim que est nervorum debilitas quoad motum ex laxacione humidi naturalis signat fluctuacionem in fide, cum quotquot articulos fidei viator perfecte crediderit, tot nervos habet ad illam veritatem fidei credendum. Et omnes nervi illi oriuntur a capite, cum ab intellectu procedit fides secundum Apostolum: *Corde,* inquit, *creditur ad iusticiam.* Unde sicut lubricus secundum philosophos comparatur paralitico, quia movetur ad differenciam posicionis ex debilitate nervorum, ad quam differenciam non inclinat racio naturalis, sic in fide fluctuans est inconstans in omnibus viis suis, quia falsitatis lubricitas mollificat nervos interioris hominis quibus membra diriget ad virtutes; unde quia dicti offerentes sunt una persona cum paralitico, signanter dicitur quod *Jesus videns fidem illorum mandavit paralitico* filialiter *quod confidat et peccata preterita infidelitatis remisit.* Sed scribe imposuerunt tacite Christo blasphemiam; quorum cogitaciones Christus redarguit, cum ille qui habet potestatem per se faciendi corporale miraculum, eadem auctoritate potest peccatum remittere, cum sit Deus. Ideo dicit evangelium quod eque facile est auctoritative et efficaciter infirmo dicere: *Remittuntur tibi peccata tua* et taliter dicere: *Surge et ambula.* Et ideo ut scribe calumpniantes cognoscant illam potestatem Christi dimittendi peccata ait paralitico sic eum sanando: *Surge* et relinque antiquum cubile peccati tui *et vade in domum tuam,* in domo fideliter quiescendo. *Et surrexit* humanum genus quotquot preordinati sunt ad vitam *et abiit* ab infidelitatis errore et quievit in fidei veritate. Et ex isto miraculo alii timuerunt et *glorificaverunt Deum qui dedit potestatem talem* Christo et modo aliquo *membris suis.*

The man sick of the palsy is the human race.

4. A: annuebant; ib. B in marg.: Paralisis quid signat in scriptura, quia fluctuacionem in fide. 7. A: humanorum innaturalis; C: huiusmodi naturalis. 12. B in marg.: Lubricus paralitico comparatur. 18. A: membra — quia deest; ib. B: dirigent. 20. BC: eorum. 28. BC: tua deest. 32. BC: tui deest; ib. A: in Deo. 35. BC: et deest.

12. Rom. X, 10. 20. Vulgate: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.*

Digitized by Google

All sin caused by want of faith.

Et ex isto evangelio notari potest quam necessaria sit fides viantibus, cum impossibile sit hominem incidere in peccatum nisi defectus fidei sit in causa. Quis enim crederet Deum omnia intuentem et abnuicionem peccati generaliter mandantem esse cuicunque homini tam secundum substanciam quam secundum noticiam summe presentem et non dimitteret sic peccare. Non dubium quin omnimode sit defectus fidei in causa, nam sic negligens vel diffidit de Dei noticia aut mandato vel credit infideliter quod culpa sua transibit impunis.

as is the ignorance which leads to sin.

Item, secundum philosophos *omnis malus* moraliter *est ignorans;* sed eo ipso quo quis ignorat culpabiliter vel ignorat actu vel habitu fidem suam, ergo omnis moraliter malus est quodammodo infidelis. Maior patet: In quantumcunque scelus fuerit quis per incontinenciam lapsus pro tunc viciosa passio sopit suam noticiam, sic quod non tunc credit actualiter quod prius sciverat, quia aliter noticia | actualis ipsum retraheret, sicut noticia periculi minoris ipsum retrahit. Et minor patet ex hoc quod Deus necessario dat homini noticiam illius quod mandat ipsum servare, cum aliter culpabiliter obligaret ad illud quod obligatus omnino ignorat; vel ergo credit homo quod mandatur a Domino vel discredit. Si discredit, deficit in fide. Si credit ac cum hoc perpetrat opus malum, vel est fides ex passione sopita vel nimis leviter credit Deo.

Fol. 179[d]

Faith is the fundamental virtue.

Item, si quis culpabiliter committit aliquid, deficit a virtute, et cum fides sit virtus fundamentalis, patet quod deficit a fide. Sicut enim nemo potest stabiliri in aliquo sine suo fundamento, sic nec in virtutibus sine fide, et hinc dyabolus nititur primo tollere fidem nostram, sicut intendens murum corruere molitur primo fundamentum eius destruere; et hoc est evidens illis qui

1. A in marg.: Nota de fide; B in marg.: Fides est viantibus summe necessaria. 3. B: Quicunque. 5. BC: in tantum homini; ib. B in marg.: Omnis peccati causa est infidelitas. 6. A: secundum deest. 9. BC: Dei deest; ib. A in marg.: 1. 11. A in marg.: 2; B in marg.: Omnis malus moraliter est infidelis. Probatur quia non credit articulum fidei, videlicet quod Deus non punit opus suum malum perpetuo, similiter quod Deus non odit tantum peccatum suum, similiter quod peccatum suum non est tam nocivum et per consequens est infidelis, sed hoc caute intellige (Alia manu; black ink). 14, 15. BC: patet cum. 15. B: in incontinencia; C: incontinenciam. 16. BC: sapit. 18. A: naturalis ipsum. 19. B: minoris populum. 27. A in marg.: 3; B in marg.: Diabolus quomodo fundamentum fidei destruere nititur. 29. A: enim deest; ib. BC: stabilire; ib. B in marg. al. man.: Supposito quod omnes virtutes sunt connexe, patet quod destruens quamcunque virtutem per culpam destruunt (sic) fidem et per consequens est infidelis. Sed caute intellige. 33. A: distrahere.

Digitized by Google

noscunt quod virtutes singule secundum suas species sunt connexe. Et hinc Christus tam crebro increpat infidelitatem et commendat fidem. *Si credis*, inquit, *omnia possibilia sunt credenti.* Et apostolos deficientes
5 a cura demoniaci increpavit vocans *generacionem incredulam.* Et hinc rogaverunt Luce XVII° Christum quod *augeat illis fidem.* Et patet ista materia Marci XI°, 23: *Si quis dixerit monti huic tollere et mittere in mare et non hesitaverit in corde suo sed crediderit, quia quod-*
10 *cunque dixerit fiet ei.* Sed illam sentenciam derident sophistici, cum dicant quod constat illam experimentaliter esse falsam. Illi autem infideles ignorant quid sit experimentum quia iuxta dicta: Si quis infructuose vel temptative sic dixerit, deficit a fide et sic hesitat.
15 Evangelium autem capit sub condicione quod non hesitet et sic si perfecta fide formata quodcunque factibile crediderit necessario fiet ei. De translacione autem moncium in mare narrant cronice quomodo fideles ipsas fecerint; sed intelligendo per montes mundo
20 superbos et altos et per mare locum contricionis de crimine, certum est quod apostoli et alii fideles rogarunt pro conversione talium et fiebat. Sensus talis rogacionis est pertinencior evangelio quam prior. Ideo credendum est secundum evangelium Luce XVII°, 6
25 quod fides fidelis sit ut granum synapis: *Si*, inquit, *habueritis fidem ut granum synapis, dicetis huic arbori moro eradicare et transplantare in mare, et obediet vobis.* Synape enim secundum naturales et experienciam est semen de quo medicina pro paralysi adaptatur. Et ideo
30 signanter auctor nature comparat infidelitatem paralisi et granum synapis fidei. In talibus enim sensibilibus comparanda est tota naturalis philosophia mixtorum vel simplicium corporum, sicut patet particulariter considerando naturas harum herbarum et proprietates
35 paralysis spiritualis.

How faith has moved mountains.

Mustard medicinal to paralysis.

Unde sepe in evangelio regnum celorum quod est ecclesia quam Christus vocat pusillum gregem comparatur grano synapis. Unde Luce XIII° scribitur: *Simile*

5. A: increpat. 7. C: eis fidem. 9. A: suo et. 10. A: fiat; ib. B in marg.: Monti dicere iacta te in mare quid est. 14. A: cum sic. 15. A: aut capit. 19. A: Et intelligendo; ib. B in marg.: Nota. 20. BC: et deest. 22. BC: conversacione. 25, 26. A: Si — sinapis deest. 26. A: diceret; BC: discretis. 27. Codd.: obediret. 28. A: Synapis; BC: grana sinapis valent contra paralisim. 32. A: aperienda est; C: comparandi. 36. B in marg.: Granum sinapis quare regno celorum comparatur. 37, 38. C: comparat.

Digitized by Google

est regnum celorum grano synapis quod acceptum homo misit in ortum suum et crevit et factum est in arborem magnam et volucres celi requieverunt in ramis eius. Ipsum autem semen in Judea est minimum inter seribilia et tamen statim crescit in olus latum et postea in arbustum, sicut est de malvis et multis aliis terre nascentibus.

The Church like mustard seed for its great growth.

Correspondenter ecclesia a persona beate virginis que est unitas multitudinis crevit ad multitudinem numerosam, sic quod angeli qui intelliguntur volucres celi in multis ramis ecclesie requiescunt; et sic accipiendo fidem pro fide credita hoc granum synapis est ecclesia sancta catholica. Sicut autem hoc granum ad alia est in quantitate modicum sed virtute magnum, sic fides que creditur et fides qua creditur, et sicut synapis contrita in synapium dissolvit humores lubricos et mitigat humidi appetitum et gustum ac organum olfactus acute alterat, correspondenter fides formata fluxibilitatem rerum temporalium serit pauperibus, cum fecit apostolos omnia sua relinquere et per consequens extinguit temporalium appetitum et tercio facit fideles gustare quam suavis est Dominus et quod *sint cum Apostolo bonus odor Deo.* Sed istam fidem synapis oportet cum Christi penalibus commiscere, quia nichil plus roboraret hominem in hac fide quam considerando quomodo hoc granum frumenti quod est Deus et homo tam penalem et pauperem vitam duxit. Conversacio itaque sua debet esse fidelibus salsamentum tam ad perfecte credendum quam eciam ad meritorie operandum. Et patet quomodo pastus anime quoad cibum et potum cum salsamentis debet omnino suscipi ordinate. Nam *caro Christi vere est cibus et* | *sanguis eius vere est potus* anime, Fol. 180a sic quod acies dencium in superiori mandibula debent has partes Christi efficaciter memorari et acies dencium in inferiori mandibula debent ad istam memoriam meritorie operari.

Christ's forgiveness.

Secundo notari potest ex hoc evangelio quomodo Christus equivoce in comparacione ad alios remittit

3. A: magnum; ib. C: requieverant. 4, 5. BC: sensibilia. 6. A: arbuscentibus. 6, 7. A: sicut — nascentibus deest. 9. A: multiplicacionis. 9, 10. A: numero. 10. A: sic — celi deest. 13, 14. A: et alia sunt . . . modica . . . magna. 14. C: in deest. 15. A: sic. 17. A: huiusmodi; ib. A in marg.: De sinapio. 18. A: fluxitatem. 21, 22. C: quoniam suavis. 26. A: quod est deest. 35. A: mandubila. 37. A in marg.: B. Nota de remissione peccatorum: B in marg.: Christus quomodo remittit peccata et quomodo sacerdos.

Digitized by Google

peccata. Alii autem secundum quid remittunt (quantum in ipsis est) suas iniurias et ponunt in manu Dei absolucionem simpliciter. Christus autem cum sit Deus secundum humanitatem, remittit suas iniurias ac sue ecclesie, secundum divinitatem autem remittit simpliciter, cum *sit omnia in omnibus*, iustificans impium et faciens ipsum reddere Deo et toti ecclesie quod suum est. Et hec racio quare talis iustificacio est Deo propria sicut et a peccatis sic absolvere. Unde sicut apostoli non communicarunt cum Christo in suscitacione Lazari (de qua Johannis XI°), sed post suscitacionem complete factam per ipsum precepit eis ut eum solverent, sic in absolucione simpliciter nullus christianus cum Deo communicat, cum ipse proprie sic iustificat quando placet, sed dat apostolis et eorum veris vicariis potestatem solvendi quoad ligacionem ecclesie militantis et iudicandi absolucionem simpliciter quoad Deum et ecclesiam triumphantem; et hoc habent sacerdotes veri Petri vicarii ultra remissionem laycorum, verumptamen in ista figura non debet attendi in toto similitudo, quia tunc non esset figura. Unde sicut Christus non assistente homine qui solveret Lazarum ab institis ipsum solvere noluit pro complecione miraculi, sic non assistente aliquo vero Christi vicario et Deo miraculose absolvente contritum vere solvit ligamenta quoad ecclesiam.

Others forgive as against themselves: Christ only forgives absolutely.

The priest's part in absolution.

Si autem quicunque sacerdos, eciam Romanus pontifex, non sit Christi vicarius, sequendo ipsum in moribus et habendo noticiam solvendi contritum conformiter voluntati divine, tunc non habet potestatem sic solvendi nec alias claves ecclesie, ut Christi vicarius, cum racio falsa non stabilit tale ministerium in prelato. Et si replicatur quod Christus precepit apostolis Lazarum solvere et per consequens eius vicarii debent proporcionabile officium misticum exsupplere; utinam pharisei ad racionem istam attenderent quomodo Christus precepit Petro et in ipso eius vicariis sequi ipsum et sub obtentu sue dileccionis pascere oves suas. Hoc autem

No priest who does not follow Christ in life has power of loosing.

7. A: eum. 9. A: et deest. 10. BC: communicant. 13. BC: absolverent; ib. B in marg.: In absolucione simpliciter nullus christianus communicat cum Deo; ib. A: nullus deest. 14. A: non communicat. 15. BC: vere; ib. B in marg.: Nota. Quid habent sacerdotes ultra laicos in absolvendo et remittendo. 20. A: illa figura. 22. B: institutis. 28. A: in habendo; ib. A in marg.: Nota. 28. 29. A: contritum — solvendi deest. 31. A: non deest. 34. A: officium iusticie. 36. A: eius deest.

Digitized by Google

primum requisitum attenderent et absolucionem sequentem cum aliis commodis vendicarent, sed contrarie nature sunt, appreciantes temporale commodum et dignitatem sui meriti respuentes. Certum est tamen (cum donacio sit propria Deo) quod deficientes in antecedente et consequente necessario privabuntur. Ideo vellem ipsos attendere quomodo ante suscitacionem Lazari et Christi precepcionem non temptarunt apostoli ipsum solvere, et sic antequam Deus absolverit et absolutum ab eo in ecclesia militante solvi precepit, non temptarent quemquam absolvere et sic non blasphemarent quod ex titulo quo sicut Christi vicarii communicant cum ipso in suscitacione Deo propria sed expectarent ut requisitum quousque ipse plene absolverit, sic tamen contingit in figura.

The apostles did not try to loose Lazarus until Christ had raised him.

Et tercio notari potest quomodo dimissis omnibus istis contenciosis blasphemiis et lucescente veritatis miraculo turba christicola Deum glorificat quod erit in finali iudicio, sicut turba fidelium viso miraculo Christi glorificavit veritatis dominum timorose. Ostensio enim veritatis facti per Christum est validior quam sensus hominum quibus argucie cuncte cedunt.

SERMO LII.

Loquebatur Jesus cum discipulis in parabolis. Matthei XXII°, 1.

Constat per dicta sanctorum quomodo regnum celorum quod est ecclesia capit nomen a capite quod est Deus. Sic enim regnum vocatur regis familia a cuius capitaneo ut digniore persona nomen sortitur. Ecclesia autem secundum magnam partem sui militat et specialiter secundum Christum pro tempore suo humanitus militantem. Tota autem Trinitas fecit nupcias Christo incarnato humanitus cum desponsat sibi novam ecclesiam; *et misit servos suos*, tam prophetas legis veteris quam ipsos apostolos, *vocare invitatos ad nupcias*. Quandocunque enim

The marriage of Christ with the Church.

1. B: acquisitum. 2. A in marg.: Solucio. Contra temerarie sibi vendicantes officium absolvendi et abnuentibus Christum sequi in pastu ovium. 2, 3. BC: caritative (A: causative) nature sunt. 4. A: tamen quod. 6. A: a consequente. 10. BC: ab Deo; ib. A: preciperet. 11, 12. A: absolvere — blasphemarent deest. 12. A: quomodo sunt. 14. A: requisint; ib. A: absolvit. 16. BC: secundo; ib. A in marg.: C; ib. A: dimissus. 19. BC: sed turba; ib. B: Christo. 21. A: per Christum deest. 22. BC: cuncte seducuntur. 23. BC in marg.: Dominica XX. 33. A: disponsat.

23. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 48.

Digitized by Google

ad beatitudinem aspirant tunc a Deo invitantur. Invitati autem vocati sunt quando Christi incarnacio est celitus promulgata et multi tempore legis veteris non obstante vocacione prophetica nolebant venire.

The invitation.

5 *Item, secundo misit alios servos* suos sicut apostolos et eorum vicarios *dicens eis quod dicerent invitatis: Ecce prandium nupciarum mearum paravi, thauri mei*, hoc est, grossi fidei articuli et mandata nec non et sancti qui Fol. 180b secundum vitam activam in actibus bellicis profe | cerunt, 10 *occisa sunt* (sicut patet ex cursu legis veteris et tempore legis gracie); *altilia sunt occisa*, quia apostolici viri imitantes Christum in vita speculativa, qui sunt altilia secundum beatum Gregorium *sunt occisa et omnia parata sunt* que requiruntur ad tantum convivium: *Venite ad* 15 *nupcias. Illi autem* in lege nova sicut in lege veteri *neglexerunt et abierunt* a via Domini secundum duplex invium, ut alius in seculare suum dominium et alius *in negociacionem suam* civilem, trahentes secum magnam partem complicum. Vel ut habet alius textus: Hii vadunt in 20 vineam, qui bestialiter occupantur laboricio manuali, hii in negociacionem, qui mercandiis seculi inmerguntur et hii dominantes in seculo interficiunt servos Christi, sicut patet de clero perverso ad seculum. Pessimum autem signum et mortale est quod homines nolunt 25 gustare de istis nupciis. Sed tercii *servos Domini contumeliis exprobrarunt et finaliter occiderunt*, sicut patet de Christo et martyribus membris suis qui in fide ecclesie sunt occisi. *Rex autem* celorum nimirum *iratus est et missis exercitibus suis* Tyto et Vespasiano XLIIo anno 30 post passionem Domini *perdidit homicidas illos et civitatem* Jerusalem *succendebat*. Et post *dixit ministris suis* tam angelis quam sanctis hominibus: *Nupcie* quidem facte pro redempcione et restitucione humani generis *sunt parate, sed qui invitati sunt* tam in lege antiqua quam 35 nova *non fuerunt digni* supplere illum numerum quem Deus in beatificacione humani generis destinavit. *Ite ergo* ad errantes in via Domini que *in exitu viarum* ambulant vias difficiles *et vocate eos ad* rectam viam Domini et

The excuses of the invited (the Jews).

Their punishment by Titus.

Invitation given to the Gentiles.

1. A: aspirantur; ib. A: Domino. 5. BC: Item et. 6. A: docens eos. 8. BC: mandati, recte: altilia occisa sunt. 13. Rectius: qui sunt altilia secundum beatum Gregorium occisa. 14. BC: que sequerentur. 20. B: occupant; ib. A: manuali deest. 24. C: aut signum. 25. BC: ipsis nupciis. 28. BC: et deest. 29. B: missus; ib. BC: et deest. 31. B: succendebant.

13. S. Gregorii, in Evangelia lib. II. Hom. XXXVIII. Opp. I, pag. 1636.

Digitized by Google

Foreknown and predestinate were alike called.

tam prescitos quam predestinatos *vocate ad nupcias. Et servi* Dei ut veri apostolici predicantes *congregaverunt* intra ecclesiam tam predestinatos quam prescitos secundum formam presentis iusticie et *impleta* est universitas ecclesie tam de prescitis quam predestinatis quantum Deus esse in utraque ecclesia diffinivit. *Sed rex* celorum in finali iudicio *intravit* divinitus *ut videret* cunctos in dictis nupciis secundum presentem iusticiam *discumbentes, et vidit ibi multitudinem* prescitorum, que est homo singularis, *non vestitus veste nupciali,* quia carens gracia finalis perseverancie, qua predestinati singuli sunt vestiti.

The foreknown have not the wedding garment.

Et quia bene facit ecclesie et est eiusdem nature cum Christo humanitus, Christus eum alloquitur urbane: *Amice,* inquit, *quomodo huc intrasti,* hoc est, quomodo ad ecclesiam venisti accipiens sacramenta eius et spondens finaliter fore fidelem Dei servum, et tamen veste nupciali qua omnes induuntur beati manifeste privaris. Ideo cum cuncta dicunt Deo, id est, manifeste veritatem quam implicant, *ille* carens excusacione *obmutuit. Tunc dixit rex* angelorum multitudini ministranti *ligatis* terrenis affeccionibus et mundanis operacionibus: *Mittite eum* cum aliis prescitis infidelibus *in infernum.* Et ille vocantur *tenebre exteriores,* tum quia sunt extra tenebras cecitatis intrinsece que est in anima, tum eciam quia est extra situm mundi quem Deus respicit ad salutem; ibi erit dolor sensibilis et remurmuracio interna perpetua, cum comedendo et bibendo Christi carnem et sanguinem (modo quo dictum est in sermone proximo) possent faciliter et gaudenter beatificari cum angelis, et hec est una de penis maximis dampnatorum.

Et patet quomodo *multi* viancium *sunt vocati sed pauci* in comparacione ad eos *sunt* ad beatitudinem *electi,* quia solum predestinati. Quamvis autem cuncti dampnati habebunt pedes et manus corporeas post finale iudicium, tamen ex decreto legis Domini tam affecciones temporalium quam operaciones viancium ligabuntur, quia Luce XVI°, 3 dicitur pro statu separacionis anime a corpore

4. B: completa. 5. C: quam de. 6. BC: diffinit; ib. A: Sit rex. 9. Vulgate: *et vidit ibi hominem non vestitum;* ib. BC: prescitorum deest; ib. B: qui. 12, 13. A: cum Christus. 13. BC: humanitus cum. 14. 15. A: in ecclesiam. 15. C: advenisti. 15. 16. B: et sponte finaliter. 16. BC: Dei deest. 18. A: se Deo; ib. BC: id est deest; ib. A: veritatem quam deest. 23. AB: quia est; ib. B in marg.: Quare infernus dicitur tenebre exteriores. 25. A: scitum. 28. BC: posset. 33. BC: Quamvis enim; ib. B in marg.: Ligatis manibus quomodo intelligitur. 36, 37. A: Luce VI. quod.

Digitized by Google

fodere non valeo (ut supra sermone XLI° exponitur); et multo magis cum ex diffinicione summi iudicis corpus et anima erunt secundum exigenciam meriti ultimati finaliter reunita.

5 Ex isto evangelio dubitari potest utrum Christus post incarnacionem primo vel perpetuo fuit sponsus ecclesie, et videtur quod primo post incarnacionem, quia aliter forent secunde nupcie et non foret racio quare ante Fol. 180a incarnacionem desponsata foret ecclesia verbo | Dei quin 10 per idem et toti Trinitati, et sic ipsa foret trigama et improporcio foret inter sponsum et sponsam, cum sponsus foret infinitum melior sponsa sua et excludit societatem coniugii.

When it was that Christ espoused the Church.

In oppositum tamen videtur quod inter personas sunt 15 nupcie celebrande, nec Christus nec ecclesia pro instanti incarnacionis incepit esse persona, ergo non tunc ceperunt esse ille nupcie.

Similiter, multi sancti ante incarnacionem virtute ecclesie sunt salvati, sed nemo salvatur nisi virtute istius 20 coniugii, ergo ante incarnacionem fuit istud coniugium.

Similiter, tam sponsus quam sponsa fuit ante incarnacionem habilis desponsari, et ante incarnacionem fuit consensus unanimis quod sufficit ad sponsalia celebranda, ergo ante incarnacionem fuit dicta desponsacio celebrata. 25 Et ad hoc sonant multe auctoritates et specialiter Cantica canticorum.

In isto dubio videtur mihi quod quam primo incepit ecclesia quod fuit in primo carnali coniugio primorum parentum, tunc incepit esse dicta desponsacio, ymmo 30 quam primo creata fuit prima anima tam primo fuit istud celeste coniugium, licet habeat multos gradus ut virtute caritatis perpetue (de qua Jeremie XXXI, 3) assecurata fuit ecclesia in anima primi hominis decepti per dyabolum quod redimeretur ultra gradum pristinum.

It was from the first creation of man;

35 Tres tamen gradus huius desponsacionis notabiles annotantur; primo quando spiritui humano qui est ad ymaginem Dei trinus ut ipse affidata fuit persona verbi,

but the marriage is made perfect by degrees;

1. A: ubi supra; ib. Sermone IX. 4. A: finaliter deest. 5. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. 8. A: due nupcie. 11. A: improperacio; C: in proposito. 14. A in marg.: in oppositum. 15. A in marg.: 1. 16. A: cepit. 18. BC: Sed multi; ib. A in marg.: 2. 21. A in marg.: 3. 22. A: disponsari. 25. BC: Et hoc; ib. C: in Cantica. 27. A in marg.: Responsio. Nota quando incepit primum coniugium; B in marg.: Ecclesia incepit a primis parentibus; quomodo ergo includit angelos qui sunt predestinati? 32. A: XXXI deest. 35. B in marg.: Tres gradus desponsacionis Christi cum ecclesia; A in marg.: 1.

5. Cf. De Ecclesia, pag. 123, 124.

Digitized by Google

1. in the creation, 2. in the Incarnation, 3. in Christ's glory after the judgment.

quod fuit in creacione primi hominis. Secundo quando idem sponsus ecclesie trabea carnis indutus egressus est de thalamo suo humanitus, tunc enim carnaliter coniunctus fuit ecclesie et osculatus est eam iuxta illud Canticorum I°: *Osculetur me osculo oris sui*, ubi ecclesia a Deo quodammodo extraneata extranee imprecatur quod osculo verbi sui quod est unio ypostatica Christi ipsam ecclesiam osculetur. Tercius gradus, quando post diem iudicii erit finaliter introducta in thalamum et amplexu perpetuo per eius dextram amplexata.

Ad primum dicitur quod eedem nupcie in numero sunt in processu temporis variis insigniis perornate, cum ad dictas nupcias sufficit consensus personarum nubendarum, qui in prima creacione hominis in neutra parte potest deficere. Ideo sicut ecclesia christiana incepit a beata virgine et multiplicata fuit ad ultimum electorum, sic ecclesia prima simpliciter incepit a prima persona creata que fuit substancia fidelis spiritus. Sed quia non in angelis, sed in homine fuit ecclesia deturpata, ideo assumpsit verbum hominem, non naturam angelicam; et eadem est racio quare Verbum et non Pater vel Spiritus Sanctus assumpsit hominem; quam racionem hic suppono. Et patet quod ecclesia non foret trigama, cum non potest a sponso deseri sed econtra. Proporcio autem est optima sed non geometrica, cum sponsus in anima Christi unit sibi ypostatice sponsam suam et facit ipsum caput quodammodo totam ecclesiam, et sicut decet virum esse perfecciorem sponsa sua, sic decet verbum Dei esse perfeccius ecclesia sponsa sua. Est tamen humanitus inferior sponsa Dei et sicut ipse est Dei sapiencia que impugnata fuit ignorancia contra Filium et sicut Verbum oportuit incarnari, sic natura angelica in nullum unum genus constituit, cum peccavit in Spiritum Sanctum, requireret ad sui redempcionem, quod esse non potest, personam terciam incarnari. Nullus autem potest appropriate peccare in Patrem, ideo videtur sanctis quod solum Filius potuit incarnari.

Why Christ (of the persons of the Trinity) was incarnate.

1. A in marg.: 2. 2. A: trabes; ib. A: inductus. 5. C: sui deest. 6. A: extranie. 8. A in marg.: 3. 10. BC: post eius; ib. A: dextra. 11. A in marg.: Ad 1m; B in marg.: Ad argumenta. 15. C: incipit. 17. A: cepit. 18. A in marg.: Nota quando ecclesia incepit esse; ib. A: multi fideles spiritus. 20. A in marg.: Nota; B in marg.: Quare Verbum naturam humanam assumpsit, non angelicam. 27. B: docet. 28, 29. A: sic decet — sua deest. 31. BC: qua; ib. B in marg.: Quare solum Filius fuit incarnatus et non Pater vel ipse Spiritus Sanctus. Christus quare humanitus est inferior ecclesia; ib. B: ignominia; in marg.: ignorancia. 32. A: sic verbum. 33. B: vivum genus. 35, 36. BC: Nichil autem sic appropriate peccat.

Digitized by Google

Secundo dubitari potest quare mali angeli et anime prescite cum eque perfecte sint in naturis propriis ut salvate, quare Deus *apud quem non est personarum accepcio*, hos beatificat et hos damnificat.

Why should God give bliss to some and damnation to others.

5 Sed ad istud dubium respondet Apostolus ad Rom. IX°, 21 quod universitas creata substernitur ordinacioni divine plus quam lutum subicitur voluntati figuli. Ideo Deus habet potestatem sine personarum accepcione ordinare unum vas in honorem et aliud in contumeliam, sed 10 pessimam creaturam est melius esse quam foret ipsam non esse, cum omnis dampnatus essencialiter perficitur et accidentaliter perficit totum mundum. Ideo pertinet magnificencie Dei benefacere sic suis incarceratis quos punit tam misericorditer, postquam ex immensa gracia 15 in libero arbitrio sunt creati. Causa ergo divine predestinancie ut adeo distinguitur formaliter, licet sit eterna est realiter Deus ipse. Et causa predestinacionis passive Fol. 180d est | subiectum predestinatum eterna predestinancia et sic cum Deus sit prima causa, non est querenda causa 20 ulterior. Et correspondenter dicitur de Dei presciencia et passiva disposicione hominis ut dampnetur. Quondam autem dixi quod relaciones huius racionis habent meritum et demeritum pro tempore suo succedens, que preter causas predictas causant quodammodo istas formas. 25 Sed tota ista difficultas est logicalis et inanis.

We must be content to find the cause in God.

This question is idle.

Tercio dubitari potest, supponendo quod in inferno non erit corporalis resolucio lacrimarum vel stridor dencium, cum duplex sit pena scilicet pena dampni et pena sensus, que illarum sit gravior. Et videtur quod 30 pena dampni sit infinitum gravior quam pena sensus quantumcunque acuta stat cum beatitudine et premiacione perpetua succedente. Pena autem dampni cum sit carencia simpliciter beatitudinis sempiterne incomparabiliter ipsam exsuperat ymmo considerando penam sensus 35 ut infinitam duracione fundatam in primo apostata,

In hell the punishment of loss is greater than that of sense;

1. A in marg.: Secundum dubium; B in marg.: Questio subtilis de presciencia et predestinacione. 2, 3. Codd.: perfecta . . . salvata. 2. A: fuit; ib. C: sint. 3. C: quarum Deus. 5. A in marg.: Responsio. 11. BC: totaliter perficitur. 12. A in marg.: Nota de predestinacione et presciencia; A in marg. inf. fol. 180d: Nota differenciam inter predestinacionem et predestinanciam. Et supra Sermone XLVIII. nota de predestinatis et prescitis; ib. B: Ideo perficit. 19. BC: sic Deus et cum Deus; ib. B in marg.: Causa divine predestinancie et predestinacionis passive que est, quia prima ipsemet Deus. 22. A: huiusmodi. 24. B: propter causas; ib. A: illas formas. 25. A: logica. 26. A in marg.: Tercium dubium; B in marg.: Questio. Utrum pena dampni dampnatorum sit gravior pena sensus. 27. BC: ut stridor. 28. A: ubi duplex. 29. B: illorum. 30. BC: pena deest; ib. A: quam pena, recte: quam pena sensus, cum pena sensus. 34. C: ipsum. 35. B: ut deest; ib. C: infinita; ib. fundata.

Digitized by Google

adhuc videtur quod minus mala sit pena sensus sui quam est pena dampni qua caret beatitudine, quia cum illa pena sensus sui intrinseci possibilis est aliquanta perfeccio, cum illa pena sit aliquid positivum sed pene dampni non possunt ista competere. Et licet quidam dicant contra Augustinum quod mallent non esse quam sensu intrinseco et extrinseco sic puniri, dico cum ipso in III° De Libero Arbitrio quod fallaciter menciuntur. Nichil enim potest appeti nisi sub apparencia boni; sed non potest apparere esse bonum homini se non esse, ideo non potest illud appetere, et si per impossibile ita vellet, cum enim non potest apparere cuiquam contradiccio, sed manifesta contradiccio foret bonum esse homini se non esse, manifestum est quod non potest illud appetere. Si enim bonum est homini se non esse, tunc verum et utile est sibi se non esse et per consequens ipse est et non est. In pena autem sensus non caret punitus bono naturali simpliciter, ideo remanet in ipso bonum aliquod ultra penam dampni simpliciter extinguendum; ideo sicut hominem non esse non posset esse sub gradu aliquo boni vel mali, sic non potest apparere sibi aliter esse bonum; ymmo melius est toti mundo quod sint dampnandi perpetuo pena sensus quam forent ipsos non esse simpliciter et mundus si fuerit animatus primum eligeret non secundum.

since perfection is not incompatible with pain of sense.

Man cannot desire not to be.

Even damnation is better than not to exist.

SERMO LIII.

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Joh. IV°, 46.

The nobleman signifies the intellect of fallen man.

Regulus iste potest notare mistice intellectum hominis lapsi qui est parvus rex in comparacione ad Deum; *cuius filius*, hoc est affectus, *infirmabatur Capharnaum*, quod interpretatur ager pinguedinis, quia impinguatus et dilatatus superbiendo recedit a Domino. *Hic* autem intellectus racione ductus *cum audisset, quia Jesus adveniret a Judea in Galileam*, hoc est, transmigracionem

2. A: quia deest. 6. A: dicunt; ib. A in marg.: Nota. Nota opinionem falsam. 7. B: intrinsecu. 8. Recte II. De Lib. Arb. Cap. IV sq.; ib. C: menciunt. 10—12. A: esse — apparere deest. 14. A: se non esse se non esse. 17. A: ipse deest. 18. BC: penitus. 19. BC: aliud ultra. 20, 21. B: posset — sic non deest. 23, 24. BC: qua forent ipsos. 24. A: esse finaliter. 25. BC: eligeret etc. 27. BC in marg.: Dominica XXI; C: post Trinitatis. 34, 35. A: advenisset; BC: venisset.

8. Augustini Opp. tom. I, pag. 589 seq. 26. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 51.

Digitized by Google

gencium, *abiit* a gentilitate indomita *et rogabat eum* ad gentem suam *descendere et* affectum eius febricitantem *sanare. Incipiebat enim morbo mortali vexari. Dixit ergo Jesus ad eum*, exasperans fidem suam et infidelitatem redarguens: *Nisi signa et prodigia videritis non creditis* in filium hominis, cum tamen in ipsum credere sit necessarium ad recipiendum graciam; sed intellectus qui affectum regeret saluti proprie innitens *rogavit salvatorem descendere prius quam* affectus animi *moriatur. Sed Salvator* docens divinitatem suam secundum quam implet tamquam presencialiter, potencialiter et virtualiter totum mundum *dixit regulo* in parte credenti: *Vade filius tuus vivit*, qui quia credidit verbo Christi ibat, et facta est filii sanitas ut optavit. Servi autem sunt vires inferiores anime; qui intellectui et affectui subserviunt, qui in virtuoso opere Dei delectabiliter operantes renunciant interiori homini quod eius affectus ad Deum convertitur. Intellectus autem musitando notat horam in qua affectus sic mutatur, et dicunt *quod heri hora septima reliquit eum febris.*

The servants are the lesser powers of the soul.

Pro quo notandum est quod febris signat mistice hominis spirituale peccatum quo a spiritu maligno excutitur, cuiusmodi est superbia, invidia et ira, quia nedum ad litteram exagitatur talis quandoque corporaliter sicut febricitans, sed mistice correspondenter ut febris gignitur. Est enim triplex febris in genere, scilicet Ephymera, que causatur ex perturbacione spirituum extra vasa, et ipsa eadem die moritur qua oritur; et signat passionem invidie vel iracundie que non ex habitu diutino sed passione levi advenit. Et notari potest quod dum pro crastino homo dormierit, passio recedit et caritativus amor advenit.

Fever signifies spiritual sin.

Three kinds of fever.

Fol. 181a. Secundum genus febris causatur ex distemperan | cia quatuor humorum in venis et dividitur in multas species secundum numerum et combinacionem humorum. Illa autem est peccatum gravius dum homo diuturnius proponit nocere proximo et per consequens sibi ipsi.

Tercium genus febris est ethica, que sic radicatur in membris solidis quod usque ad mortem confundit hominem, et istud est peccatum dyabolicum finalis

3. Vulg.: Incipiebat enim mori. 5. BC: credetis. 6. A: in deest. 13. BC: credit. 25. BC: ut febris deest. 26. A in marg.: Febris triplex. 27. B in marg.: Febris ephimera signat invidiam. 30, 31. A: per crastino. 33. A in marg.: 2. 38. A in marg.: 3; B in marg.: Febris ethica.

Digitized by Google

Mystical interpretation of „the seventh hour".

impenitencie excludens pro perpetuo spiritum caritatis. Secundo notandum quod Christus cum sit sol iusticie super occasum ascendens intelligitur esse dies iuxta illud Johannis XI°, 9: *Nonne duodecim hore sunt diei?* Huius autem diei hore non solum apostoli dicuntur sed dona spiritus Christi etatis eius vel mundi. Et tercio supponitur quod apud Deum omnia presencia, preterita vel futura sunt in magno tempore mundi presencia, preterita et futura iuxta illud Apostoli Hebreorum XIII°, 8: *Jesus Christus hodie et heri, ipse et in secula.* Istis suppositis verum est quod heri hora septima reliquit febris peccati dyaboli genus humanum, quia dato septimo dono Spiritus Sancti, quod est timor filialis, abrenunciavit homo dyabolo et pompis eius. Hora eciam septima tam maioris quam minoris etatis Christi reliquit dicta febris hominem. Cum enim habuit sex etates conversans cum homine, septima etas sua est ab ascensione in perpetuum in qua hora magna febris dyaboli reliquit hominem, quia iuxta Veritatis vocem in illo tempore *fiet unum ovile et unus pastor*, et illa reliccio incepit efficaciter post ascensionem duodecim apostolis predicantibus verbum Dei. Notando eciam horas minores diei passionis Chrisi hora septima (que fuit post crucifixionem ex immensitate meriti Christi) reliquit febris dyaboli genus hominum quoad causam. Et patet quod in septima etate mundi febris predicta reliquit hominem, cum cognoscens veritatem ex signis evangelicis et ex cautelis dyabolicis et ex mundi fallacia fraterna caritate relinquet pompam seculi, invidiam dyaboli atque iram. Istis veritatibus et multis aliis nobis incognitis gravidavit Spiritus Sanctus hoc verbum: *Heri hora septima reliquit eum febris.* Et additur heri propter sensum litteralem ad denotandum certitudinem pretericionis in quolibet tali sensu. Et sic *cognovit* humanus intellectus, *quia illa hora erat in qua dixit ei Jesus* quod affectus hominis convertetur, cum credit quod sit ille qui dixit et facta sunt, et sic credit consequenter totam fidem catholicam et domus tota predestinati hominis secundum singulas eius partes.

1. BC: pro deest. 3. BC: ascendens deest. 4. A: Joh. XI deest; ib. A in marg. inf. fol. 181ᵃ: Divina presencia, preterita et futura sunt in magno tempore mundi presencia, preterita et futura; B in marg.: Apud quem omnia presencia sunt. 9. BC: vel futura; ib. Codd.: Hebreorum III. Correxi. 14, 15. BC: maiori quam minori; ib. B in marg.: Hora septima qua febris reliquit filium archisynagogi quid signat. 27. A: et deest. 28. A: reliquit.

Digitized by Google

Ex isto evangelio dubitari solet si intellectus hominis sit superior quam affectus, et videtur iuxta hunc sensum misticum quod sic, cum sit regulus et affectus eius filius, sed in oppositum videtur quod idem est affectus et voluntas hominis, sed ipsa voluntas est suprema virtus in homine imperans omnibus aliis ut inferioribus, cum dirigit imperatorie opera intellectus. Et currunt hincinde multa alia argumenta, sed videtur michi quod distinguendo vere has virtutes, cum non possunt esse per se (sicut false fantasiatur in materia de sacramento altaris de accidentibus) non est intelligendum quod iste due potencie sint omnino distincte, cum sint idem subiecto.

Which is higher, the intellect or the desire.

They are not altogether distinct.

Ideo tota difficultas est utrum substancia intellectus sit ut intellectiva superior quam ut volitiva. Et certum est quod secundum utrumque habet racionem superioritatis, licet non sit se ipsa superior. Utraque autem istarum potenciarum est passiva subiacens mocioni divine et ab ipsa necessitabilis. Virtus autem intellectiva cum sit prior, quia nemo amat vel vult illud quod prius non cognoverit, signanter dicitur habere racionem patris volicionem gignentis et secundum racionem, cuius apprehensio est propria intellectui regulantis; et sic habet racionem regule sed specialiter quoad affectum sensitivum vel ad temporalia, cum ipsa virtus specificatur quodammodo ab obiecto, et sic eadem substancia anime secundum aliam racionem quam intellectiva et volicionis gignitiva est superior quam est ut sic volitiva, volutiva vero ut est ut intellectus imperativa secundum quod voluerit est superior quam ut sic intellectiva. Sed nec spiritus ille nec sua potencia est simpliciter superior se ipsa. Ideo multi nimis vane evagantur in isto dubio; unum tamen notandum quod tam volicio quam intelleccio probabiliter dicitur subiectari nunc in potencia volitiva et nunc in potencia intellectiva, cum sit idem subiecto; formaliter autem intelligendo non subiectant, sed fundant accidencia consequencia; et sic Christus Joh. XVII° debet

The intellect is the earlier in order, as informing the will;

but the will is higher as commanding the intellect.

1. A in marg.: Primum dubium; B in marg.: Questio. 2. A: hunc deest. 3, 4. A: eius — affectus deest. 5. A: Sed illa; ib. A in marg.: De intellectu et affectu. 6. BC: aliis deest. 9, 10. per se; A: pars; ib. BC: sacramenta: ib. B in marg.: Nota actus volendi et cognoscendi incipiunt in eodem instanti, quia si aliquid volo oportet quod illud precognoscam et si precognosco tunc oportet me velle precognoscere; via ergo imperfeccionis actus cognoscendi prius incipit sed via profeccionis actus volendi. 13. A in marg.: Nota difficultatem. 14. BC: ut deest. 17. B: subiectans. 19. A: vel vult illud deest; ib. A: nisi quod prius. 22. BC: regulanter. 23. A: affectum deest; C: effectum. 26. A: aliam deest; C: illam; ib. A: qua intellectiva. 27, 28. BC: sic volitiva et ut intellectus. 32. BC: Unde tamen. 35. BC: intellecte non. 36. C: sequencia.

Digitized by Google

intelligi quando dicit: *Hec est vita eterna, ut cognoscant te solum verum Deum et quem misisti Jesum Christum.* Illa enim clara cognicio gig | nit inevitabiliter volicionem Fol. 181b et illa volicio bonam quietacionem, et sic intelligitur de aliis potenciis anime tam organicis quam non organicis. Virtus enim non dicitur viriva sicut nec caliditas calefactiva nisi quia subiectum secundum racionem qua virivum vel calefactivum sic se habet. Ideo secundum Augustinum in predicacione secundum materiam vel subiectum *animal visivum dicitur virtus visiva et subiectum calidum caliditas calefactiva. Omnis* (inquit) *creatura est substancia et multo magis potencia anime dicitur nunc volitiva et nunc intellectiva, sive intelligatur anime substancia sive formaliter talis potencia aggregata.* Nec est illa substancia anime plus intellectiva secundum philosophos quam est edificativa vel textiva, sed nos qui ponimus animam interiorem hominem et separabilem a subiecto dicimus quod anima est intellectiva et non sic organice operativa, quia sic et non taliter nata est agere separata. Nec est color discendi quod anima vult aut intelligit secundum partem sicut homo est albus secundum partem quantitativam, quia nec anima nec eius potencia potest esse pars quantitativa eiusdem ultimi singularis.

How spiritual infirmity may be gradually taken away.

Secundo dubitatur quomodo febris vel alia spiritualis infirmitas successive remittitur, cum sit indivisibilis intensive et extensive. In qua materia sunt multi varie sencientes, ut hii concedunt quod peccatum remittitur successive proporcionaliter, ut persona peccatrix fit disposicior ad conversionem. Ideo sicut omne gutte disponunt ad cavacionem lapidis sed ultima cavat simpliciter, sic est de remissione peccati. Alii autem dicunt quod ipsum peccatum formaliter intellectum habet tam partes intensivas quam extensivas secundum quas partibiliter remitti poterit et intendi. Sed relinquendo istam viam fatuis delirantibus et metaphisica notandum est primo pro via priore quomodo peccatum sit defectus in moribus loquendo formaliter et non aliqua creatura.

Sin is a defect, not a creature.

6. B: Ulterius enim. 6—8. Codd. visiva; cf. Poole's remarks on Wyclif's adjectives in ‚ivus', Praef. pag. XIX. De Civili Dominio. 7. BC: nisi quod. 8. A in marg.: Nota Augustinus. 10. A: animal deest. 11. B: callidis; ib. A: virtus calefactiva. 15. BC: ipsa substancia. 17. B: in tenorem hominem. 19. BC: nata sit. 21. A: est asinus. 24. A: singularis deest. 25. A in marg.: Secundum dubium. 29. A in marg.: 1. 32. A in marg.: 2. 34, 35. A: secundum — intendi deest. 35, 36. BC: relicta ista via. 37. A in marg.: a; ib. BC: peccatum est.

Digitized by Google

Secundo notandum quomodo ex multis peccatis tempore succedentibus sit idem peccatum in numero. Et tercio notandum quod peccatum dicitur remanere in potencia vel virtute, quando in ipsa remanet indisposicio vel
5 defectus. Istis positis dicitur quod peccatum tamdiu remanet quamdiu remanet defectiva indisposicio in substancia vel virtute, et (sicut dictum est alibi) quamdiu remanet anima in purgatorio tamdiu remanet peccatum aliquod expurgandum, non quoad reatum nove pene
10 sed quoad penam ulterius tolerandam. Aliis autem videtur quod sicut in Christo remansit pena sine crimine sic in quolibet punito in purgatorio pena remanet sine culpa, sed ipsi videntur nimis cruciare purgandos et ex alio latere ipsos ponere nimis beatos. Cruciantur (inquam),
15 sicut Christus passus est penam maximam sed sine culpa eque dispositi et digni sicut si beati in celo taliter paterentur. Si (inquam) tantum amarent Deum ut postmodum beati tantum ab eo amarentur et ipsum cognoscerent, et cum in illo sine loci pertinencia consistit
20 beatitudo, cur non intollerabiliter punirentur? Dei enim dileccio et eius cognicio correspondent, cum dileccio sit passio sue noticie, ideo videtur quod tam in noticia sue potencie intellective quam in affeccione potencie volitive remanent quedam defectus reliquie, nec foret
25 aliter racio quare anime purgande forent postmodum dimittende. Anime enim plene purgate a peccatorum reliquiis statim advolant, sed cum composito per se correspondeat meritum, anime autem in purgatorio sunt sine suo corpore premiande, licet disponant se ad pre-
30 mium, verumtamen non merentur, sicut corpus ante animacionem ex naturali Dei ordinacione disponit se ut cum anima postmodum mereatur. Ideo dictum est alibi quod mereri est naturam integram voluntarie se dignificare ad premium. Sed difficultas logica videtur stare
35 quod peccata remittuntur que non sunt nec fuerunt, ergo multo magis stat peccatum preteritum dimitti, licet per quantumlibet tempus preteritum non fuerit, et sic purgati puniuntur et purgantur a peccatis preteritis, licet ipsa non sint modo; et pro assumpto capitur illud

Sin remains so long as there is any tendency to it.

Souls in purgatory being without bodies cannot merit reward.

1. A in marg.: b. Nota de peccato et eius remissione. 2. A in marg.: 3. 11. A in marg.: Purgatorium. 13. B: purgandas. 14. BC: nisi bonos. 16. C: sicut beati; B: sicut beato. 19. BC: ipso. 24. Codd.: quidam. 25. BC: taliter. 27. BC: avolant. 30. BC: sic corpus. 32. A in marg.: Quid est mereri. 37. A: per quantumlibet tempus deest. 38. A: a deest.

Digitized by Google

Luce VII°, 47: *Cui minus dimittitur minus diligit*, sic quod peccati dimissio et salvati dileccio correspondent; et sic beate virgini dimissa sunt omnia peccata libidinis, que ex natura infecta posset committere, licet illa omnia non fuerunt. Sed dimittendo illam contencionem logicis certum videtur quod admisso tali modo loquendi peccata talia equivoce dimittuntur. Peccatum enim lapsis tunc dimittitur, | quando desinit per posicionem de presenti et est dimissum, quando desinit per remocionem de presenti, sicut dictum est de homine moriente et mortuo; et difficile videtur fundare quod peccati dimissio sit a peccato preservacio. Fol. 181c

Absolution from fault and from punishment.

Sed dimisso hoc dubio videtur quod omnis absolucio a culpa sit absolucio a pena et econtra, vel saltem sibi mutuo correspondent, cum nemo citra Christum punitur nisi peccet; et sic sicut peccatum dyaboli transit, sic et pena, non tamen proprie est absolucio, cum ipsa dicat integritatem generis a qua quis absolvitur esse pro suo tempore, et sic Deus reservat sibi proprietatem absolvendi a pena, licet communicet equivoce suo vicario potestatem absolvendi a culpa.

SERMO LIV.

Simile est regnum celorum homini regi. Matthei XVIII°, 23.

Patet ex dictis quod *regnum celorum*, hoc est, ecclesia catholica figuratur per Christum Deum et hominem caput eius; sic enim mos est scripture vocare generacionem vel aliud quidquam compositum per eius principium. Homo igitur rex Christus Jesus sic eternaliter vult ponere racionem multiplicem cum universitate servorum suorum et specialiter cum homine, sive ipsum salvare voluerit vel dampnare. Ponit enim racionem cum homine quocienscunque penam vel premium sibi aptaverit pro labore. Hoc autem erit in finali iudicio consummatum. *Unus autem oblatus qui debebat Christo decem millia talentorum* est mundi potentatus qui in-

The servant who owed ten thousand talents signifies an earthly ruler.

3. A: liberius que. 6. BC: admissio; ib. A in marg.: Responsio. Peccata equivoce dimittuntur. De remissione peccatorum et indulgenciis, nota supra Sermone XLVI. 7. BC: lapsum; ib. A: tunc deest. 13. A in marg.: Absolucio a culpa et absolucio a pena et econtra. 17. A: proprie sed absolucio. 18. A: in quo. 22. BC: in marg.: Dominica XXII; C: post Trinitatis. 25. A: catholica signatur; ib. B: que figuratur. 26. BC: sic eciam. 28. BC: Jesus deest. 31. BC: enim deest.

22. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 54.

Digitized by Google

finitum plus debet Christo quam suus servus debet sibi. Talentum enim est inter monetas maximum quod secundum diversos diversimode variatur. Et decem millia signant universitatem debiti regi Christo. *Christus autem* 5 *iubet talem* impotentem debitum suum reddere in persona sua, *venumdari, uxorem, filios et omnia que habebat ac reddi* debitum, quando dicit interne vel expresse per suum evangelium quod, sicut oportet omnem hominem Deo servire, sic plene sibi reddere id quod debet. 10 Ille autem venumdatur, quando in persona propria secundum partem digniorem patitur penam perpetuam. Uxor autem eius et filii tunc venumdantur dyabolo, quando corpus suum et omnes sensus in perpetua pena cruciantur, et cum omnia temporalia sibi adiacencia 15 post mortem suam non sibi adiacent, patet quod necessitatus ex lege nature mundo ista relinquere, remanet in morte pauperrimus Deo secundum legem suam hoc seculo comitante. I[a] ad Tim. VI[o] scribitur: *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium nec ali-* 20 *quod inde auferre possumus. Procidens autem ille servus rogabat Dominum* de misericordia, false promittens quod habens horam satisfaciendi perfecte serviet Deo suo. Multi enim mundo divites ad horam fallaciter sunt compuncti. Christus autem *misertus* talium donavit illis 25 longevitatem ad tempus vel secundum presentem iusticiam, *dimisit debitum* universum, *sed egressus* a Domino in mundi deliciis immemor divine misericordie *conservos suos* licet impotentes pro parvo cruciat et *suffocat* mandans blaspheme quod *reddant sibi debitum*. Et istud 30 humanum debitum evangelium dicit quod se habet ut centum denarii ad decem millia talentorum. *Servus autem* hominum eis indebitatus sepe *procidit*, pacienciam *rogat* et reddicionem omnis debiti repromittit, *sed* terrenus dominus non obstante impotencia servum sui 35 generis immisericorditer sepe *incarcerat*, exigens blaspheme debitum quod non debet. Sed angeli qui sunt conversi Dei cum homine videntes hoc facinus *contristantur* et presentant Deo ingratam nequiciam; et Christus in finali iudicio eum vocat ac gratitudinem 40 quam sibi fecit in consciencia sua commemorat: *Serve,*

Further exposition of the parable.

5, 6. BC: personam suam. 8. A: sicut sicut. 9. A: ad quod. 12. A: venduntur. 17. BC: Deo deest. 18. B: seculi; ib. C: commitante; ib. BC: ad deest; ib. BC: scribitur deest. 19. B: hunc modum. Vulgate: *quod nec auferre quid possumus*. 22. BC: serviat. 32. A: eis deest. 33. B: eius debiti. 39. A: vocat ad.

Digitized by Google

inquit, *nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit te* per locum a maiori *misereri conservi tui?* Nam secundum legem nature omnia quecunque homines debent velle racionabiliter sibi fieri debent velle proporcionabilia facere aliis, et per consequens, cum Deus cuius causa debiti est clarior, iusticia ac dominacio maior, remittit sic homini, multo magis homo qui debet esse ex ydemptitate nature et parvitate debiti tam paciens, debet conservi sui cum omni paciencia misereri. Ideo in finali iudicio *iratus Dominus tradet servum nequam tortoribus quousque paciendo reddat debitum universum. Sic*, inquit, *pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis unus quisque fratri suo non* solum vocaliter sed *ex corde.*

Man's triple debt to God.

Ex hoc evangelio | possunt elici multa dubia, primo cum homo debeat se et sua, quomodo Deus potest hec sibi remittere vel servus Dei vel terrenus dominus non in hoc Deo parificari, sed quoad primam partem patet quomodo est triplex debitum hominis quoad Deum, scilicet tota substancia quam Deus sibi donavit ad usurandum, totus usus illius debiti, et tota culpabilis pena in quam homo incidit peccando. A primo debito Deus non potest frustrari, cum nemo potest alienare a Deo quamcunque creatam substanciam, sed in secundo peccator deficit per abusum et tercium rogamus Deum nobis dimittere (ut patet Matthei VI in oracione dominica). Certum est tamen ex immensitate divine iusticie qua datur unicuique quod suum est, quia oportet Deum equivalenciam cuiuscunque sibi debiti quomodocunque recipere. Unde videtur logicis quod Deus patenter ostendit omnipotenciam suam in hoc quod debitum pene perpetue pro brevi et levi penitencia recompensat. Nec videtur infundabile quod talis peccator quem Deus sic salvat a crimine debet sibi penam perpetuam, cum secundum scolam phariseorum quandocunque sacerdos absolvit quemquam a crimine commutat penam eternam in penam temporalem.

Fol. 181[d]

Ex quo multis videtur quod nedum talis pena eterna est debita, sed de facto est mutacionis terminus et

2. A: te te. 5. C: debent vel. 10. AB: simili iudicio. 16, 17. BC: hec sua. 17. A in marg.: Dubium primum. 18. A in marg.: Debitum triplex. 20. B in marg.: Triplex debitum hominis quoad Deum. 25. B: tercio. 27. B in marg.: Queritur utrum predestinatus criminosus est debitor pene eterne, hoc est, utrum debetur ei pena eterna vel utrum meretur penam eternam (al. m. bl. ink.).

Digitized by Google

sic habet existenciam, si talis commutacio non sit ficta. Sed quomodocunque sit de hoc, certum videtur quod sicut multiplex est racio debiti, sic multiplex est Dei dimissio. Aliquod enim est debitum secundum presen-
5 tem iusticiam vel secundum quid, et non simpliciter quod Deus terminavit eternaliter ad solvendum, sicut est de pena predestinati lapsi, et illam vocant quidam non debitum sed condicionaliter debitum, nisi Deus condicionabiliter recompenset, quia si foret debitum
10 eius solucio foret iusta; et iustum est quod non solvat, cum hoc sit ex ordinacione Dei eterna; ergo duo contradictoria forent iusta. Sed logici solvunt per equivocacionem concedendo quod debitum et iustum est quod talis predestinatus dum fuerit lapus eternaliter
15 puniatur, et cum hoc debitum et iustum est quod non eternaliter puniatur, quia cum in equivocis non sit contradiccio, et ista dicuntur debita ac non debita equivoce, videtur quod ista sunt debita secundum presentem iusticiam et non sunt debita simpliciter. Hec
20 omnia exigit divina iusticia ut solvantur, non contradicunt sed consonant legi Dei. Nec aliter videtur hoc evangelium esse tenendum vel quod aliquis prescitus absolvatur a peccato, ymmo quilibet confessor dubitaret si quemquam absolvat a crimine. Quando autem fui
25 iunior, negavi quod quidquam sit debitum nisi debeatur simpliciter quoad Deum. Et dixi consequenter quod nulli predestinato debetur pena eterna, quamvis secundum statum presentis iniusticie condicionaliter debeatur vel secundum presentem iusticiam. Et consequenter
30 locutus sum cum aliis, ita quod non sequitur: Hoc debetur condicionaliter vel secundum presentem iusticiam, ergo hoc debetur, quia sic omnis homo deberet Deo quantum non posset cognoscere; et sic exposui scripturam et negavi de virtute sermonis verba
35 doctorum in ista materia. Nec videtur cum Deus omnisciens aliquo modo remittit debitum sui nequam presciti quem scit forisfacere in futurum et servi

God's various ways of forgiveness.

The predestinate deserves punishment yet it is right he should be forgiven.

Wyclif's former opinions

2. B in marg.: Racio debiti multiplex et conformiter dimissio Dei multiplex (red ink). Respondet ad questionem dicendo duplicem racionem debiti et duplicem dimissionem scilicet secundum quid et simpliciter sed male (bl. ink. al. man.). 4. B: Aliud enim est. 6. A: determinat eternaliter non. 7. BC: presciti. 17. BC: illa. 18. A: dicta equivoce; ib. BC: ista; ib. C: sint; ib. A: dicta secundum. 19. BC: non secundum; ib. A: sunt dicta. 23. A: absolvitur. 24. B: et si; ib. A in marg.: Absolucio. 25. B: negavi deest. 30. BC: in aliis. 31, 32. AB: iniusticiam. 35. C: quin Deus. 37. A: quam scit.

Digitized by Google

The foreknown are forgiven 'secundum quid', the predestinate absolutely.

predestinati ad tempus lapsi quem scit servire sibi fideliter usque ad mortem; ideo videtur quod prior sit remissio secundum quid et alia remissio non recidivantis in posterum remissio simpliciter, et contrahitur modus loquendi cui Christus condescendit infirmis compaciens, cum dominus temporalis ignorans remittit servo forisfacienti eciam gravius in futurum et ut credit eque remittit sibi sicut servo forisfacienti fideli quantumcunque sibi proficeret in futurum. Sed non dubium quin stulticia vel ignorancia foret causa facti huiusmodi, que non possunt Deo competere. Ideo dicendum videtur conformiter ad evangelium quod Christus secundum quid remittit prescito iniuriam et donat graciam sibi temporalem pro servicio quod impendit secundum presentem iusticiam, et illa dimissio multum excedit dimissionem condicionatam, non tamen attingit dimissionem simpliciter, cum prescitus pro tali crimine cruciabitur in eternum.

Wyclif will keep his freedom of expression in spite of Pharisees.

Detecta ergo equivocacione condescendo cuicunque modo loquendi qui fuerit Deo placencior et nunc loquor uno modo nunc alio, licet videantur contradictorii phariseis. Utrum | autem fuit talis rex terrenus, Fol. 182a ut videtur sonare evangelium, vel totum sit primo referendum ad regem celorum Christum, adhuc nescio diffinire, sciens quod hoc evangelium sicut quodcunque aliud est verum de virtute sermonis sine macula falsitatis. Et quemcunque Christi vicarium scio ignorare ad quem sensum vel quantum Deus remittit crimen hominis vel absolvit, nisi hoc fuerit specialiter sibi revelatum; scio iterum ut fidem quod nullus prelatus ecclesie militantis vere remittit crimen subditi vel absolvit nisi de quanto Deus ipsum prius remiserit, ideo videtur blasphema presumpcio quod quis absolvat sibi incognitum vel donat sibi indulgencias quas ignorat. Sed in omnibus videtur mihi tamquam theoreuma precipuum quod omnis christianus debet ad conversacionem et predicacionem Christi attendere et quantum sufficit se

2. A in marg.: Responsio. 3. A: remissio deest. 7. BC: eciam deest. 9. C: quantumque. 11. B in marg.: Solucio. Christus quomodo prescito remittit iniuriam et quomodo predestinato. 15. A in marg.: Dimissio. 21. B: licent. 22. A in marg.: Nota. 28. A in marg.: 1. 30. A in marg.: 2: B in marg.: Remissio peccatorum vicarii Christi ad quantum se extendit. 31. A: crimen hominis. 34. B in marg.: Proposicio per se nota. Regula vite christiane que est. 35. B: thoreuma: ib. B: tho.

Digitized by Google

Christo in moribus conformare, cum certum sit secundum Augustinum in De Vera Religione quod impossibile est *quemquam peccare nisi de quanto defecerit in hac fide.*

We must imitate Christ's teaching and life.

Unde sacerdotes et prelati debent diligentissime notare evangelium Christi, ut sciant eius conversacionem interius et eius predicacionem in divinis sermonibus, ut sic per ipsum imitatorie regulentur. Ideo duodecim articuli fidei de Christo sunt efficaciter credendi et omnes actus nostri sunt sibi quantum sufficimus conformandi, quia aliter eciam quicunque prelatus fingens se esse servum Christi est infideli deterior. Et forte attendendo ad conversaciones episcoporum qui debent esse pauperes et humiles secundum conversacionem Christi se et populum regulantes vix unum vel nullum reperies quin sit hereticus infidelis. Et hec racio quare fidelis curatus et predicator debet notare evangelium et ipsum cum dictis appendiciis predicare, cum omne aliud verbum non debet esse fideli sapidum, nisi de quanto Christus Deus et homo ipsum dixerit. Nam infinitum auctoritativior et efficacior est sermo Christi quam sermo quicunque alius quantumcunque magnificatus qui non fuerit sermo suus. Ideo Christi vicarius debet ex virtutis preeminencia pretendere se plebi placabilem et in montuosam sanctitatem ac speculacionem prope Christum ascendere et sic vocare inferiorem populum, ut per ipsum ascendat ad Dominum.

Almost all bishops live as heretics.

How far a man may enforce payment of debts.

Secundo dubitatur ex hoc evangelio quomodo licet christiano debitum secundum leges humanas expetere, cum secundum hoc evangelium omne debitum debet homo dimittere; sed (ut patet ex dictis) debitum sonat in reddicionem alicuius quod secundum equitatem debet quis solvere, et cum omne debitum mensuratur penes divinum arbitrium, patet quod quicunque viator inculpabiliter impotens ad solvendum debet percipere plenam indulgenciam debiti eciam ab homine; quod quia difficile est viantem discutere, ideo evangelici nolunt in ista perplexitate sese includere, et sic conceditur quod licet mundanum debitum suum expetere eciam secundum leges humanas lege Domini debite regulatas et debitorem, ut ex sua stulticia impotentem pro debiti equivalencia

1, 2. A: in moribus — Augustinum deest. 2. in deest. 15. A: invenies. 19. A: se ipsum. 20. C: auctoritacior. 24, 25. A: speculam. 27. A in marg.: Dubium secundum; B in marg.: Quid requiritur ad sacerdotem Christi et vicarium. 30. A in marg.: Responsio. 32. A: concedatur. 39. B: legi Dei; ib. AC: debite deest.

Digitized by Google

misericorditer cruciare; et sic fit homo seculi deiformis dum reddicionem equivalentis equitate expetit, sed servus nequam de quo evangelium iuxta nomen suum preteriit equitatem. Difficile tamen est secularem non inspiratum istam regulam strictissime practizare. Ideo securum videtur divino arbitrio vivendo evangelice totum dimittere.

How the wicked servant is to pay his debt.

Sed tercio dubitatur quomodo servus nequam reddet Deo universum debitum, cum servicium finalis perseverancie Deo debuit quod impossibile est prescitum solvere, et iterum quantumcunque pene reddiderit ex divina iusticia magis debet.

Ideo supponi debet iuxta dicta quod Deus in cuius noticia sunt omnia, preordinavit quomodo omnes presciti debent simpliciter Deo reddere sufferenciam pene perpetue sed secundum quid et ex supposicione debent solvere ministerium finalis perseverancie quod impossibile est ipsos exsolvere, et sic Deus realiter redarguit omnes servos dyaboli, cum ducit eos insolubiliter ad contradiccionem palam infinitam.

SERMO LV.

Abeuntes pharisei consilium inierunt ut Jesum caperent in sermone. Matthei XXII°, 15.

The Pharisees tried to make Christ offend against their traditions or the Roman law.

Patet ex hoc evangelio quomodo pharisei machinati sunt blaspheme Veritatem decipere sed non possunt, cum consilium impiorum in nullo prevalet contra Christum. *Mittunt autem* | *ei suos discipulos et milites* Fol. 182b *Herodis,* ut quidquid Jesus dixerit in sermonibus capiatur. Si enim secundum tradiciones suas phariseis dixerit complacenter, cum in hoc cesari et per consequens Herodi foret contrarius, ab ipsis militibus contra eum testantibus in sermonibus caperetur. Si autem contra tradiciones eorum quidquam dixerit ministri phariseorum ex impugnacione legis proprie ipsum arguerent, sed ex consilio impio premittunt alia commenta ypocrisis, dantes ex adulacione falsa Christo audaciam ad loquendum.

1. BC: sic sit; ib. BC: difformis. 2. A: secundum equitatem; C: equitatem. 5. A: structissime. 7. A in marg.: Dubium tercium. 10. BC: ipse reddiderit. 12. A in marg.: Responsio. 20. BC in marg.: Dominica XXII; ib. C: post Trinitatis. 23. A: evangelio deest; ib. BC: quod pharisei. 25, 26. B: contra Dominum. 26. A: autem autem. 34. BC: promittunt; ib. BC: coniuncta ypocrisi.

20. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 56.

Digitized by Google

Adulantur enim sibi more ypocrite in istis quatuor: *Magister*, inquiunt, *scimus quia verax es;* ubi veritatem fidei in Christi persona necessitati adeo demeritorie profitentur. Secundo eandem veritatem fidei quoad operaciones Christi extrinsecas invite concedunt dicentes: *Viam Dei in veritate doces.* Nam ex fide est notum fidelibus quod Christus viam ad patriam docebat continue tam opere quam sermone. Et tercio profitentur catholicum quod Christus propter timorem hominum non excidit a lege iusticie: *Non*, inquiunt, *est tibi cura de aliquo.* Licet enim Christus tamquam summus medicus curavit totum genus humanum eciam totum mundum, cum virtute medicine apposite cunctis profecerat, verumtamen ad dimissionem iusticie tam phariseos ypocritas quam seculares tyrannos adeo non curavit. Causam autem huius quarto inculcant: *Non*, inquiunt, *respicis personam hominum;* cum notum sit ex fide quod non potest esse culpabilis accepcio personarum apud Deum. Premisso autem isto quadrimembri laqueo ypocritico proponunt questionem, ut Christus secundum suum videre diffiniat *si licet Judeis cesari dare censum.* Nam secundum leges eorum et specialiter secundum falsas tradiciones quas vendicant debent ex causa multiplici semper esse liberi, tum quia patriarche ex quibus processerant fuerunt homines maxime privilegiati, eciam inter fideles principes in ecclesia primitiva (ut patet de Abraham), tum eciam quia David et Salomon ex quibus iterum processerunt fuerunt inter reges gencium maxime commendati et nulli subiecti, tum tercio quia tempore sacerdotum inventum est ex genere eorum secundum prophecias legis Dei Messiam procedere. Ipse autem est homo liberrimus, quia Deus et homo, cui non potest illibertas accidere. Querunt autem Christi sentenciam diffinitivam, ut ex pertinacia erroris possint de heresi ipsum convincere. *Cognita autem Jesus nequicia eorum dixit* detegendo eorum versuciam: *Quid me*, inquit, *temptatis, ypocrite*, ubi summum gradum nequicie primo eorum reserans descendit ad responsionem ypocritarum illorum efficaciter confusivam. Nichil enim potest dyabolum magis confundere quam caput sue nequicie miraculose dete-

Their hypocritical flattery.

Their trap for Christ.

Its detection.

1. A: enim deest; ib. A in marg.: 1. 4. A in marg.: 2. 8. A in marg.: 3. 9. A: quia Christus. 15. A: Causa; ib. BC: quarti; ib. A in marg: 4. 16. B: resciens; ib. BC: homin, is. 20. A: Judeis deest. 23. B: dicunt ex; ib. BC: liberrimi. 25. A in marg.: 1. 28. A in marg.: 2. 29. A in marg.: 3. 39. A: posset diabolicum.

Digitized by Google

gere. *Ostendite*, inquit, *mihi numisma census*, hoc est, monetam quam Cesar vendicat pro censu. *At illi obtulerunt ei denarium*. Et ipse super hec quesivit *cuius ymago vel superscripcio sit illa* que in illo denario est impressa. *At illi confessi sunt quod fuit Cesaris; at* 5 *Jesus precepit* finaliter *quod Cesari reddant que debita sunt Cesari et Deo reddant que sunt debita* ipsi Deo.

Wisdom of Christ's reply.

Ubi patet involucio multiplicis subtilitatis mirabilis; primo secundum dignitatem eorum Christus respondet impugnabiliter sed confuse, secundo quomodo compos- 10 sibilia sunt servicium cesaris atque Dei, tercio quomodo eorum argucia defecit, cum non sunt in moribus istorum patrum filii, sed ex ordinacione Dei propter servitutem peccati in acceptando circumscripcionem monete se cesari serviliter obligarunt. Nam ex quantum- 15 cunque magno genere quivis viator processerit, dum tamen per peccatum quod est maxima servitus se indisposuerit, dignitas sui generis non attollit. Omnes enim ex Adam qui fuit nobilissimus tam secundum creacionem quam secundum modum creandi, quam 20 eciam secundum statum innocencie processerunt, et tamen non obstante quod ille primus pater fuit homo nobilissimus citra Christum, cum servitutes secundum exigenciam peccati in suo genere varie sunt disperse. Ideo evidencia phariseorum est levis atque sophistica; 25 ipsi ex patribus tam dignis | processerant, ergo non Fol. 182c debent servituti Cesaris mancipari. Peccatum enim eorum exegit quod servituti plus culpabili mancipentur. Et patet quomodo in passione Christi geminatum eorum mendacium accusat eos de culpa duplici, quo- 30 modo recedentes a veritate adherent patri mendacii. Invenimus, inquit, eum prohibentem tributa dare Cesari, quod convincitur ex hoc evangelio et Matthei XVII° esse falsum, cum hic precipit censum debitum sibi dari, et Matthei XVII° iam facto complevit, cum 35 didragma solvit pro ipso et Petro, qui fuerunt nobilissimi filii Dei, in hoc docens indubie quod quicunque sacerdotes Christi quantumcunque digni fuerint in moribus

1. A: inquit deest. 4. A: ipso denario. 5. A: expressa. 7. A: debito; ib. AB: Cesari — debita deest. 9. A in marg.: 1. 10. C: in impugnabiliter; ib. A in marg.: 2. 11. A in marg.: 3. 13. BC: Domini. 14. Rectius: superscriptionem. 17, 18. indisponit. 18. A in marg.: Adam primus pater carnalis fuit homo nobilissimus citra Christum. Id habetur infra, parte secunda, sermone quinto in principio. 22. BC: iste. 24. BC: disparse. 31. A: a unitate. 33. BC: quia. 34. BC: hic deest; ib. BC: precepit. 35. BC: Matthei deest; ib. A: XVII facto complet; BC: dum.

Digitized by Google

vel privilegio impetrato debent subici mundi potentibus, cum Dominus omnium cum sua dignissima familia apostolica sic fuit subiectus.

Christ's example of submission to rulers.

Et potest ex hoc evangelio versucia modernorum pharisеorum cum suis discipulis deprehendi. Machinantur enim sollicite quomodo fideles deberent ex verbo vel opere mundi principibus rebellare, sed nostrum refugium est ad Christum, quomodo ex conversacione sua debemus constanter docere quod obediendum est mundi principibus tam verbo quam opere (ut Christus docet in suo apostolo ad Rom. XIII°).

Hypocrisy the worst sin.

Sed circa hoc evangelium dubitatur utrum ypocrisis sit peccatum gravissimum, et videtur quod sic, quia superbia (ut patet in primo angelo) est peccatum gravissimum, sed inter omnes species superbie in malicia precellit ypocrisis, ergo conclusio. Minor patet ex hoc quod omne aliud peccatum directe et unice facit contra iusticiam, ypocrisis autem geminat directe contraria veritati. Dicit enim fingendo extrinsecus quod diligit veritatem et tamen intrinsecus sibi ipsi contrarians impugnat quantum sufficit veritatem. Ideo dicit Chrysostomus tali ypocrite: *Aut appare quod es aut esto quod appares.* Et hoc fuit primum peccatum dyaboli temptantis hominem et erit indubie peccatum novissimum per quod dyabolus ex summa versucia a mundi exordio machinata seducet ecclesiam. Sed cum omni peccato sit connexa ypocrisis, eo quod in omni peccato apparet bonum in quo peccator illuditur, videtur si omnis ypocrisis sit peccatum gravissimum quod omne peccatum sit par in gravedine cuicunque.

Sed hic dicitur (ut supra) quod nullum peccatum intellectum formaliter vel (ut verius loquar) deformiter est grave simpliciter vel alicuius modi sed substancia illa peccans; et cum gravitas peccati sic intellecti attenditur penes hoc quod Deus magis detestatur istud peccatum et facit subiectum puniri gravius, patet quod aliqua ypocrisis et indicium cuiuscunque generis peccati est in reliquo peccato generis eiusdem gravius; verumtamen sicut in qualibet creatura secundum aliquam

2. B: Dominum omnium. 5. A: discipulis deest. 6. A: ostenderent ex; C: auderent ex; ib. BC: verbis. 8. A: est deest. 9. A: obediendum et in marg. 12. A in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. 22. A: an esto. 23. BC: fuit deest. 31. A in marg.: Responsio; B in marg.: Peccati distinccio pulcra. 32. BC: ut verum. 33. A: modi deest. 34. A: ista peccans. 35. BC: illud. 36. A in marg.: De peccati gravedine. 38. C: in deest. 39. BC: secundum quandam.

Digitized by Google

condicionem relucet quedam excellencia dignitatis, sic in quolibet genere peccati implicatur quedam excellencia pravitatis; et sic ut innuitur in ypocrisi implicatur excellencia detestande malicie. Unde ypocrita tamquam vexilliger patris mendacii contradiccionem que est expressivum mendacium gerit secundum naturam duplicem in se ipso; dicit enim intrinsecus tamquam venenum acutissimum dyaboli execracionem sed dicit extrinsecus sanctitatem et sic in omni bello dyabolus requirit ypocritam tamquam clientem precipuum pugne sue. Et sic Parisiensis comparat ypocritam octo modis: *Est*, inquit, *ut simea dyaboli faciens ad sui iugulacionem quod filii Dei faciunt ad sui decoracionem.* Unde Eccles. I°, 37 precipitur: *Ne sis ypocrita in conspectu hominum. Secundo ypocrita est sterquilinium nive coopertum*, in quo peccantes improvide demerguntur. Unde Matthei XXIII, 27 dicit Christus *phariseos ypocritas esse sepulcra exterius dealbata, interius vero plena ossibus mortuorum. Tercio est similis vasi exterius purgato sed interius sordido;* ideo Christus reprobat phariseos, quia mundificabant quod foris est et inmundicias intraneas derelinquunt.

The hypocrite is the devil's standard bearer.

Parisiensis compares the hypocrite to

1. an ape,

2. a dunghill covered with snow,

3. a vessel cleaned outside only,

Quarto similis est cigno in pennis ad extra candido, sed habenti interius carnes nigras. Et ad hunc sensum precipitur Deuteronomii XXII°, 11: *Non indueris veste que ex lana linoque contexta est.* Per linum (quod est subtilius) cogitaciones ypocritice figurantur, sed per lanam (que est alba) opera contraria denotantur.

4. a swan,

Quinto ypocrita similatur struthioni qui habet pennas ac si volare poterit sed neque appetit neque potest. Unde Job XXXIX°, 13: *Struthionis penna similis est penne herodii et accipitris, quando derelinquit ova sua in terra. Ypocrita*, inquit, *ova sua in terra* | *relinquit, dum ex operibus suis solam mercedem terrenam querit.* Et hinc figurative prohibentur Levitici XI° cignum et struthionem comedere. Et hinc Matthei VI°, 2 Christus

5. an ostrich,

Fol. 182[d]

4. A in marg.: Ypocrisis. 6. A: est deest. 9. A: diaboli. 12. A in marg.: 1; B in marg.: Ypocrita simee diaboli comparatur. 15. A in marg.: 2. 19. A in marg.: 3. 23. A in marg.: 4. 25. A: vestem. 26. C: que deest. 27. BC: rogaciones ypocrite signantur. 29. A: simulatur struccioni; B: struconi; C: strucio. 32. BC: qui derelinquit. 34. B: opibus. 35. BC: prohibemur; ib. A: XII deest. 36. Codd.: Matthei VII. Correxi.

11. An Johannes Parisiensis? Cf. Fabricius, Bibliotheca Latina mediae et infimae aetatis IV, 396.

Digitized by Google

mandat: *Cum facis elemosinam, noli ante te tuba canere sicut ypocrite faciunt.*

Sexto dicitur lupus pelle ovina indutus; unde Matthei VII°, 15 mandat Dominus: *Attendite,* inquit, *a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intus autem sunt lupi rapaces.*

6. a wolf in sheep's clothing,

Septimo ypocrita est arundo que radicem fixam in solido veritatis non habet sed luto ac concavata intrinsecus infructuosa et instabilis temptacionis spiritu circumfertur. In summitate autem comam gerit ut fatuus quam et lanuginem habet pro fructu. Unde Sapiencie V°, 15: *Spes impii quasi lanugo.* Et hinc Matthei XI°, 7 Christus discomparat Baptistam *arundini.*

7. a reed,

Octavo ypocrita similatur vulpi que est animal fetidum et dolosum, cuius carnes sunt inutiles sed pellis valet contra paralisim. Unde Ezechielis XIII°, 4: *Quasi vulpes in deserto prophete tui Israhel erant.* Et hinc apostolus prophetat has vulpes in sectis fictis et nominat eos ypocritas novissimis temporibus adventuros. Simulant enim se mundo mortuos tamquam vulpes sed apparente beneficio in quo reluceat mundi prosperitas vivaciter prosequuntur. Ypocrisis enim corrumpit opus extrinsecum bonum de genere. Ideo Luce XII vocatur *fermentum phariseorum;* et Herodes propterea *vulpes* dicitur, et propter maliciam intrinsecam et maliciam extrinsecam callide infectivam operis boni de genere dicitur a beato Jeronymo duplex iniquitas. Unde Christus non legitur in evangelio acucius contra peccatum aliquod invexisse (ut patet Matthei XXIII et sepe alibi). Dyabolus enim peccato illo decepit primum Adam, Scarioth per osculum tradidit secundum Adam et Antichristus in fine seculi per ypocrisim sectarum nutriet partem suam. Unde sicut bonum opus de genere per ypocrisim tamquam summe Christo contrarium deformatur et sic plus quam opus malum de genere venenosum, sic Christi ordinacio in clero suo que debet esse in pugna sua pugil precipuus transformatur et fit versucia dyaboli maius periculosum.

8. a fox.

The apostle prophesies of these foxes i. e. the religious orders.

3. A in marg.: 6. 3, 4. A: Matthei V. 7. A in marg.: 7; ib. BC: radicem suam. 12. AB: XVI; C: XII. 14. A in marg.: 8. 26. C: callidide. 27. C: bono; B: bono; correxit beato. 32. A: secatus nutriet. 34, 35. B: deformat. 36. A: suo deest. 37. BC: et sic.

20. Cf. English Works of Wyclif ed. by Matthew. pag. 123.
24. Lucae XIII, 32

Digitized by Google

But for hypocrisy Antichrist could not have brought in endowment.

Nunquam enim invaluisset Antichristi versucia in dotacione ecclesie contra Christum, nisi regnasset ypocrisis in religionibus privatis et prelatis cesariis, in quibus sanctitas sine correspondencia mentis extrinsecus simulatur. Et devocius meritum ex gravacione tempo- 5 ralium contra ordinacionem Christi fingitur.

In omnibus autem istis laborat infidelitas Antichristi et eo validius quo ypocritarum versucia minus percipitur et eorum argucia coloracius quoad mundum deprimitur et eorum decepcio secundum plures et 10 maiores defenditur. Si enim fidelis ad similitudinem Christi invehat contra tales, totus mundus reclamabit cum carne sua et sanguine. In sanctitatis apparencia oculos hominum stulte pascunt; *exterminant enim facies suas* (ut dicitur Matthei VI°, 16) et simulant alias 15 sanctitates penales, ut videantur hominibus esse sancti, et sic ut clamant discipuli Antichristi, idem esset ipsos impetere sive persequi et cruciare Dominum Jesum Christum.

SERMO LVI. 20

The ruler's daughter is the first in order of the dead whom Christ revived. (cf Sermo XLVIII).

Ecce princeps unus accessit. Matthei IX°, 18.

Notata historia huius evangelii patet ad sensum misticum quomodo filia huius principis est prima in ordine de tribus mortuis quos Dominus suscitavit. Princeps potest intelligi mentis acies, que mens licet sit intrinsecus 25 fedata crimine habet tamen remorsum consciencie, *et orat* intrinsece *ut filia sua* ad intra *suscitetur* mortua. In omnibus autem istis oportet notare logicam scripture ad intelligendum hos sensus misticos, primo quomodo quelibet persona humani generis est masculus et mulier 30 secundum disparem racionem ut Matthei XXI°, 50: *Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse meus frater, soror et mater est.* Secundo supponitur quod homo interior qui est mens humana realiter loquitur Deo abscondite secundum mocionem consciencie 35

1. A in marg.: Contra dotacionem. 7. B in marg.: Antichristus unde roboratur. 8, 9. parcitur. 11, 12. A: Si enim — Christi deest. 13. A: et sanguine et sanguine. 20. BC in marg.: Dominica XXIII: C: post Trinitatis. 23. A: primum. 26. BC: remorsum continue. 29. A in marg.: 1. 31. A in marg.: Nota quod quelibet persona humani generis est masculus et mulier secundum disparem racionem; B in marg.: Quelibet persona humani generis est masculus et mulier secundum disparem racionem misticam. 32. BC: que. 33. A in marg.: 2.

20 Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 59.

Digitized by Google

et secundum proprietates secundum quas differt quodammodo a se ipsa. Tota autem generacio hominis est una persona. Qua logica scripture supposita patet quod humanum genus secundum racionem qua principatur tam corpori quam sensui habet filiam mortuam, cum Fol. 183a mens intrinsecus in pravis affeccionibus sit perversa, | licet non procedat in nephandum opus extrinsecum (ut patet Matthei V°). Et ideo cum istud peccatum sit levius et racio potencior, signanter vocatur peccatum *filia*, et racio vivax in homine *princeps unus*. Sed hec filia mortua infra domum, filius vidue est mortuus extra partem (ut notatur sermone XLVIII°). Princeps autem iste est vivax in fide quod, *si Christus* Deus et homo *imponat manus*, hoc est, potenciam operandi, purgando interiorem hominem statim *vivet*. Jesus autem cum discipulis suis semper operans ad utilitatem ecclesie interim sanat fluxum sanguinis aliarum personarum humani generis, que duodecim annis, hoc est, secundum etates falsas cum diabolo duplicatas, peccati sanguinem effluxerunt. Nam Psalmo L°, 16 dicitur: *Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis mee.* Ideo quelibet persona generis humani aggregata assueta peccatum in actum producere est *mulier* paciens fluxum sanguinis. Et hec mulier in personis status infimi inspirata ut resipiscat a crimine, tamquam reputans se indignam *accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti Christi.* Pro quo notandum quod vestimentum Christi est tota persona salvanda quam Christus induit; cuius persone alia pars est in dignitate status superior et alia inferior iuxta illud Psalmi CXXXII°, 1: *Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum, sicut ungentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in horam vestimenti eius.* Christi enim humanitas est Aaron, super cuius caput oleum gracie pre suis participibus est diffusum; de cuius plenitudine omnes christiani accipiunt, primo barba superior ut prelati, secundo barba inferior ut temporales domini, et tercio populares eciam usque ad abiectissimos que sunt fimbria vestimenti.

Mystical interpretation of the history.

The woman with the issue of blood.

2. A in marg.: Tota generacio hominis est una persona. 5, 6. B: cum mors. 9. C: et compotencior. 11. B in marg.: Filia in domo mortua, peccatum latens in corde. Racio recta. Princeps potens. 10, 11. A: hec filia. 11. B: sed filius. 12. BC: sermone L. 16. BC: suis deest. 21. B in marg.: Mulier fluxum sanguinis paciens quid signat. 26. A in marg.: Vestimentum. 32. B in marg.: Barba Aaron quid significat. 33. A: horam; id est oram. 34. BC: prescius; ib. A: particibus. 36. A: prius. 37. A in marg.: barba duplex. 38. BC: subiectissimos quo.

Digitized by Google

Populus igitur in sexu muliebri sic paciens fluxum sanguinis "tangit fimbriam" vestimenti Christi, quando credens se salvari in statu infimo, dum tamen servaverit caritatem, tangit hunc statum. Nam I^a^ Joh. V^o^; 18 scribitur quod *malignus non tangit Dei filium* adoptatum, quia sue voluntates que sunt potenciarum suarum ultima non sunt simul. Sic ergo fidelis tangit fimbriam vestimenti Christi, quando voluntarie et meritorie servit Domino in hoc statu, et Christus infundit sibi fidem quod, si istum statum servaverit, salvus erit; ac Jesus salvat plurimos in hac fide. Et interim intrans domum spiritualem predicti principis invenit racionem dolentem fragilitatem suam sonorose sed fallaciter declamantem, et turba sensuum clamat conformiter; sed omnia ista Christus imprimis ammovet donans fidem quod talis non est mortuus morte secunda, licet sit ad tempus crimine soporatus; et homines stulte consciencie asinine derident istam Christi sentenciam. Ordo autem spiritualis sanacionis Christi exprimitur Luce VIII°, cum preter dimissionem clamorose et sinderesive consciencie Christus introducit Petrum et Johannem et Jacobum et patrem et matrem puelle, quia fidem que florebat in Petro, castitatem que floruit in Johanne, et operis importunitatem que micabat in Jacobo, ac originalem instinctum ad tam active quam passive se subiciendum Deo exclusis aliis tumultibus illapsus in animam introducit. Intrans ergo per spiritualem lapsum cum predicta comitiva virtutum tenet manum puelle, quando virtutem eius operatricem excitat et erigit ad meritorie operandum; nam prostratus peccato et gravatus dyabolo incumbente non habet aliam viam ereccionis nisi quod inductis virtutibus et per consequens amoto dyabolo Christus sic teneat manum eius. Et sic oportet quod spiritualiter vivificatus erigendo manum cum Domino operetur. Manducacio autem quam Lucas meminit est spiritualis pastus interioris hominis in fide scripture et exercicio virtutum, quia aliter suscitatus spiritualiter statim cadit.

Further mystical exposition of the history.

1. A: Populus ergo. 7. B in marg.: Fimbria Christi vestimenti quis tangit. 13, 14. C: declinantem. 17. Codd.: soporata; ib. A: stricte consciencie. 26. BC: anima. 27. A: illapsum. 31. BC: reccionis. 32. A: quod deest. 33. A: eius deest. 35. BC: Manuduccio.

35. Luce VIII, 55.

Digitized by Google

Circa istud evangelium dubitatur, primo si crimini plene consenciens sed facinus ad extra non operans peccet mortaliter et si opus extrinsecum peccatum aggravat. Quantum ad primam partem patet ex diffini-
5 cione Christi Matthei V° sermone multiplici quomodo consensu in animo, eciam opere ad extra subducto, peccat homo mortaliter. *Audistis*, inquit, *quia dictum*
Fol. 183b *est antiquis: Non occides; qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem* | *dico vobis quia omnis qui irascitur*
10 *fratri suo reus erit iudicio. Et iterum audistis quia dictum est antiquis: Non mechaberis. Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo.* Nec dubitat christianus in isto nisi heresi pharisaica sit seductus,
15 sed Christus dicit iterum quod *nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum.* Supposita ergo parte ista videtur michi quod nullum opus extrinsecum aggravat peccatum anime, nisi de quanto diuturnius, delectabilius
20 et intensius facit hominem in crimine delectari, et sic posset prescitus ex peccato retento in anima instar dyaboli peccare graviter et dampnari. Sed raro vel nunquam est crimen in anima, nisi habita opportunitate in perverso opere proferatur; et istud quia sensibile
25 attenditur apud politicos qui dicunt pharisaice alia graviora intrinseca non noscere, sed theologus noscens quod perversa voluntas apud Deum videntem omnia pensatur potissime, cognoscit quod nullum opus extrinsecum est peccatum nisi per accidens secundum quod
30 inficitur a malicia voluntatis. Sepe enim contingit quod opus extrinsecum nedum iudicat iniquitatem animi sed multipliciter accendit, et sic opus extrinsecum, licet non per se aggravat peccatum. Multe autem sunt raciones pro ista sentencia; et pro contrario obicitur quod
35 iudices in foro contencioso ecclesiastico deridentes istam sentenciam errarent in hoc multociens, quod concedo, ymmo quandoque opus extrinsecum licet

There may be mortal sin without any outward act.

No outward act increases sin, except as it makes the sinner take pleasure in his crime.

1. A in marg.: Dubium primum. 5. C: Matthei V deest. 10. BC: erit concilio. 16. A: vestra deest. 21. BC: a peccato. 24. B: opere precedatur; C: procedatur. 27. BC: videntem animam; ib. B in marg.: In peccata aliquando cadere occasionaliter proficit. 29—31. A: est peccatum — exstrinsecum deest. 34. C: et deest. 36. A: errarunt.

7. Matthaei V, 21, 27, 20.

Digitized by Google

malum prodest per accidens. Sic enim dicit Augustinus quod *proficit multis incidere in manifesta peccata ut graciosius resurgant et caveant peccati periculum in futurum.* Sed cavendum est ne propter istud credatur quod propterea sit peccandum; ut expedit multos prelatos et magnos sicut et sectas occidi et destrui ut ecclesia caucius caveat fermentum eorum, et tamen homo non debet propterea nisi revelacionem habuerit sic ulcisci. Unde ut quidam dicunt quod corvus mortuus et in campo vel domo expositus prodest ne aves rapaces sui generis grana destruant et tegumenta domorum ex quibus inducuntur fames et pluvia per que potest domus ruere et plebs deficere, sic expedit sal infatuatum vel sectam aliquocies conculcari ad insolenciam sui generis amplius cohercendum. Theologus tamen debet micius suas malicias verbis scripture detegere, ut Luce VIII° narratur quomodo *mulier quedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim que in medicos expenderat omnem substanciam suam nec ab ullo curari potuit,* sed ex tactu fimbrie vestimentorum Domini est curata. Sic indubie multi viri sanguinum expendunt multam substanciam circa privilegiaciones et indulgencias Romane curie, nec non circa perpetuos oratores et confessores et non proficit directe sed nocet, cum peccatum sanguinis continue invalescit. Unde istum defectum theologus debet detegere et phariseos a fallaciis quibus seducunt populum exterrere. *Exterrere* dico non cede vel verbere sed cum omni modestia verbis Dei.

We must not sin even for a good end. Example: It would be a good thing that some prelates and sects should be destroyed, yet we must not take such vengeance without warrant of revelation.

We must oppose false doctrines by Scripture.

Reason's share in sin.

Secundo dubitatur quomodo racio a sensualitate et aliis ipsa inferioribus in natura convincitur, cum secundum philosophos omnis motus talis vel accio ex proporcione maioris inequalitatis causatur. Sed ad istud dicitur quod spiritus humanus factus est a Deo tam nobilis quod nec ab angelo nec ab alia creatura convinci poterit nisi velit. Allici tamen potest ab obiecto

1. A: enim deest; ib. A in marg.: Nota Augustinum. 7. A: eorum deest. 9. A: ut quidem. 12. BC: fames deest. 15. BC: exterrendum; ib. B in marg.: Mulier sanguinis fluxum paciens et medicis substanciam frustra expendens quid significat. 19. Codd.: medicis. 21. A in marg.: Contra privilegia et indulgencias; B in marg.: Nota. 30. A in marg.: Dubium secundum; B in marg.: Questio pulchra moralis. 31. A: ipsa deest. 33. B in marg.: Solucio. Sensualiter quomodo allicit racionem et voluntatem ad consenciendum peccato.

1. Augustini, De Civ. Dei, cap. XIII. Opp. tom VII, pag. 366 A.

Digitized by Google

quod secundum Augustinum ipsum non manet, licet ab illo obiecto rapiat mira celeritate species et effectus, et sic peccando in Deum, eligendo bonum quod sibi videtur delectabile magis peccat. Ideo medicina salubris foret obstare principiis, videlicet ne anima sic fragilis in obiectis creatis nimium inmoretur.

The power of the soul is not to be thought of as a separable quality.

Non tamen intelligendum est quod virtus anime sit qualitas a substancia eius egrediens et qualitatem obiecti distantis secum rapiens sine subiecta substancia, sed ipsa substancia anime sic multiplicatur spiritualiter secundum quoddam esse et ibi intenciones et actus elicit quos habet eciam in obiecto. Et sic secundum Augustinum et alios scientes tam intellectus quam sensus singuli sunt activi. Accipiendo autem sensum aggregative pro organo et virtute, sic paciuntur sensus ab obiecto suam speciem in ipso organo imprimente.

How far the intellect and senses are active or passive.

Intellectus autem tam humanus quam angelicus est Fol. 183e passivus adeo, sed virtus vel intellec | tiva vel sensitiva abstractive intellecta non patitur ab obiecto inferiori in natura pocius quam Deus patitur ab homine presentante sibi meritum, sed Deus movet virtutem creatam, ut propter obiecti presenciam ipsa virtus eliciat tam speciem quam actum, et glossam Aristotelis arguitivi cum suis sequacibus in hac parte relinquo sue secte, que nescit se fundare in racione nec sic in aliis se melius occupare. Sed fautores eorum dicunt quod extendunt pati et moveri ad omnem mutacionem spiritualem quomodo scriptura dicit quod Deus est summe mobilis licet perfeccius et magis equivoce quam alia creatura; sic autem anima est per se mobilis et secundum racionem aliam ab obiecto. Sed totum istum tractatum relinquo philosophis, concedens quod anima a peccato vincitur et bono creato in quo inordinate quiescit. Et sic Deus cum illo bono creato dicitur movere animam ad eliciendum talem actum, cuius causa culpabilis est ipsa anima que indebite recedit a Deo.

Can the predestinate sin mortally?

Sed tercio dubitatur plus theologice quomodo suscitandus in proximo quem Deus destinat ad beatitudinem

1. A: monet; ib. A in marg.: Augustinus. 2. BC: effectus. 3. A: et deest. 4. B in marg.: Medicina peccatorum circa principia. 9. A: subiecta. 12. A: subiecto. 13. A in marg.: Augustinus. 16. A: ipso deest; ib. A: imprimenti. 17. BC: autem deest; ib. A in marg.: Intellectus; B in marg.: Sensus et intellectus quomodo sunt activi et quomodo passivi. 19. BC: inferiore. 23. A: arguitivi deest. 24. BC: ac suis. 26. B: ascendunt. 30. BC: a se; ib. A: et deest. 31. A: totum deest; ib. A in marg.: Anima. 32. C: convincitur ut. 37, 38. BC: sustinendum; A. sustinendus. cf. pag. 372. 17.

Digitized by Google

peccat mortaliter, specialiter cum Deus non potest vicissim quemquam plus vel minus diligere et habicio tanti amoris divini quem predestinatus habebit in patria excludit peccatum mortale. Et in confirmacionem istius Christus summus logicus dicit simpliciter, quod *puella non est mortua sed dormit*. Sed de peccato mortali expeditum est alibi quomodo peccatum finalis impenitencie est mortale simpliciter. Ideo Christus ad detegendum istam equivocacionem dicit quod hec puella non est mortua, sicut in Apocalypsi dicitur quod nulli predestinati leduntur a morte secunda, et tamen (ut instant sophiste) quelibet mors est mors secunda in aliquo ordine numeri sed non mors post quam non erit vivificacio sed simpliciter vite extinccio. Mortem autem primam vocat Christus non mortem sed dormicionem, et multo magis est dormicio quodammodo mortui posterius ad beatitudinem suscitandi. Et istam logicam scripture tenent fideles istam tradicionis repugnanciam detestantes.

SERMO LVII.

Cum sublevasset oculos Jesus et vidisset quia multitudo magna venit ad eum, dixit ad Philippum. Joh. VI°, 5.

Two miracles of multiplication of loaves.

Notata historia huius evangelii cum aliis patet quod Christus duplici vice miraculose fecit corporale convivium, scilicet istud de quo evangelium hodiernum et aliud in quo erant septem panes et pisciculi pauci, quatuor millia hominum saciata, et superfuerant septem sporte, de quibus Sermone XXI°, et patet Marci VI° et VIII° capitulis, in quibus indifferenter et superflue narrasset tam varie ista duo tam miraculosa convivia nisi forent distincta. Nec dubium quin Christus non tamen varie suscitasset tres mortuos et fecisset ista duo miracula, nisi superfuisset racio annotanda, cur tam varie ita fecit. Supposita ergo racione de suscitacione trium mortuorum (que tangitur Sermone XLVIII), videtur probabile quod racio huius duplicis elemosine sit infamis

2. BC: quidquam plus. 8. A: Et ideo. 18. C: contradiccionis. 20. BC: Dominica XXV; C: post Trinitatis. 22. A: Joh. XVI.; ib. Codd.: dicit. 24. BC: facit. 28. B: porte; ib. A: sermone VII; ib. A: ad patet; B: et patent; ib. A: Marci VII. 29. A: in quo. 31. A: fuerunt. 34. BC: illa fecit. 35. BC: L.

20. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold I, 62. 28. Vide supra, pag. 140.

Digitized by Google

binarius, quo genus humanum subiciendo se huic necessitati a bonitate que Deus est recesserat. Nec invenitur in corpore habitudo talis ternarii qualem est in suscitacione spiritus reperire. Istis ergo suppositis et notata historia patet ex evangelio Marci et Johannis in VI.° capitulo quomodo multitudo notabilis in deserto loco propter aviditatem audiendi verbum Domini defecit in corporis alimento. Jesus autem motus misericordia pavit eos spiritualiter, ut notat evangelium Marci VI°. Sed consequenter deficiente eis pabulo corporali pavit eos miraculose illo cibo cuius salsamentum fuit spiritualis intellectus pabuli spiritualis. Sicut enim Christus fuit duplicis substancie quoad hominem, sic dupliciter misertus est homini. Temptative autem quesivit a Philippo *unde tantam multitudinem reficerent corporaliter in deserto*, sed Philippus respondit quod *ducentorum denariorum panes* (quos secundum Marcum habebant in corbona) *non sufficerent eis ut unusquisque modicum accipiat. Sed Andreas frater Simonis publicavit unum puerum habentem quinque panes ordeaceos et duos pisces, sed ille asserebat non tante sufficere.* Per hoc autem interrogat Philippum, qui interpretatur os manuum, ad denotandum sensum Apostoli *qui non laborat non manducet* II Thessal. III. Andreas autem qui interpretatur decorus in stacione | dicit quod ocians in opere meritorio est indignus ut recipiat pabulum super terram. Verumtamen *est unus puer qui natus est nobis* (de quo Isaie IX°, 6), *habens quinque panes ordeaceos et duos pisces* per quos totam multitudinem humani generis potest reficere. *Sed hec quid sunt* quoad corporale pabulum *inter tantos?* Sed Jesus *fecit* per ministros suos in viridi feno *discumbere*, quia terrenas humilitates aspirantes ad patriam facit fragilitatem suam cognoscere et pastum spiritualem Domini expectare. *Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque millia*, quia omnes illi in quibus virebat predestinacio et erant per superbiam quinarii suffocati. *Sed Jesus accepit panes et pisces ac agendo Deo gracias distribuit sic discumbentibus*, quia quinque libros Mosaycos

Christ in His twofold nature had a twofold pity.

Meaning of "Philip"; of "Andrew".

The lad with the loaves is Christ.

The 5000 are the predestinate.

Fol. 183d

1. A: genus hominum. 6. BC: capitulis. 9. A: Marci deest. 12. A: spiritalis. 14. B: Temptavie. 16. A: respondit quod deest. 17. BC: in turba. 18. BC: suscipiat; ib. Vulgate: *Est unus puer hic qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos?* 21. B in marg.: Philippus os manuum. 25. B in marg.: Andreas decorus in stacione. 27. C: de nobis; ib. A: IX deest. 31. A: facit. 32. A: humiliatos. 34, 35. BC: virorum quinque millia 36. A: et deest.

Digitized by Google

tamquam panes et sensum misticum duplicis testamenti tamquam edulium; quod totum dictum quinarium sa-
The five loaves are the Pentateuch.
ciavit. *Ut autem impleti sunt, precepit apostolis ut colligerent fragmenta* sentenciarum que superfuerant, *ne perirent. Et collegerunt ac impleverunt* multiplicem uni- 5 versitatem fragmentorum ex quinque libris Mosaycis et sensus duplicis testamenti. Dicuntur autem panes ordeacei, quia quinque libri Pentateuci sunt graves et asperi ad servandum. Sed percipientes sensum huius miraculi vident ex quinque libris Mosaycis et ceteris prophetis 10 quia Jesus noster sit servus propheta qui in lege veteri est promissus.

How far the Pentateuch is to be received.

Circa hoc evangelium primo dubitatur utrum illi panes ordeacei sint hodie a fidelibus comedendi, et videtur quod non, quia iam legalia cessaverunt. Sed certum 15 videtur ex fide quod sensus misticus librorum Moysi sit in perpetuum comedendus. Asperitas autem ordeacea cessantibus cerimoniis hodie est lenita. Sed heu per Antichristum sunt tradiciones tam aspere et longe disperse quod lex Moysi fuit Judeis tolerabilior quam 20 hodie est lex Christi et sic per inculcacionem terre serende granum frumenti est versum in ordeum atque siliginem et *refrigescente caritate multorum* quedam species ordei frumento similis in figura per sophistas dyaboli est reperta. Non enim est aliqua pars evangelii 25 quin ex glossa sinistra sit ut evangelium palliata et sic spice longiores atque asperiores communi ordeo germinarunt. Nec dubium quin apostolicorum ignorancia aut negligencia sit in causa.

Nature of English wheat and of English theology.

Et notandum est quod frumentum Anglie plus habet 30 de spinosis superfluis ac paleis a frumento remotis quam habet frumentum alterius gentis; sed utilius est pro faccione panis. Correspondenter videtur quod theologia nostre gentis sit concordando curie propinquior ceremoniis ordeaceis sed racione subtilitatis et explana- 35 cionis cum fuerit purgata sit planior ac pastui populi secundum panem vite clarior atque fertilior. Sed sicut veniente luce et calore caritatis Christi legalia cessare debuerant, sic lucescente calore legis Domini sunt

2. BC: talem quinarium. 7. A: ordeicii. 13. A in marg.: Dubium primum. 14. A: sunt. 15. C: cessaverant. 18. BC: hodie deest. 19, 20. B: disparse. 25. A: alia. 26. BC: in evangelium. 27, 28. C: germinantur. 28, 29. A: aut negligencia deest. 29. C: sint. 30. A: factum Anglie. 32. A: factum alterius. 34. BC: concordanda. 35. A (ut supra): ordeiceis. 36. B: fuerint. 38. C: ac calore.

Digitized by Google

legalia a fidelibus contempnenda. Ideo non dubium quin defectus fidei et caritatis refrigescencia sit causa quare sumus hodie a grano frumenti adeo elongati. Nam apostolici nostri non servant fragmenta scripture ne pereant sed illis contemptis adinveniunt fragmenta alia Antichristi. Et sic minus culpabilis foret in nobis observancia legalium veteris testamenti quam observancia minoris auctoritatis quam statuit Antichristus. Attendendo ergo ad solem iusticie debemus habito eius calore tradiciones istas phariseorum contempnere et brevem ac levem viam Christi currere nec excommunicaciones vel alias censuras eorum attendere; saciati enim ex adipe frumenti abhominamur istas tradiciones pharisaicas, cum tamquam indigestibiles et aspere ad vomitum provocant et retardant ad alia mentis salubria capienda. Et si queratur quando legalia cessare debuerant, dicitur (ut alibi dictum est plano sermone) quod tunc, quando patescente calore intellectus christiani et evacuata infidelitate libertas legis Christi clare cognoscitur, ut diffuse patet in epistola ad Galatas. Sed per introduccionem scole Antichristi libertas legis Christi extinguitur, et ad discendum tradiciones et leges cerimoniales humanas totus homuncionis animus contempta lege Domini occupatur, sic quod cordatis in sua lege foret difficilius tradiciones Antichristi in scribis et phariseis extinguere quam in tempore Christi fuit eorum versucias superare; in tantum quod si vir evangelicus quem formidant acute Fol. 184a processerit contra | ipsos, machinantur media nimis subdola quibus ipsum extinguent cum suis fautoribus. Et sic nisi defectus fidei et vecordia militum Christi forent in causa, multiplicarentur hodie martyres sicut olim. Unde videtur multis probabile quod ceca devocio cesarum et principum terre, quin pocius eorum ypocrisis, plus nocet ecclesie quam tyrannorum crudelitas, cum ipsi patenter persecuti sunt martyres ad eorum coronam quam per accidens perfecerunt. Sed isti persecuntur servos Antichristi ad eorum dampnacionem quos adulacione ceca in dampnacionem perpetuam inducunt. Et ista persecucio est gravior propter racionem multiplicem quam est prior.

Our prelates do not treasure up the fragments of Scripture.

The freedom of Christ's law destroyed by Antichrist.

1. B in marg.: Tradicionum humanarum nociva superfluitas quomodo est resecanda. 18. AB: pascente calore. 19. BC: clare deest. 27. B in marg. (al. manu): Vir evangelicus. 32, 33. B: cesaris. 34. BC: plus deest. 36. BC: fecerunt.

Digitized by Google

The gospel of more authority than the teaching of saints.

Secundo dubitatur de auctoritate scripture utrum panis ille quem Christus multiplicavit, benedixit et fregit sit gravior quam fragmenta que apostoli ex dictis panibus collegerunt. Et videtur quod par sit auctoritas, quia ex eodem fonte processerant, et sicut fragmentum est sepe plus sapidum quam panis integer non sic tritus, sic videtur quod doctrina sequencium ex auctoritate evangelii congregata sit sepe plus sapida, plus compendiosa et gravidata salubriori sentencia quam ipsum evangelium radix eius.

Sed in hoc dubio tenendum est quod infinitum gravior sit auctoritas evangelii quam est alia sentencia eciam sanctorum ipsos auctores sequencium, cum magnitudo auctoritatis secundum fidem qua a Deo cognoscitur procedere debet; ex fide autem convincimur quod omnes auctores sacre scripture ceperunt a Deo immediate suam sentenciam, alios autem sanctos sequentes ad tantum capimus ad quantum ex eodem spiritu evidenter cognoscimus, unde si sua sentencia sit valida oportet ipsam a Spiritu Sancto procedere et non acceptari a fidelibus tamquam sua. Sed cum dyabolus inmiscet in fragmentis multa periculosa dogmata, nec ex fide cognoscimus quod dicti sancti non in scriptis suis defecerant, capimus ista tamquam probabilia plus vel minus. Et istam sentenciam sepe inculcat Augustinus in scriptis suis et aliorum sanctorum citra auctores scripture sacre quantumcunque magna sanctitate prepolleant. Et ideo cum fideles possunt ex evangelio comedere panem integrum non infectum et ex scriptura libere aquam claram non turbidam, stultum foret ipsos deserere et in aliis periculosis sentenciis se miscere, cum Sathan adest inter filios Dei sepe inculcans verum cum falsis, et sic fragmenta scripture collecta fideliter sunt in defectu panis integri comedenda. Quorum fidelitas ex hoc cognoscitur quod relucent in racione vivaci vel directe sapiunt virtutes secundum doctrinam fidei quod relinquitur fideli noscendum ex principiis fidei per se captis. Si autem ex curiositate scrutatur, ulterior difficultas relinquatur

We know that the Scripture is from God.

The sayings of later saints we take as probable.

1. A in marg.: Dubium secundum. 4. B in marg.: Utrum panis sit gravior fragmentis (al. manu). 6. B: non sit tutus; C: non sic totus. 9. BC: salubri. 11. A in marg.: Responsio; ib. B in marg.: Auctoritate gravior que veritas debet censeri pre alia. 12. BC: est deest. 15. BC: debet capi ex fide convincimus. 17. BC: alios eciam. 19. A: sua deest; ib. A: ipsum. 23. A: ex scriptis. 24. A: istam. 25. A: de scriptis; ib. A in marg.: Augustinus. 34. A: in hoc. 36, 37. A: quod relinquitur — per se deest.

Digitized by Google

tamquam superflua et fidelis in certis operibus evangelicis occupetur.

False teaching in decretals etc.

Et istud est hodie eo diligencius observandum quo multiplicantur Antichristi discipuli sine auctoritate scrip-
5 ture, vel ex eius sophisticacione seminantes multas sentencias venenosas, ut patet ex decretalibus paparum et ficticiis falsorum fratrum, qui hodie onerant ecclesiam et sophisticant secundum commenta dyaboli partes suas. Et sic fidelis non solum attendit sentencias, ut in prima
10 veritate relucent, sed ut promulgantur ab auctoribus duplicis testamenti, quibus ex fide debemus credere et ut necessariores sunt ad dirigendum in via Domini et beatitudinem capescendum, sic et fragmenta sunt a Deo colligenda.

It is the duty of all priests to preach.

15 Tercio dubitatur si sacerdotum sit panem predictum frangere et ipsum cum fragmentis populo distribuere. Et certum est quod sic, cum istud officium excedit celebracionem et omne aliud misterium sacramenti. Sed heu hodie per Antichristi discipulos qui vocantur
20 prelati ecclesie artatur et confunditur istud officium, cum per ipsos et falsos fratres introductos predicandi licencia sit venalis. Sed mittente prelato quocunque litteras excommunicandi subiectos vel quodcunque dictum altrinsecus lucrum sapiens in verba illa sepe festinanter
25 prorumpitur, ut licet excommunicare hominem sit periculosus actus atque ambiguus inter omnes, tamen mittente ydiota decano, officiali, archidiacono sive epi-
Fol. scopo ut talis excommunicetur mandatum properanter
184b completur et negans quantumcunque | racionabile ex-
30 communicatur, suspenditur vel aliter cruciatur, et cum certum sit quod ista sit scola dyaboli peior phariseis, qui colant culicem, omnes sacerdotes fideles debent non obstantibus cartis hiis frivolis ab illis excommunicacionibus abstinere. Et per idem non debet sibi incognite
35 excommunicatos denunciare, cum pro toto mundo salvando non sit mendacium faciendum, ut sic finaliter gradiendo cum Christo *qui est via, veritas et vita* (Joh. XIVo, 6) perveniatur ad regnum sempiternum.

Abuses as to preaching licenses.

11. A: secundi testamenti; ib. BC: et deest. 12. B: necessarios; ib. C: sint. 12, 13. BC: ad beatitudinem. 13. A: sic deest. 15. A in marg.: Dubium tercium. 17. A in marg.: Responsio. 19. A: hodie deest. 26. A in marg.: Nota. 28. C: speranter. 29. A: racionabiliter; C: racionabilem. 29, 30. C: et excommunicatur. 32. BC: omnis sacerdos fidelis debet. 37, 38. A: Johannis IV. 38. A: sempiternum Amen; ib. A: Explicit pars prima. Incipit pars secunda.

Digitized by Google

SERMO LVIII.

(Serm. Mixt. II.)

Egressus Jesus perambulabat Jericho. Luce XIX, 1.

The going out of Jesus may be understood literally of Jerusalem, mystically of heaven.

Patenti litera potest hoc evangelium ad sensum allegoricum sic exponi, sic quod servato ut basi ad litteram quod *Jesus egressus perambulabat Jericho;* et potest intelligi egressus ad literam de terrena Jerusalem, mistice egressus de materno utero et egressus de celesti Jerusalem iuxta illud Psalmi XVIII[i], 7: *A summo celo egressio eius.* Perambulabat autem Jericho que interpretatur luna vel odor, quando vians volubilem viam tendendo ad patriam emisit famam odoriferam ipsum sequi volentibus ut tendendo ad patriam ambulent illa via.

Zacchaeus represents the secular part of the church,

Zacheus qui interpretatur iustificatus signat credentes ex gentibus, depressos per occupaciones temporalium qui illuminati fide cupiunt videre Jesum; unde sequitur in evangelio: *Et ecce vir nomine Zacheus, et hic erat princeps publicanorum, et ipse dives; et querebat videre Jesum quis esset et non poterat pre turba, quia statura pusillus erat.*

which is sometimes more righteous than the higher part.

Quamvis autem in negociis secularibus laborantes de infima parte ecclesie vocentur minimi in regno celorum (ut dicitur Matth. V.), tamen quedam persone talis partis ecclesie sunt multis de parte suprema eius devocione et rectitudine magis iusti. Unde sicut Luce XVIII° turbe precedentes clamorem impetrativum ceci Jesu eunte versus Jericho increpabant, sic multis devotis laicis desiderantibus cognoscere viam ad patriam multi qui videntur superiores impediunt; unde turba est viciorum consuetudo que prohibuit naturam hominis cecam declamare ad Dominum pro salute. Sed cecus continuando clamorem turbam vicit. Sic Zacheus tenellus in fide tollendo crucem et ascendendo in virtutibus sequendo Christum turbam predictam transcendit: *Precurrens,* inquit evangelium, *ascendit in arborem sycomorum, ut videret Jesum, quia inde erat transiturus.*

1. Qui hic secuntur sermones in cod. Cambr. (A) in fine partis secundae habentur (fol. 234c—237b). 3. BE in marg.: In dedicacione ecclesie. ib. Vulgate: *Et ingressus perambulabat.* 9. E: Psalmi VIII; ib. D: summo celi. 13. A: ad penitenciam. 17. BCDE: Et deest. 19. BCDE: nec poterat. 28. D: cognoscere deest; B in marg.: Turba impediens clamorem ceci quid significat. 29. B in marg.: Nota bene. 30. C: cecum. 35, 36. A: cicomorum. 36. BC: videret illum.

1. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold II, 208.

Digitized by Google

Fol. 234d Fidelis autem gentilis interno instinctu motus pre | currit ad situm in quo posset salvari de perturbacionibus istis turbidis que distrahunt ab observancia vie Christi. Ascendit autem in arborem sycomorum, quando precavet de istis periculis; sycomorus enim est arbor similis moro in foliis sed excellens in longitudine et dicitur ficus fatua. Ita crux Christi que credentes spiritualiter pascit licet sit fatua quoad mundum, humilis tamen pastus in fructibus huius ficus et proprie virtutis conscius virtuti crucis Christi in magna leticia se configit, et tunc raptim videt Dominum transeuntem. Et sequitur in textu: *Cum venisset ad locum suspiciens Jesus vidit illum et dixit ad eum: Zachee festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Ubi non dubium quin, sicut Christus preordinavit totam hanc seriem procedendi, sic ordinavit ad sensum misticum quomodo quiesceret in domo spirituali gentilium divitum quoad mundum; et notans necessitatem sue ordinancie, et quomodo non mendicavit, ut mendicantes validi sompniant ex hoc textu, signanter inserit quia hodie in domo tua oportet me manere; ubi enim Deus necessitatem adiungit pro recompensa plus valida mendicacionem talem subtrahit, ideo mendici validi addiscerent consequencias, antequam sic pudorose arguant. Christus dixit isti gentili publice: *Zachee festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere;* ergo Christus ab isto divite taliter mendicavit. Evangelium (inquam) indicat universalitatem Christi domini et pietatem qua voluit cum peccatore tam misericorditer hospitari. Unde *Zacheus festinans descendit et accepit Jesum gaudens* ut dominum, non mendicum. Unde sequitur in textu: *Et cum viderent, omnes murmurabant dicentes quod ad hominem peccatorem divertisset.* Nam illi ypocrite qui videntur Christo magis esse domestici derident predestinatum de populo, quando vident ipsum mundum relinquere et super ipsos Christi consiliis adherere. Talibus autem illudunt sepius et in opere persecuntur; et cum sint ex predestinacione et gracia ipse Christus,

Christ did not beg as sturdy beggars pretend.

Zacchaeus received Him as a master, not as a beggar.

1. B: Et fidelis. 5. B in marg.: Sicomorus signat crucem Christi. 9. A: partus; B superscript.: nutritus. 11. B: raptum. 14, 15. D: Ubi notandum. 15. E: notandum correxit in: non dubium. 18. A: quo deest; ib. E: vocans. 19. DE: ordinacionis; ib. DE: et deest; ib. C: vendicavit. 20. A: inseruit; ib. DE: quod. 21. A: hodie deest; ib. A: enim deest. 24. C: sic ponderose. 25. DE: publice deest. 28. ABC: universitatem. 31. A: in domum non modicum.

Digitized by Google

patet ex scriptura Act. IX, quod tamquam pharisei et scribe Dominum persecuntur (ut dicitur Matth. XX.) Sed Christus propter eorum maliciam benefaciendo suis membris non deserit suum in eternum consilium, sed cum ipsis hospitans spiritualiter ipsos relinquit vacuos a gracia, cum ex disposicione sua ypocritica tamquam Christo contrarii contempnunt eius opera. Unde sequitur in textu: *Stans autem Zacheus dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus et si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.*

Zacchaeus kept his property, as he remained a secular.

Iste autem dives quia non erat futurus Christi apostolus, sicut alii duodecim sed permansurus fidelis mundanus in ecclesia militante, non reliquit omnia sua sicut Petrus futurus Christi apostolus, sed quoad iusticiam talis status superhabundanter fecerat eciam supra phariseos nostros sicut supra sacerdotes legis veteris benefecit. Secularis autem gravatus temporalibus atque sufficiens dat dimidium bonorum suorum pauperibus, quando recognoscens quod in toto dominio Christi participat, servando sibi vite necessaria in arras completi dominii, dat medietatem Christi pauperibus bonorum illorum que ex gracia Christi participat. Et quia a Deo de iniuste ablatis requiritur satisfaccio preter talem elemosinam, ideo confessus fuit se daturum quadruplum defraudato; sed quia non fuit in hoc sibi conscius, ideo condicionem adiecit, ostendens anime sue iusticiam et sinistre de illo iudicancium stulticiam. Nam nec oportet omnem dantem elemosinam dare dimidium possessionis Christi pauperibus nec pro fraudacione proximi dare quadruplum, cum sufficit solucio equalitatis debiti ab iniuriato subtracti. Sed quia fidelis secundum opus supererogacionis non solum Deo debet dare decimam, sicut fecerunt patriarche legis veteris ex natura sed restitucionem omnium omissorum persolvere, ideo iste dives evangelicus Deo reddidit medietatem sue substancie. Et quia fraudacio in temporalibus non

1. E: Luce IX; ib. A: tam pharisei. 2. CD: Unde dicitur; ib. D: Matthei XXV. 4. BCDE: in deest. 5. BCD: reliquit. 9. BCDE: Ecce deest; ib. BCDE: Domine deest. 13. DE: reliquit viam suam. 14. ABC: futurus — apostolus deest. 16. D: super. 17. B in marg.: Quid est dare dimidium bonorum pauperibus laicis. 18. E: sufficiens. 23. DE: de deest. 24. DE: elemosinacionem. 28. A: Nam non; ib. B in marg.: Non obligantur defraudantes reddere quadruplum sed simplum. 29, 30. D: defraudacione. 31. BCDE: debita . . . substracte. 32. A: secundum opus secundum opus; ib. BCDE: erogacionis; ib. A: Deus. 34. B: amissorum. 35. A: Deo deest.

Digitized by Google

solum dampnificat quoad illa sed fit Deo iniuria et iterum subtraccio usus et temporis, signanter promisit quadruplum; unam partem secundum quod commisit in Deum iniuriam, secundam partem secundum quod iniuriam commisit in proximum, terciam partem secundum racionem qua interim subtraxit usum fraudati et quartam partem secundum racionem qua tanto tempore distulit opus tam meritorii instrumenti, et reddicionem restitucionis talis quadruple dictat virtus quadruplex cardinalis. Et utinam nos sacerdotes istam racionem quoad fraudacionem a Christi servicio notaremus et tunc forte secundum ultimum nostrarum virium satisfaceremus Deo in nostris subditis et in donis Dei nobis propriis laboraremus continue, sicut sumus indubie debitores. Unde quia fraudacio episcopi est longe periculosior, debet secundum regulam apostolicam Luce XIV *renunciare cunctis que possidet*, de parcis vite necessariis contentatus, de sua quidem defraudacione iudex striccius requirit iudicium. Sequitur autem in textu: *Ait Jesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod ipse sit filius Abrahe;* ubi patet Fol. 235a quod Christus | loquitur de filio imitacionis in moribus et non principaliter de filio naturali, quia aliter non valeret causalis, cum multi naturales filii Abrahe sunt dampnati; ideo illam naturalem filiacionem Abrahe quoad istum Zacheum superfluum est curare. Sicut enim Abraham de longe vidit terram promissionis, relinquendo domum patris sui (ut patet Genesis XII°), sic iste Zacheus cum sibi similibus vidit terram vivencium de longe per fidem relinquendo vitam carnalem; ideo dicitur imitatorius filius Abrahe. Cognacionem enim et filiacionem spiritualem plus appreciatur Dominus quam corporalem (ut patet Luce X et Matth. XIII).

Et credo quod hoc verbum movebat ecclesiam ad legendum hoc evangelium in festo Dedicacionis ecclesie, quia vere et pertinenter dici possit de ipsa ecclesia quod

Why Zacchaeus gave fourfold for what he had taken wrongfully.

What it is to be a son of Abraham.

1. A: ista; ib. B in marg.: Quid est reddere quadruplum. 2. A: interim; B: interum. 2, 3. D: et — partem deest. 4. A: secundam partem deest. 3, 4. DE: unam partem secundam partem secundum quam iniuriam. 5, 6. A: secundum racionem. 7. B: in tanto. 7, 8. C: toto tempore. 8. CD: opus tamen. 9. DE: quadruplo. 10. D: cordialis; ib. B in marg.: Nota bene. 12, 13. A: istarum virium; DE: viarum nostrarum. 15. A: debitores debitores. 22. A: mutacionis; ib. B in marg.: Quid est esse filium Abrahe. Non omnes filii Abrahe salvi sunt. 24. D: filii deest; ib. A: sint. 26. A: Sic. 30. DE: per fidem deest. 31. BCD: enim deest; E: enim add. 33. A: corporalem. 34. BCDE: ecclesiam deest; ib. B in marg.: Quare hoc evangelium legitur in Dedicacione ecclesie.

Digitized by Google

salus huic domui | facta est, supposito quod rector et parrochia in fide imitatorius filius sit Zachei.

Sed finaliter Christus respondens indignacioni ypocritarum pharisaice sic subiungit: *Venit enim filius hominis querere et salvum facere quod perierat.* Cum autem de celo descendit ad querendum ovem centesimam, patet quod debuit communicare cum gentibus ad salutem, quarum typum gerit iste Zacheus. Sed oportet tunc quod adeo previe instigentur et cum Christo singulariter meritorie operentur.

Prelates cannot make up for defrauding their subjects of spiritual help.

Circa hoc evangelium dubitatur quomodo prepositus spiritualis teneatur in fraudacione suffragii spiritualis subiectorum ipsis restituere; et videtur quod non sit possibile, quia quantumcunque potest subiectis ministrare sufficiat, debet hoc pro debito illius temporis, ergo non in hoc satisfacit pro illo debito priori. Nec dubium quin non possit satisfacere ex nuda collacione temporalium, cum spirituale suffragium debitum infinitum excedit numismata in valore.

Quantum ad istam difficultatem ego non video quomodo ex condignitate meriti peccantis deleri possit quodcunque peccatum, cum ad satisfaccionem requiritur gracia infinita; specialis tamen est racio difficultatis satisfaccionis in spirituali preposito (ut patet ex dictis); ideo securius et melius foret curatum non singulariter isti ecclesie sed toti generaliter militanti ecclesie obligari; tunc enim non posset particularis ecclesia ab eo racionem exigere, licet peccata propria dolens a digno spirituali ministerio ipsius ecclesie ad tempus vacaverit. Quamvis enim talis peccans iniuriatur cuilibet fratri suo, tamen postmodum satisfaciens Deo per graciam satisfacit eciam generaliter ecclesie, cum secundum nudam legem caritatis generalis fuerat obligatus. Modo autem obligat se aliter singulariter et infundabiliter isti plebi; ideo videtur quod obligat se ad proprietatem, cum tamen non sit personarum accepcio in legibus

3. A: finaliter ergo. 8. BCDE: quorum; ib. ista deest. 9. D: adeo penitencie. 10. C: comparetur. 11. B in marg.: Questio quomodo spiritualis teneatur restituere; D in marg.: Dubium; E in marg.: Questio utilis. 14 CDE: post subiectis; B: post correxit in potest; A: potest deest; plus subiectis. 15. E: sufficiant. 16. C: satisfecit. 17. A: non deest. 20. B in marg.: Solucio; E in marg.: Responsio; ib. A: ad ista. 25. E in marg.: Nota. 28. C: delens. 29. A: vacuerit. 32—34. A: ecclesie — infundabiliter deest. 33. A: generalis; B: correxit generaliter. 35. B in marg.: Infundabile est esse aliquem obligatum tamquam ad unam plebem; E in marg. manu al.: Minister spiritualis obligatur plus universali ecclesie quam particulari.

Digitized by Google

caritatis. Cum ergo debet plus diligere universalem ecclesiam quam hanc individuam, videtur mihi quod obligatur universali ecclesie plus prodesse; licet autem quis stipendium singulariter accipiat de ista particulari
5 ecclesia, sicut quondam fecit Apostolus, debet tamen in ista vel quacunque alia in qua crediderit universali ecclesie plus prodesse sibi magis proficere et in ista intencione licite alternare.

Beneficed priests may not undertake secular business.

Unde (ut sepe dixi) obligati ecclesiis quoad ministerium
10 spirituale et stantes cum regibus ac dominis in ministerio temporali sunt manifeste proditores Dei et particularis domini cui serviunt, nec non et illius parrochie cui debeant spiritualiter ministrare. Et in ista prodicione sunt rei non solum curati predicti sed ipsi secu-
15 lares domini qui proditorie in suo servicio cum bonis Dei subtrahunt servum suum a spirituali meliori ministerio quod ipsemet limitavit. Si enim non sufficerent nec scirent nisi sic singulariter ministrare superflue et dampnabiliter acciperent officium sacerdotis. Et hinc
20 credo quod reges et principes in penam peccati reciproci a talibus clericis proditorie seducuntur.

Evil counsellors move the king to collusion with the Pope.

Dicitur enim quod rex Anglie ex consilio suorum episcoporum et clericorum promocionem a curia Romana expectancium nedum procurat pro papa et cardina-
25 libus ut de bonis propriis spolient pauperes regni sui, sed lato sigillo suo signat mandatum quod simplices eius subiecti tribuant tali dyabolico rapinam quantumcunque fuerit dacio contra Deum. Nec dubium quin tales consiliarii et consiliati sive episcopi sive alii sunt
30 dampnabiles apud Deum. Numquid credimus quod talis consiliarius sufficiet respondere in die iudicii propter regem? Revera non tunc satisfactorie pro se ipso. Regi autem non proficit talis collacio nisi ut regnum suum depauperetur, ut proditor suus per Antichristum exalte-
35 tur et utrique simul in finali iudicio condempnentur. Si ergo talis foret proditor regis et regni qui mutilaret regem subdole quoad corpus, quanto magis foret pro-

7. BCD: in deest. 9. DE in marg.: Nota; B in marg.: Tenentes ecclesias et servientes dominis vasallorum more sunt proditores Christi. 10. A: aut dominis. 12. BCDE: et deest. 14. A: ipsi deest. 18. E: singulariter deest; A: seculariter. 22. B in marg.: Quare domini seducuntur a clericis: racio quia subtrahunt eos videlicet clericos ab ordine clericali. 25. A: propriis deest. 26. DE: loco sigillo. 27. A: subiecti. 27, 28. A: quantumcunque licet. 29. A: et consiliati deest. 32. B in marg.: Ad quid valent daciones pape exacte per regna. 34. DE: dampnetur ut. 35. BC: et ut uterque; A: et uterque; ib. ABC: condempnetur.

Digitized by Google

ditor regis et regni qui nedum mutilaret eum in virtute anime sed inferret sibi et multis eius subditis dampnacionem perpetuam?

Danger to the king and realm.

Fides enim clamat insolubilitatem huius argumenti et tamen nec rex nec regnum attendunt eius periculum propter cecaciones callidas Antichristi. Si ergo Christus pransus cum Zacheo pro uno die tam salubriter sibi benefecerat, cur nostri prelati qui | tantum tenentur sequi Christum in moribus et cotidie prandent cum rege nostro ut domini, non aliquante sibi benefaciunt sed proditorie malefaciunt? Revera quia sunt discipuli Antichristi. Cum autem secundum Augustinum *peccatum regis accumulat vindictam undique super suum populum* et econtra, patet cum quanta prudencia atque instancia proceres regni propter feces calicis Domini destruerent hoc peccatum. Nam Psalm. LXXIV°, 9 licet Deus sit paciens et misericors vindictam talis peccati dissimulans, verum tamen *fex calicis sui non est exinanita, bibent ex eo omnes peccatores terre.*

Fol. 235b

No obedience due to papal bulls.

Quomodo ergo consonat cum regis officio, cum debeat legios suos ab iniuriis Antichristi defendere ipsas iniurias lacius promovere? Revera ipse est proditor regis et regni qui ista cognoscens dissimulat atque tacet. Quod si obicitur bullas papales istud exigere et regalem obedienciam Christi vicario istud facere, dicitur Antichristi discipulis quoad primum quod bulle iste cum sint pelles mortue per superlinitos caracteres sepe heretice non debent accipi a regno vel homine nisi forte fuerint consone legi Christi. Unde quidam dicunt quod tales bulle sunt tumores aque vel pueriles nole et non evangelium. Cum enim tales bullas stat per tempora remanere quousque papa vel cardinalis sit mortuus, non regis aut regni homo legius sed hereticus ac publicus inimicus, manifestum est quod talis bulla per se non dat fidem regnicolis, ut papa vel cardinalis proditorie sic spoliet regnum nostrum. Si

3. DE: Fides vero. 4. BD: tunc nec; ib. B correxit in marg.: tamen; ib.: reges. 7. BCDE: die deest. 10. A: benefaciant. 12. A: Antichristi deest; ib. BCDE: autem deest. 13. ADE: undique deest; ib. E in marg.: Nota; B in marg.: Domini tenentur destruere consilia malorum spiritualium. 16. C: hoc deest. 17. A: peccati deest. 22. E: laicu lacius. 23. B in marg.: Contra promotores bullarum papalium; E in marg.: Obieccio. 25. BCDE: istud. 25. E in marg.: Responsio. 27. A: superlinites carecteres. 28. B in marg.: Quid sunt bulle pape. 30. C: aquee; ib. A: pueri. 32, 33. A: cardinales mortui. 33. D: publice aut publice. Hic locus corruptus esse videtur.

11. Cf. Augustini, lib. ad. Bonifacium Opp. tom. II, 651.

Digitized by Google

ergo Christus mandat operibus suis credere, quanto magis regnum nostrum debet ab operibus istorum elemosinatorum dignitatis evidenciam expectare. Cum ergo Deo sit proprium ante laborem dare premium, homini vero sit proprium dare premium post laborem, Antichristo vero sit proprium exigere ut subiectus afferat mercedem labore nec precedente nec sequente, ideo expergefaceret nostros regnicolas non ante opera digna talium suspectorum afferre illis tanta stipendia copiosa. Cum ergo bulle superfluunt tamquam signa insufficiencia atque falsa, fidelis debet dimissis bullis operibus vivis credere; hoc enim Christus de se ipso mandavit. Quanto magis Antichristus idem iudicium de suis operibus expectaret; nam plumbum mutum et litera mortua non equivalent vivis operibus. Et quantum ad secundum, volvamus diligencius quantum imperator vel alius secularis dominus Christo obedierit, sive Petro Christus indubie talem obedienciam non exegit sed terrenam obedienciam solvit cesari (ut patet Matth. XVII°) et regibus in testamento suo solvi docuit (ut patet ad Rom. XIII° et 1ª Petri II°).

God rewards before toil, man after;

Antichrist claims reward without toil.

Christ paid earthly obedience to kings.

SERMO LIX.

(Serm. Mixt. III.)

Omnis qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos, ostendam vobis cui similis sit. Luce VI°, 47.

Constat ex evangelio Matth. VII° et Luce VI° duplicem esse domum spiritualem quam viantes inhabitant, scilicet domum virtutum in Christo fundatam et domum caducam instabiliter fundatam in creaturis. Ad primam autem domum requiritur vie disposicio, scilicet quod homo primo veniat ad Christum imitacione morum, secundo ut audiat verba Christi et tercio quod illa faciat in effectu. Nemo enim salvatur nisi secundum ordinem servaverit ista tria. Quis queso salvabitur nisi Christum imitatus fuerit in virtute? Cum enim ex fide solum

Foundation on Christ requires

1. imitation of His virtue,

7. BCD: laboris; E: laboris correxit in labore; ib. C: precedere. 8. A: racio expergefaceret; ib. DE: non deest. 10. C: superfluant. 11. A: debet deest; ib. ABCD: diversis; E: correxit: dimissis. 14. D: non plumbum; ib. A: vel litera. 16, 17. A: vel aliquis. 18. BC: indubie deest; ib. ABCE: exigit. 19. BCDE: eternam obedienciam. 20. BCDE: ad deest. 22. BD: Sermo alius de Dedicacione ecclesie. 26. DE: in evangelio. 28. DE in marg.: Domus duplex. 30. A: predisposicio. 32. A: secundo quod. 34 BC: quis rogo.

22. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold II, 210.

Digitized by Google

virtuosus salvabitur nec aliquis christianus potest esse virtuosus nisi imitatus fuerit istum ducem, patet prima conclusio.

2. hearing His words, Et secunda ex hoc evidet quod quilibet articulus fidei est sermo Christi, sed nemo potest salvari nisi talis sermo qui est credenda veritas saltem intellectui interioris hominis fuerit revelatus, ergo nullus christianus potest salvari nisi saltem in intellectu audiverit verbum Christi. Surdi namque a nativitate si salvabuntur sic audiunt.

3. doing them. Et tercia conclusio patet eo quod oportet quemlibet salvandum fructuose facere sentenciam verbi Christi, eo quod verbum suum in eius generalitate includit quidlibet quod salvandus debet facere. Unde Matthei VII°, 21 dicit Christus: *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum celorum sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est.* Voluntas autem tocius Trinitatis est quod homo usque in finem constanter in fide catholica perseveret. Venire autem ad Christum potest esse momentaneum, quamvis previe exigatur; audire verbum suum potest in fine excidere, quamvis oporteat quod addatur; sed tercium connectit perfeccionem ultimam, cum faciens sic sermones Christi deificatur; ideo dicit Luce XI, 28: *Beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud. Similis* (inquam) *est talis homini edificanti domum qui fodit in altum et posuit fundamentum supra petram.* Omnem enim salvandum oportet habere in via domum virtutum, quam Christus Luce XIV° vocat *turrim*, et cum oportet ipsam usque ad summum erigi, patet quod in ea requiritur stabilitas fundamenti. | Et cum *fundamentum aliud* Fol. 235e *nemo potest ponere preter id quod positum est Christus Jesus*, qui tam crebro dicitur *lapis*, patet quod oportet ut quelibet talis super Christum lapidem sit fundata. Et patet quomodo secundum veritatem evangelii oportet quod quilibet talis edificans fodiat in profundum. Deus enim modo quo est profundus profundior est abisso, cum in ipso ista quatuor connectuntur: latitudo, longi-

1. A: posset. 4. C: in hoc. 6. E: secundum intellectum. 7. E: revolutus. 8. AE: in deest; ib. D: audiunt. 10. E: audiunt intellectu. 11. C: tercio. 14. D: Unde inter alia. 17. E in marg.: Voluntas Trinitatis. 19. B in marg.: Quid est venire ad Christum. 20. A: exigantur. 22. A: committit perfeccionem. 23. BCDE: Christi deest. 24, 25. D: Similis est qui est; E: qui est etc. 25. DE: inquam deest. 27. C: Domini virtutum; E in marg.: Domus virtutum. 29. B: ad finem. 36. A: est deest. 37. D: in Christo.

25. Lucae VI, 48. 28. Lucae XIV, 28.

Digitized by Google

tudo, sublimitas et profunditas. Naturales enim syllogizant quod terra sit in mundi medio stabilita, cum sit corpus gravissimum naturaliter potens mundi medium, quod quelibet eius pars (saltem si fuerit dislocata a toto) appetit esse centrum, et per consequens, tota terra se ipsam sperificans apponens nisum parcium suarum reciprocum naturaliter servat eius medium esse centrum, et sic terra quadam proprietate concentrica est cum mundo. Alie autem spere licet habeant speram mundi et terre pro suo centro, illud tamen centrum non est de illis, licet medium sit in illis.

The earth is the centre of the universe.

Sicut ergo centrum mundi est infimum possibile, sic oportet hominem terram profundari spiritualiter in Christo humillime, qui tamquam atlas gigas naturaliter a terra extrinsecus manu sue potencie in mundi medio servat ipsam. Domus autem hec spiritualis est caduca, si super terrestribus finaliter sit fundata.

How the parts of the world are kept in place.

Pro cuius declaracione suppono consideracionem philosophicam quod tota spera si dislocata fuerit, habens unam medietatem graviorem ex una parte centri mundi, descendit naturaliter, quousque fuerit mundo concentrica, quia aliter (ut naturales arguunt) quiesceret naturaliter in situ aeris et ubicunque ex Dei omnipotencia poneretur. Et ex isto syllogizant ulterius quod impossibile est quod in nostra habitabili homo effodiat, tripudiet vel avis aut aliud grave in terram nostram descendat quin tota spera terre descendat proporcionabiliter, nisi forte ex alia parte terre servaretur equalitas gravitatis, quia (ut supponunt tamquam principium) ex omni proporcione maioris inequalitatis potest accio provenire. Nec scio solvere racionem nisi celi influencia stabiliat situm terre. Et ex isto patet quod sive domus materialis sive spiritualis in terrenis fundata est volubilis et caduca, cum impossibile sit domum talem stare directe in medio nisi Dei influencia hoc conservet. Et forte ex ista consideracione necessitantur magne fabrice, ut turris Babel, templa et monasteria que contra voluntatem Domini sunt fundata, demum corruere. Et hinc apostoli et celestes homines de talibus fabricis non curabant.

1. BC: Naturales autem. 2. A: stabilitur. 4. BCDE: quod deest; ib. A: eius spera. 6. A: specificans. 7. B: naturaliter significatur. 8. A: et sicut. 13. A: fundari. 14. BC: humillimo. 15. A: viam suc. 19. A: spera terre. 22. A: quiescere. 23. A: aeris eciam. 24. A: in isto sologizant. 27. DE: proporcionabilior. 28. A: quia deest. 29. DE: ita ut. 33. BCE: interius fundata; D: inferius. 35. E in marg.: Nota. 38. B: domum corruere.

Digitized by Google

Christ is the immovable spiritual centre.

Oportet ergo domum spiritualem hominis fundari in Christo centro immobili, quia aliter non stabit constanter obvia tempestati. Inundacione autem facta illisum est flumen domui illi et non potuit eam movere; fundata enim erat supra firmam petram. Cum enim domus spiritualis sit virtutum congeries stans recte sine vituperio, sicut tetragonus quomodocunque proicitur, patet quod domus sic fundata super Christo centro immobili non cadit quomodocunque fuerit persecuta. Si autem flumen tribulacionis vel carnalis lubricitatis illisum fuerit ad talis domus parietes servato caritatis glutino, non movetur, quia fundatur super centrum immobile. Mattheus autem capitulo eius VII°, 25 sic loquitur: *Descendit pluvia et venerunt flumina et flaverunt venti et irruerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat supra petram.* Omnis enim qui audit legem Christi discendo et facit eam opere implendo est ut prudens edificans totam congeriem operum vite ponens super Christum intencionaliter et obiective. Tunc autem si descendat pluvia vindicte vel temptacionis divine et flumina humane tribulacionis vel carnalis lascivie et venti superbie invidie, ire vel avaricie, stabit firma propter ponderanciam virtutum ad equalitatem domum trahencium ne declinet. Nam iustus dicit cum Yob II°, 10: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non suscipiamus?* Et sequitur in Luca: *Qui autem audit et non facit similis est homini edificanti domum super terram sine fundamento in quam illisus est fluvius et continuo cecidit et facta est ruina domus illius magna.* Qui autem prevaricantur a lege Domini sunt quasi domus tremula innitens fundamento instabili, quia super terram porosam atque ventosam non super lapidem angularem. Sicut enim terra ventosa porosa est et exalacio ibi interclusa, sic animus stabilitus super terrena est a stabilitate virtutum vacuus et porosus.

Textus autem Matthei habet: *Omnis qui audit verba mea hec et non facit ea similis est viro stulto qui edi-*

4. A: flamine domui. 7. DE: quocunque. 8. A: Christo deest. 9. DE: Si tamen; ib. A: flamine. 10. DE: corporalis; ib. A: illusum; E: illissum. 11. AE: glutinio. 13. BC: eius VII deest. 16. BCDE: firmam petram. 17. A: facit ipsam; ib. A: adimplendo. 18. DE: rite. 19. A: autem deest. 22. C: propter (DE: super) preponderanciam. 23. D: Domini trahencium. 28. BC: in qua. 28. BC: continuo. 30. C: in lege. 31. A: porosam deest. 33. A: ventosa deest; ib. A: est exalacionibus interclusa. 35. ABCD: pomposus; E: correxit: porosus.

24. Lucae VI, 49. 36. Matthaei VII, 26.

Digitized by Google

ficavit domum suam super arenam. Quidam autem edificant sibi temporales domos quas viantes inhabitant nedum super bonis fortune sed super brachio temporali. Sed ista arena cum sit tantum volubilis est incerta. Quamvis autem arena terra profunda circumdata sit in parte sta | bile fundamentum, verumtamen privata a fulcimento terreo de facili corruit per aquarum illisionem, ut patet de sabulo marino. Cum autem circumsepcio talis sit instabilis, patet quod incerta est quecunque domus spiritualis fundacio quousque ad primum lapidem sit deventum. Nam quamdiu mundo dives potest cum suis diviciis circumdare potentes volubiles ut arenam, status suus mundanus defendi poterit, sed assistente certo motu vel fortuitu diviciarum defluxu deficit fundamentum et omnia. Sic mistice est de spirituali domo nisi in Domino et virtutibus sit fundata.

Fol. 235d

Earthly wealth is as sand.

Circa hoc evangelium dubitatur si domus tales private ut collegia et possessionati ordines in temporalibus racionabiliter sint fundata. Et videtur quod non, quia cum corporalis fundacio sit eis impertinens, non restat illis nisi fundacio spiritualis; sed illa non potest certe inferri in istis stercoribus, ergo omnis talis fundacio est incerta. Nec dubito de ista conclusione, quia nulla foret talis fundacio, nisi foret in virtute, sed talis perpetuitas in temporalibus in maiori parte fovet discolos, caret fundacione a Christo et est contraria racioni. Fovet (inquam) discolos, quia quantumcunque homines fuerint abscondite viciosi, dum tamen accepti fuerint secundum mundanam apparenciam, ad talem elemosinam vendicant perpetuo esse ibi, et talis securitas facit plurimos discolare.

Endowed colleges and convents.

Et quantum ad fundacionem a Christo, patet quod ipse per totum evangelium, ubi loquitur de fundacione vel dotacione, loquitur de alia spirituali fundacione in moribus, quam non presumpsit dare hereditarie generacioni viancium sed quibuscunque qui gratis virtuose laboraverint, quod cum posuit in hominis libera potestate,

Foundation in Christ cannot be handed down by inheritance

2. A: sibi deest. 3. A: bona. 4. D: illa arena; BC: Sed creatura terrena. 7, 8. A: illusionem. 10. A: fundamento; DE: fundata. 11. ABCD: mundi dives. 12. A: potens. 13. D: status summus; E: summus corr. in: suus; ib. A: astante terre; B: assistentem. 14. E: defecerit. 15. A: et omnino. 17. AE in marg.: Dubium; B in marg.: Questio. Domus elemosine private; ib. A: utrum domus elemosine private. 19. ACDE: sunt fundata; ib. D in marg.: Collegiorum fundacio; E in marg.: Contra fundacionem collegiorum et privilegiorum; A in marg.: A. 22. A: inseri. 28. DE: accepti sunt super. 32. A in marg.: B. 37. A: laboraverunt; ib. A: libera deest.

Digitized by Google

patet quod auctorizantes fundaciones huiusmodi presumunt blasfeme se supra Christum extollere. Ideo non dubium scrutatori evangelii quod talis fundacio in toto Christi evangelio non fundatur. Videtur eciam racioni esse contraria, quia cum omnia bona que tales fundati occupant sint bona Domini et per consequens suorum fidelium. Videtur quod ipsis ad fatuitatem perversis iniuste occupant bona ecclesie fidelium atque Dei. Nec caret ista conclusio subterfugio racionis; que ergo elemosina fundare talem nidum apostatarum et infidelium qui iniuste sic devorant bona pauperum Jesu Christi? Et patet fatuitas mundialium in elemosinacione perpetua excellencium Dominum Jesum Christum.

The rich should help the poor who are alive with them.

Debet ergo homo Deo esse obediens et secundum quod plures vel pauciores elemosinandos ipse miserit ad elemosinam divitum convivancium acceptandos, secundum hoc debet dives seculi illis elemosinas impartiri; aliter enim frustrari poterit Dei ordinacio et incarceratorum suorum relevacio per has stultas perpetuitates elemosine introductas. Cum enim Deus non propter stulticiam talium elemosinancium dat copiosius bona sua, patet quod temporalia tribuit suis fidelibus et suis pauperibus in mensura.

Evils of foundations

Quando ergo mundo divites ex fatuitate sua superbe ordinant tales elemosinas perpetuas, preveniunt in effectu ordinacionis divine distribucionem et sepe excludunt Christi pauperes et admittunt contra Christum ecclesie proditores. Sed quam ceca foret illa elemosina! Et hinc (ut dicunt quidam) multiplicatis inimicis ecclesie multiplicatur fames tam spiritualis quam corporalis, raptis bonis Christi pauperum ad potenciores quoad mundum atque diabolum Tales ergo fundantur in ista coniectura diaboli quod tales antichristiani mundo potentes, quando preventi morte naturali non sufficiunt contra Dominum ulterius rebellare ex collecta iniquitatis mammona fundant nidum Antichristi scolaribus, in quo nutriri posset perversorum infidelitas qua hoc bellum contra Christum continuari poterit et defendi. Nec dubito quin talis fatuitas

2. BC: se Christum excellere. 3. BC: scrutatorie; ib. E: evangelium. 6. A: bona ecclesie sint sive vel bona Domini. 6, 7. BC: servorum suorum fidelium. 7. A: perversus. 10, 11. B: quia iniuste. 17. A: impartiri. 22, 23. A: et suis pauperibus deest. 23. AC: in mensuram; D: in mensatur. 24. BCD: mundi; ib. AB: sue superbie. 32. A: ergo deest; DE: Tales ergo si. 33. A: Antichristi; BCDE: Antichristivi. 33, 34. D: quin preventi. 37. B: contra hoc.

Digitized by Google

sapit manifestam blasphemiam. Cum enim Christus sit capitalis dominus omnium temporalium nostre habitabilis, patet quod forisfaciente proditore perpetuo crimine contra ipsum totum bonum quod talis habuit debet de lege Christi esse ad suum dominum devolutum. Qui ergo usurpant tale bonum accipere et Christi proditoribus impertiri, regaliam suam quantum in ipsis est cassare nituntur et immensitati sui dominii adversantur.

Et utinam episcopi nostri et testamentorum probatores radicitus attenderent ad hunc sensum.

Si vis ergo secure vivere vel capere de bonis Domini in mensura tibi necessaria et non ultra vel de bonis superexcrescentibus, tribue prudenter temporales elemosinas illis egentibus quos ipse sigillo suo signavit et abscondite mittit tibi.

God will provide for the poor without such endowments.

Sed contra istam sentenciam multi obiciunt; assumunt enim quidam quod multi mundo divites habent a Deo copiam temporalium et instinctum, ex quibus providetur Fol. 236a Christi pauperibus in futurum, | ymmo aliter mundo tendente ad avariciam aliquando Christi pauperes propter penuriam deperirent. Infamis ergo foret sentencia que tales perpetuas elemosinas impediret; multa enim bona ad utilitatem ecclesie ex illis proveniunt. Sed hic dicitur infideli de continuacione misericordis Dei potencie desperanti quod verum assumitur, licet impertinens fundacioni humane quoad talem elemosinam perpetuam supradictam.

Non timeant ergo divites quin Deus providebit pauperibus suis, licet ipsi ex luciferina superbia annonam eis non fecerint. Sompnium ergo est quod omnes tales fundantes elemosinas istas perpetuas ex instinctu Domini erant moti. Et conforme est sompnium quod mundo tendente ad avariciam Christi pauperes deperirent; nam Helias tam secure, tam bene et tam diutine vixit in pauperie quam Deus inflixerat in Judeam, sicut rex vel quilibet alius mundo potens. Sompnium ergo est temptacionem Dei insinuans quod mundo dives incastret tot divicias pro Christi pauperibus sustentandis. Christus enim qui summe potuit hoc non fecit; nec sequitur

1. E in marg.: Christus est capitalis dominus temporalium. 3. A: perpetuo deest. 5. C: dominium. 6, 7. A: proditoribus iterum. 9. E: approbatores. 11. A: et capere. 13. DE: tribuere. 14. A: signavit. 16. E in marg.: Contra sentenciam; ib. C: asserunt. 21. DE: per penuriam. 21, 22. D: quas tales; E: correxit quas in que. 24. D: in fideli detraccione; ib. A: Dei deest; ib. E in marg.: Responsio. 25. A: verum est. 28. A: ex deest. 34. A: influxerat. 35. BCDE: mundo deest. 37. A: sustinendis.

Digitized by Google

Endowments are not justified by their accidental advantages.

si multa bona ad utilitatem ecclesie ex illis perpetuis elemosinis provenerunt quod tunc erant licite et non male; nam longe plura bona ex peccato primi hominis provenerunt. Oportet ergo ad iustificandum opus elemosinarium rectitudinem intencionis elemosinantis attendere et specialiter ut fundatus in lege evangelii intendat pure honorem Dei non famam suam, quia in hoc ipso extingueret ordinem caritatis.

Objection: We may be provident in charity as in other things.

Sed secundo obicitur per hoc quod multi de annonis castrorum provident multis annis, ymmo multi contra famem futuram fructus reservant ex quibus populus famem cavet. Quare ergo non liceret potenti de perpetua elemosina providere? Aliter enim temptarent Deum credentes sue providencie et instanti suo adiutorio, sicut diabolus voluit Christum descendere de templi pinaculo Matth. IV°. Hic dicitur quod infundabile factum de incastrantibus annonas in raptorum domibus monstruose assumitur et ex illo tamquam exemplo ad viacionem Christi ecclesie similitudine turpi concluditur. De talibus ergo licet sint perversa potest bonum contingere, sicut de avaris detencionibus fructuum usque ad annum carum, verumtamen nisi in habente ad hoc revelacionem a Domino hoc non laudo; et quantum ad temptacionem Dei, patet quod directe militat contra tales; ipsi enim ac si diffiderent de provida distribucione Dei, ordinant tales elemosinas perpetuas, non ut Deus secundum legem suam ipsas distribuat quibus velit, sed ut ipsi secundum tradiciones suas ipsas distribuant, cum non erunt.

Answer: Not by going against God's law.

Et de temptacione Dei patet quod viator tunc ipsam petit improvide, quando sine necessitate probabili propter causam illicitam a Deo exigit adiutorium singulare: ut que necessitas sive causa quod Christus de pinaculo templi ad terram precipitanter se mitteret, quando sic per gradus posset descendere; et conformiter nulla necessitas sive causa quod homo usque post mille annos pro elemosinandis disponeret, quando conversando cum illo multi forent Christi pauperes a quibus elemosinam sic abusam subtraheret.

Et idem videtur iudicium de religionibus privatis sive mendicantibus sive possessionatis. Omnes enim videntur

8. E in marg.: 2. 10. E: multis .... providetur; D: multi providentur; ib. A: annis deest. 11. A: famem naturam; D: famam. 12. DE: caveret. 15. A: descendentem; ib. E in marg.: Responsio. 18. BCDE: ad deest. 23. DE: tamquam ad. 24. DE: supra tales. 26. A: ipsas deest. 27. D: valet; ib. A: ut deest. 28. C: ipsas deest. 29. E in marg.: Tentacio Dei. 35: A: ille annos. 37. A: a deest.

Digitized by Google

cadere in istam blasphemiam quod velint esse domini perpetuitatis temporis; quod Deo est proprium (ut patet Matth. II° et IX°) et convincit cum fide racio naturalis.

Et quod tercio obiciunt quidam multos fore qui occasione illarum elemosinarum salvabuntur et vivunt virtuose in claustro vel tali corrodio qui vagantes in seculo dampnarentur, idem quidem foret eructare tales argucias et affirmare quod iniuste debent mutilare, incarcerare et persequi iustos viros, quia contingeret quod ipsis sine talibus iniuriis dimissis liberis vel dampnarentur vel non adeo mererentur. Ergo quilibet misericorditer elemosinans debet a Christo auctoritatem expetere et exemplum.

The plea that some are saved by seclusion in the cloister would justify all kinds of tyranny.

SERMO LX.

(Serm. Mixti IV.)

Facta sunt encenia in Jerusalem et hyemps erat. Joh.X°,22.

Omnia ista tria evangelica alludunt dedicacioni ecclesie et cum quodlibet eorum contingit legi in die dominica, ideo decrevi per eorum quodlibet transcurrendum. Encenia autem sunt festa dedicacionis, et dicitur ab *en* quod est in et *cenos* novum; unde encenia quasi innovaciones, quia tunc ornamentis innovatum est templum; verumtamen hoc non erat festum prime dedicacionis facte a Salomone, quia illa facta est decimo die Septembris (ut patet III° Regum VIII°); nec secunde dedicacionis que facta est sub Zorobabel templo reedificato, Fol. 236b quia illa facta est in Marcio (I° Esdre VI°, 15), | sed tercie dedicacionis que facta est sub Juda Machabeo, quando purificatum fuit templum ab Antiocho Epiphano prophanatum (ut patet I° Mach. IV°). Et ista dedicacio vel purificacio facta est vicesimo quinto die mensis noni apud Judeos, qui communiter concurrit cum Decembri apud nos. Ideo addit Evangelista *et yems erat.*

This was the feast of the dedication by Judas Maccabeus.

2. ABCE: perpetui temporis. 3. D: IX vincit. 8. DE: et asserere; ib. BCDE: in carcere. 15. E: exemplum. Sequitur aliud. 16. DE: encia in; ib. B in marg.: Sermo tercius de Dedicacione. 17. DE: alludunt de dedicacione. 20, 21. E in marg.: Encenia. 20. B: sunt facta dedicacionis; et dicitur deest. 21. DE: inde encia. 23. Codd.: factum prime. 24. E: Solomone; ib. E: decimo die septem. 25. C: Reg. IX. 31. DE: quinta decima. ABC: quinto decimo. Correxi.

16. Cf. Wyclif's Sermons ed. by Arnold II, 105. 19. The text of Sermon LVIII is from the gospel for the service at the Dedication of a Church; LIX, gospel for the service on the Sunday within the Octave of the Dedication; LX, gospel for the service on the Octave of the Dedication.

Digitized by Google

Notant autem morales quomodo iste innovaciones sicut materialium templorum facciones sunt valde instabiles et earum multiplicacio ac rituum suorum observacio attestatur frigescenciam caritatis; quando enim dimissis attencionibus spiritualibus curat mundus de ritibus materialibus, fiunt homines cupidi et terrestres; ideo signanter ad sensum misticum notat Evangelista quod *yems erat.*

Ambulabat autem Jesus in templo in porticu Salomonis; dicitur autem quod porticus Salomonis fuit quidam locus in quo Salomon solebat orare, quod quamvis edificium Salomonis fuit combustum per Caldeos (ut patet IV° Regum ultimo), tamen postmodum reedificatum est et sortitum idem nomen. In illo autem loco fuit maior populi congregacio; unde ibi *Judei circumdederunt Christum* querentes ab eo sophistice quamdiu animam eorum in dubio suspenderet ac si vellent credendo stare Christi sentencie. Sed probabiliter ponitur quod hoc simularunt false in accusacionem Domini aspirantes; nam (ut quidam intelligunt) cum Christus interpretatur unctus, quod apparuit eis Jesu maxime debere competere tamquam regi, voluerunt habere ex sua confessione, quod secundum illam racionem unctus fuerat, ut sic coloracius accusarent eum presidi tamquam ad regaliam Judee contra Romanorum dominium aspirantem. Nam Joh. XIX°, 12 scribitur: *Omnis qui se regem facit contradicit cesari.* Sed Jesus respondit eis secundum eorum versucias satis abscondite: *Loquor,* inquit, *vobis et non creditis;* ideo foret superflue declarare maximam taliter induratis, sed pertinenter inculcat sentenciam ex qua debent credere; non quod sit rex terrenus unctus in preiudicium Romani imperii, sed quod fuit ille Christus in lege promissus qui est Messias Deus et homo. *Opera,* inquit, *que ego facio in nomine patris mei hec testimonium perhibent de me.* Nam notatis Christi miraculis et modo suo in virtute propria operandi manifeste pateret fidelibus quod sit Deus et homo.

Motives of the Jews in questioning Christ.

Christ's appeal to His works.

Et in hoc docentur prelati nostri docere populum quod sint fideles servi Christi et non diaboli, quod fide-

2. B: factas; C: facte. 4. A: quia enim. 7. C: vocat. 8. A: et yems erat. 11. A: et quamvis; ib. C: ad edificium. 13. E: Regum, verum tamen; ib. A: reedificatum est, reedificatum est. 17. A: suspendit eciamsi. 21. D: apperuit. 22, 23. DE: quia secundum. 24. BCD: accusarunt. 25, 26. D: Joh. IX. 29. A: superneuter. 29, 30. A: declarare — pertinenter deest. 29. BC: materiam taliter. 35. A: notatur. 38. E in marg.: Prelati operibus debent populum docere. 39. C: quia.

Digitized by Google

liter faciunt opera Christo vivendo conformiter ad precepta sua, quia sophisticacio mundana est fallax communiter et sic recta opera populo fidem darent. Unde (ut quidam notant) nostri episcopi, qui succedunt loco Christi habent racionem duplicem, cum sint homines et diaboli incarnati. Si enim forent ex Deo, dimitterent istam mundanam conversacionem sophisticam et viverent Christo conformiter opera sua fideliter faciendo.

Heresy on the sacrament of the altar.

Iam enim et fere ab Innocencio III° pullulavit heresis de sacramento altaris, quod est qualitas, quantitas sive nichil, et quod ibi non est sacramentum preter illud quod est naturaliter corpus Christi; et ita consequenter negant infideles quod panem quem Christus cepit in manibus fecit esse sacramentaliter corpus suum. Et non obstante quod ista heresis sit in Anglia hodie adeo dilatata, tamen episcopi nostri ad istud subditorum periculum non attendunt, vel quia ipsi ut infideles ignorant materiam vel quia terrenum lucrum et singularia negocia magis curant; Christus tamen Matth. IV° pacienter toleravit duas humanitatis sue iniurias, sed in tercia divinitatis sue iniuria sathanam acutissime reprobavit, docendo quod prelati precipue facere debent similiter, sed sicut ipsorum perversa est conversacio, sic eorum perversa est causarum ponderacio. Suam enim iniuriam et illud quod lucrum vel mundanum honorem saperet attencius prosequuntur sed causam Dei ac eius honorem et utilitatem ecclesie tamquam Antichristus indubie minus curant.

In England bishops tolerate it.

Audiunt enim scripturam sacram que est fides ecclesie nunc negatam et nunc tamquam summe hereticam defamatam, et tamen quia tales heretici ex parte alia placent illis vel ipsos fovent vel in causa Dei tacent vel resistentes eis multipliciter scandalizant. Sed timendum est quod secte novelle et fautores earum sint in capitulo Judeorum infidelium quos Christus in hoc evangelio sic affatur: *Sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis; oves mee vocem meam audiunt, et ego cognosco eas et sequuntur me.*

1, 2. BDE: precepta sui. 2. A: sua deest. 3. A: sic deest; ib. A: propter fidem; ib. E in marg.: Nota. 6. A: et deest. 12. BCDE: quod deest. 12—14. B: et ita — corpus suum in textu dupl. 12, 13. D: communiter. 15. A: non deest. 16. C: dilata. 20. B: humanitates. 21, 22. A: exprobavit dicendo. 24. ACDE: sicut episcoporum. 25. A: enim deest. 26. E: sapit. 27. A: et eius honorem ac. 30. DE: negatam et nunc tamquam et nunc; A: nunc sequitur lac.; negatam — tamquam deest. 34. Codd.: eorum. 35. B: Judeorum deest. 36. A: effatur.

Digitized by Google

Prelates and others would hear Christ's voice if they were His sheep.

Ex quo textu patet manifesta probacio si Judei vel nostri episcopi aut quicunque alii sint de Christi ovibus vel fideles aut de edis perfidis Antichristi. Si enim sunt de Christi ovibus, tunc vocem eius credendo et opere implendo obedienter audiunt, ut patet de voce Christi in evangelio et Johannis specialiter; quod si in isto deficiunt | et specialiter secundum ultimam pertinaciam quis dubitat quin sint membra diaboli et discipuli Antichristi? Nam oves Christi ex equo vel convertibili audiunt taliter vocem suam, secundo Christus cognoscit eas ad beatitudinem et tercio sequuntur eum in moribus. Quod si prelati vel alii ab ista sequela exorbitant, quis dubitat quin sint edi? Nam Canticorum I°, 6, 7, scribitur: *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere et abi post vestigia gregum tuorum, et pasce edos tuos iuxta tabernacula pastorum.*

Fol. 236[c]

In quo textu patet quod Spiritus Sanctus primo loquitur in persona ecclesie recognoscentis quod totam noticiam sue viacionis et fervorem sue sincere dileccionis habet a Christo; ideo rogat eum obnixius, ut indicet sibi se ipsum quem sponsa sic diligit; secundo quas oves et qualiter pascat illas, et tercio quis sit gradus quietis viatoris et fervide caritatis, quia assistente istorum ignorancia ecclesia faciliter poterit extra viam ad patriam evagari.

The flocks of Antichrist.

Sunt autem greges duplices in ecclesia militante, scilicet grex Christi et greges multiplices Antichristi. Illi ergo greges habent pastores suos qui fingunt se esse Christi socios eciam supra Christum, quia non attendunt generaliter ad potestatem clavium quam a Christo haberent, sed sepe fingunt potestatem infundabilem in lege Christi et secundum illam fictam potestatem ducunt in devium greges suos et illi non sunt greges ovium sed edorum. Ideo sequitur informacio Christi quoad suam ecclesiam in hec verba: Si ignoras statum tuum, o pulcherrima mulierum, quod non habes aliquid quod a me sponso ecclesie accepisti, egredere de proteccione et

1. E in marg.: Cognicio Christi ovium et edorum. 2. ABC: sint de. 3. A: ut fideles. 6. BC: in ista. 8. A: sunt. 9. E: convertibiliter. 12. A: si deest; ib. A: ad ista. 13. CDE: quod sint. 14. A: ut pascas; ib. B: cubos. 18. A: tabernaculum. 19. A: textu deest. 21. DE: sue accionis. 28. E in marg.: Duplex grex. 35. BCDE: illis; ib.: greges; ita codd. 36. A: quoad deest. 38. A: aliquis. 39. A: non accepisti.

Digitized by Google

informacione mea et statim videbis quam precipitanter devies; tunc enim abiret a Deo secundum quod Psalmo LXXII°, 27 scribitur: *Qui elongant se a te peribunt.* Nec dubium quin tales pastores et greges sui in malicia
5 se sequuntur, cum peccata eorum se causant reciproce, ideo oportet quod abeant precipites ad infernum. Ideo comminatorie dicit eis Deus: *Abi post vestigia gregum tuorum.* Et quia greges tantum in fide variati non sunt grex ovium, licet sint in Christi ecclesia, ideo signanter
